MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

4. Z. 6. 13. Vol.

Digitized by Google

4. Z. 6.
13. Vol.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI
GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
EX
ORIGINALIBUS ALIISQUE
AUTHENTICIS DOCUMENTIS
CONGESTA, NOTIS ILLUSTRATA ET EDITA
à

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.
Eminentiſſ. ac Celſiſſ. Archi-Epiſcopi Princ. Elect. Moguntini Conſiliario Eccleſ. Officiale &c. Inſignis Eccleſiæ Colleg. B. M. V. ad Gradus Decano.

TOMUS PRIMUS.



HEIDELBERGÆ,
SVMPTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAE VNIVERSITATIS BAMBERGENSIS
MDCCLXXII.

4.Z.6
41

Digitized by Google

BIBLIOTHECA PALAT.
VINDOBONENSIS.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI S.

Hiſtoriam & jurisprudentiam Germaniæ ſacram diplomatibus aliisque genuinis deſtitutam documentis, benè dixeris computum ſine quitanciis, * corpus ſine animâ. Sterile chronicon, prioris ævi laborem cum hiſtoria quadam diplomatica conſonis ſcriptorum coævorum elogiis illuſtrata & antiquati juris Canonici interpretes conferantur, ſi libet, cum unico juris publici eccleſiaſtici capite Conciliorum Germaniæ canonibus, ſcriptoribus ſacris, eccleſiarum ſtatutis atque obſervantiis ſtabilito, & meæ mox ſententiæ ſubſcribetur ab æquis rerum Cenſoribus. Exemplo utamur: Nemo unus materiam valdè illuſtrem de præbendis & dignitatibus condigne explanare poterit, niſi origines eccleſiarum, capitulorum ſtatus primæ-

)(2 vos

* Liceat hac voce barbara exprimere animi noſtri ſenſa; cum enim in medio ævo verſemur, eam haud incongruè aliis ejusdem valoris aſſociari rati ſumus.

Digitized by Google

vos tractu temporis immutatos, beneficiorum, dignitatumque fundationes, collationes per liberam electionem, per preces ab Imperatoribus, & Archiepiſcopis &c. conceſſas, per varios turnos, reſervationes, indulta &c. &c. è fontibus hauſerit & intimius noverit. Sed, cum multas ob rationes paucis ſolummodo contingat adire Corinthum; ferenda ſunt aliis aliunde ſubſidia. Conferamus ſymbolas & monumentis litterariis hactenus ineditis jus Germaniæ ſacrum illuſtremus. Ordines ducam primus, ea è penu mea litteraria ante omnia depromendo, quæ maximè cenſui utilia ad materiam beneficiorum &c. ſupra fatam ritè exponendam; Hinc eſt, quod ſtatuta celeberrimæ cujusdam eccleſiæ antiquiſſima in capite hujus Tomi primi appareant. Volupe erit in iisdem diſpicere ſaluberrima Collegiorum inſtituta, perſonarum Deo ſacrarum dignitates & officia, diurni pariter ac nocturni cultus Divini ordinationem ſanctiſſimam &c. Præpoſitorum, Decanorum &c. electiones aliorumque Prælatorum inſtitutiones, eccleſiæ tractatus celebratos &c. Hiſce ſubiicientur longâ ſerie documenta, quæ ad eundem ſcopum nobis præfixum collimant, neque ſua deerunt hiſtoriæ ſubſidia prout ſequens edocet

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS CHARTARUM.

I.

Statuta antiqua Eccleſiæ Francofordenſis.

II.

Modus Regem Romanorum electum Francofordie introducendi, exaltandi &c.

III.

Gerhardus Archiep. Mog. confert Præpoſituram B. M. V. ad Gradus Moguntiæ.

IV.

Appellatio Capituli B. M. V. ad Gradus ob collationem modo dictam.

V.

Sententia Definitiva in cauſa Præpoſituræ.

VI.

Nominatus ab Archiep. G. Præpoſitus renuntiat liti ſupra memoratæ.

VII.

Commiſſio Petri Archiep. Mog. ad concordiam ſuper Præpoſitura ſæpe dicta tentandam.

VIII.

Commiſſorium in hac cauſa.

IX.

Confirmatio Præpoſiti à Capitulo B. M. V. ad Gradus electi.

X.

Inſtrumentum electionis joannis de Lyſura Præpoſiti B. M. V. ad Gradus Moguntiæ.

XI.

Commiſſorium pro confirmanda electione prædicta.

XII.

Inſtitutio Decani & ordinatio circa numerum præbendarum Eccleſiæ Cellenſis.

XIII.

Capitulum Eimbeccenſi ſupplicat pro confirmatione neo-electi Decani.

XIV.

Statutum ſuper ſtatu ſcholaſticorum & promotorium ſeu promovendorum noviter ad præbendas.

XV.

Ordinatio Cantoriæ & Cuſtodiæ Cellenſis.

XVI.

Electio Cantoris Eccleſiæ Cellenſis.

XVII.

Digitized by Google

XVII.

Conſtitutio Alexandri IV. PP. contra pluralitatem denominationis Canonicorum, inhibens, ne plures quam quatuor denominentur.

XVIII.

Reſervatio IIII^or præbendarum per Archi-Epiſcopum Mog. facta.

XIX.

Litteræ Petri Archiep. Mog. ſuper privatione quatuor præbendarum.

XX.

Solvenda Eccleſiæ Cellenſi a neo-Canonicis & vicariis &c.

XXI.

Præbendarum Cellenſium numerus reductus confirmatur.

XXII.

Beneficium ſacerdotale in eccleſia Cellenſi fundatur.

XXIII.

Turnus major ultra ſæculum concordata tranſcendens.

XXIV.

Turnus minor de anno MCCCXXXV.

XXV.

Innovatio ſtatuti Capitularis Eccleſiæ ſ. Bartholomæi Francofordienſis de vicariis & aliis beneficiis per turnum conferendis.

)(4 XXVI.

Digitized by Google

XXVI.

Turnus Eccleſiæ Collegiatæ Bingenſis.

XXVII.

Renovatio Turni Francofordienſis.

XXVIII.

Litteræ appendiciæ ad Turnum modò dictum.

XXIX.

Turnus errans Eccleſiæ Cathedralis Wirceburgenſis.

XXX.

Ordinatio de admittendis ad canonicatus non niſi de thoro legitimo natis.

XXXI.

Henricus Archiep. Mog. conſtituit viſitatores per Diœceſin Verdenſem.

XXXII.

Proviſio ſuper Præpoſitura ſummæ ædis Mog. qualiter executioni data?

XXXIII.

Juramentum à Præpoſito ſummæ ædis Mog. præſtandum.

XXXIV.

Abbas S. Albani à ſententia interlocutoria ad curiam Rom. provocat & appellat.

XXXV.

Abbas S. Albani conventualibus ſuis certos proventus & redditus pro meliori ſubſiſtentia aſſignat &c.

XXXVI.

XXXVI.

Proceſſus Electionis Abbatis S. Albani.

XXXVII.

Gerlacus Archi-Epiſc. Mog. commiſſarios denominat, qui electionem Abbatis S. Albani examinent & pro re nata confirment.

XXXVIII.

Syndicus civitatis Mog. ob Depoſitionem Dietheri Archi Epiſcopi ad Pontificem melius informandum appellat.

XXXIX.

Sententiæ definitivæ tres conformes in Romana curia latæ ſuper eccleſia parochiali in Udenheim.

XL.

Secunda Sententia.

XLI.

Tertia ſententia in eadem cauſa.

XLII.

Executoria dictarum trium ſententiarum.

XLIII.

Proceſſus ſuper executoria ſententiarum.

XLIV.

Vidimus: ſuper executoria harum ſententiarum.

XLV.

Qualiter Fridericus Imp. facultatem teſtandi à Clero Mog. obſervatam confirmaverit.

XLVI.

Statutum Eccleſiæ S. Petri extra muros Mogunt. quoad manufideles eorumque obligationem.

XLVII.

Statutum priori vix non ſimile à capitulo B. M. V. ad Gradus erectum.

XLVIII.

Ferto Archi Epiſcopo Mog. à clerico teſtamentum faciente dari ſolitus.

XLIX.

Chartæ reſiduæ ad geſta ſub Petro Archiep. Mog.

L.

Bulla retentionis beneficiorum Petro Præpoſito Trevirenſi conceſſa.

LI.

Bulla retentionis à Petro Epiſcopo Baſileenſi obtenta.

LII.

Diſpenſatio Petro Baſil. Ep. ſuper pluralitate beneficiorum ſub certo modo conceſſa.

LIII.

Excommunicatio lata in detentorem proventuum Præpoſituræ Bingenſis Petro Præpoſito Baſileenſium Epiſcopo debitorum.

LIV.

Executoriales bullæ antedictæ nro LII.

LV.

Digitized by Google

LV.

Petro Baſil. Epiſcopo a Wilhelmitis offeruntur litteræ affiliationis.

LVI.

Petrus Ep. Baſil. ad ſedem Archi - Epiſcopalem Mogunt. evehitur.

LVII.

Facultas reconciliandi eccleſias per alios Petro Archiep. Mog. conceſſa.

LVIII.

Indultum viſitationis Petro A. M. conceſſum.

LIX.

F. Imp. advocatiam in Biſchoffsheim Petro A. M. reſignat.

LX.

Jura Cameræ Apoſtolicæ ob promotionem Petri A. M. poſt terminum ſoluta.

LXI.

Petro A. M. Auguſtiniani offerunt affiliationem.

LXII.

Petrus A. M. abſolvitur ab irregularitate ob retardatam quandam ſolutionem.

LXIII.

Brachium ſæculare contra excommunicatum imploratur.

LXIV.

Digitized by Google

LXIV.

Petrus A. M. procuratores ad Concilium Vien-nenſe in cauſa Templariorum ut ableget, jubetur.

LXV.

Mandatum cum libera Petro A. M. ab Hen-rico R. R. conceſſum in negotio cum Bo-hemis tractando.

LXVI.

Aliud mandatum intuitu ſervitii militaris a Wern-hero de Randecke præſtandi.

LXVII.

Henricus R. R. oppidum Gredingen Epiſcopo Eyſtetenſi reſtituit.

LXVIII.

Fridericus Dux Auſtriæ Petro A. M. appro-mittit ob injurias eidem illatas ſatisfa-ctionem.

LXIX.

Henricus R. R. Petro A. M. filii ſui negotia commendat.

LXX.

Petrus A. M. ob damna perpeſſa indemniſari jubetur.

LXXI.

Wigandus Caſtrenſis ſupplicat Petro A. M. pro concedendis bonis feudalibus.

LXXII.

Petri A. M. monitio ad viſitatores Eccleſia-rum ut officio ſuo faciant ſatis.

LXXIII.

Digitized by Google

LXXIII.

Aliud mandatum a Petro A. M. datum pro perficiendo modo dictæ viſitationis negotio.

LXXIV.

Viſitatores à Petro A. M. nominati dilinquentes citant.

LXXV.

Petrus A. M. Viſitatores Eccleſiarum officii ſui admonet.

LXXVI.

Petrus A. M. Wetzelino de Rengederode & Hermanno Ryme caſtrum Horburg ſub certo modo tradit.

LXXVII.

Fratres de Ulner acquiruntur Caſtrenſes hæreditarii in Beckelnheim.

LXXVIII.

Ludovicus R. R. monaſterium S. Claræ in ſuam protectionem recipit.

LXXIX.

Ad Petrum Archiep. Mog. Conſules & Cives Erfordienſes deferunt querelas.

LXXX.

Mandatum Petri A. M. pro aſſignanda Præpoſito Francoford. præbenda.

LXXXI.

Ludovicus Comes Pal. Rheni poteſtatem elargitur Petro A. M. pro conquirendo ſervitio militari.

LXXXII.

LXXXII.

Varia Caſtra & oppida Petro A. M. oppignorantur.

LXXXIII.

Bona quædam Eccleſiæ Mog. reſignantur & in feudum reaſſumuntur.

LXXXIV.

Confœderatio inter Archiepp. Trevirenſem & Moguntinum.

LXXXV.

Petrus A. M. recognoſcit W. de Rengelderode &c. expenſas in caſtro Horburg &c. factas eſſe refundendas.

LXXXVI.

In cauſa reformationis monaſterii in monte S. Jacobi. Viſitatio inſtituta & charta viſitatoria.

LXXXVII.

Annatæ a Diœceſi & Provincia exiguntur pro camera apoſtolica.

LXXXVIII.

Otto de Bolandia eximit bona monaſterii S. Jacobi in Ebersheim cum conſenſu Abbatis & conventus S. Albani.

LXXXIX.

Oppidum & Caſtrum Altzey jubetur homagium præſtare Archiepiſcopo Mog.

XC.

Digitized by Google

XC.

Ludovicus R. R. Petro A. M. expenſas in caſtrum & oppidum Altzey faciendas ſe refuſurum ſpondet.

XCI.

Petrus A. M. de adminiſtratione monaſterii S. Albani ob contractum æs alienum ſollicitus.

XCII.

Albertus & Conradus fratres de Hirſchhorn a Petro A. M. in ſervitores conquiruntur.

XCIII.

Inſtrumentum confirmationis monaſterii Dalheim.

XCIV.

Petrus de Bertolsheim Burggravius in Starckenberg officio ſuo fideliter eſſe functurum appromittit.

XCV.

Confirmantur ea, quæ Ludovicus R. R. ſupra nro XC. appromiſit.

XCVI.

Qualiter Petrus A. M. Petro de Beychtolfesheim Burggraviatum in Starckenberg contulerit.

XCVII.

Henricus de Duna electus Wormatienſis Epiſcopus petit a Petro Metropolitano ſuo confirmationem & conſecrationem.

XCVIII.

Digitized by Google

XCVIII.

Conſervatores privilegiorum Fratrum de monte Carmelo conſtituuntur.

XCIX.

Juramentum Friderici Electi & confirmati Auguſtenſis præſtitum Eccleſiæ Moguntinæ.

Quodſi Amice Lector! chartis hiſce diligenter utaris eas intimius perſcrutando, me hercle invenies ſubſidia juri noſtro eccleſiaſtico & hiſtoriæ valde oportuna. Vale, & Tomum alterum futuro anno Deo largiente dandum, expecta. Dabam è Muſæo Moguntiæ 21. Aprilis MDCCLXXII.

STA-

Digitized by Google

I.

STATUTA ANTIQUA ECCLESIÆ FRANCOFORDENSIS.

In Nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Subſcribuntur ſtatuta (*a*) & ordinationes ac conſuetudines Ecclesie *Sancti Bartholomei* (*b*) Francofurtenſis Maguntinenſis Dioces. ab antiquiſſimis &

(*a*) Diſcernenda ſunt Statuta Eccleſiarum antiqua à novioribus poſt inita Concordata Germaniæ concinnatis. Ad illorum claſſem pertinent Statuta Eccleſiæ Cathedralis Swerinenſis apud *de Weſtphalen in monumentis ineditis rer. Germ. T. II. pag. 1970.* & Statuta Eccleſiæ Cathedralis Lubecenſis *loc. cit. p. 2422.* Item Cathedralis Mindenſis apud *Lünig Spicil. Eccl. 3ten* Theil Fortſetzung *Cont. III. p. 57.* nec non Statuta Eccleſiæ Cathedralis Friſingenſis anno MCLVIII. condita, quæ vide apud *Lünig Spicil. Eccleſ. Part. II. p. 233.* Statuta Eccleſiæ Collegiatæ

& a longis temporibus laudabiliter pro conſervatione ejusdem Ecclesie ac Capituli prelatorum Canonicorum Vicariorum & ſingularium perſonarum ipſius facta ordinata & introducta que quilibet in ſuo ſtatu perſona ad ipſam Ecclesiam admittenda in forma juramenti ſibi deputati ante omnia jurabit fideliter obſervare. Modus autem in hijs procedendi videbitur primo a prepoſito incipiendo & ſubſequenter de aliis prelatis officiatis perſonis & membris

Einbeccenſis extant in *Ludewigii Reliquiis MSS. Tom. X. p. 101.* in quibus tamen varia menda leguntur, aliqua etiam Statuta Eccleſiæ Flonheimenſis anno 1454. edita refert *Diœceſis Moguntina in Archidiaconatus diſtincta Tom. I. p. 111. &c.* quæ à ſupra ſatis multùm differunt. Deſideramus interim quàm avidiſſime Codicem Statutorum omnium Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum Germaniæ, quem non niſi illi retardabunt, qui ſaluberrimas Ordinationes hactenus neglectas & deinceps parumper ſunt curaturi. Quantum lucis juri Eccleſiaſtico et hiſtoriæ medii ævi Codex iſte affundere poterit! Inſigne eiusmodi opus Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis æquè parùm præjudicabit ac monaſteriis Codex regularum à *Luca Holſtenio* Vaticanæ Baſilicæ Canonico & Bibliothecæ Præfecto in ſex Tomos diviſus.

(*b*) Capella hæc Regia ab antiquitate aliisque prærogativis celeberrima primitus in honorem *S. Salvatoris & B. Mariæ V.* conſecrata inſimul Sæculo XIII. *S. Bartholomæum* tanquam ſpecialem patronum venerari cœpit. Confer. *Diœceſis Moguntinæ in Archidiaconatus diſtinctæ Commentatio ſeptima: de Archidiaconatu Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Barthol. Francofurti p. 409. & ſeq.*

membris Ecclefie ſupradicte. Prepoſitus primus eſt Prelatus cujus officium eſt vicariatum ſui epiſcopi tenere c) ipſo celebrante Ewangelium legere Subdiaconibus & Levitis imperare parochias ordinare ad ſacros ordines & beneficia promovendos examinare ſemel in anno ſuam prepoſituram viſitare jurgia ſingulorum audire; ejus jurisdictioni Decanumque ſubeſſe. Prepoſitura Franckenſ. a ſola Eccleſia Sancti Bartholomei ibidem dependet, (d) cujus ipſe prepoſitus membrum eſt ubi etiam Decanum confirmat Scholaſtriam Cantoriam Cuſtoriam & unam prebendam ejusdem Chori tituli Sancti Thathei, (e) parochiam Eccleſie Sancti Bartholomei predicte (f) & in Sweinheym (g) confert,

 officia-

(c) Exercendo ſcilicet jurisdictionem Archidiaconalem, de qua vide modò citatam *Commentationem ſeptimam*, præſertim *à pag.* 475.

(d) Præpoſitus à Capitulo ſemper eligitur & ab Archiepiſcopo Mog. confirmatur.

(e) Manus junior margini Statutorum libri annotavit: *Quam commendam Dominus Baldemarus hujus Eccleſie verus Rector deinde quidam Johannes Wolfrichshuſen modo D. Syfridus de Wartenberg Canonicus Eccleſie Moguntine obtinuerunt. Obtinet de Anno Dni. MCCCXCII.*

(f) An. MCCCXLII. XII. Kal. Aprilis Jus patronatus Eccleſiæ *Francoford.* translatum eſt ad Capitulum, quod ab hoc tempore elegit parochum. *vid. Comment. VII. p.* 492.

(g) An. MCCCLXXXVII. V. Idus Auguſti *Nicolaus de Lapide* Præpoſitus ceſſit Capitulo Jus patronatus in *Sweinheim. Comment. VII. p.* 493.

Digitized by Google

officialem ponit & deponit (h) Stallum habet in ſiniſtro Choro remociorem ab altari pilio utitur vario, in proceſſionibus ultimus primus ad offerendum, omnia Collegia opidi, & ipſum opidum ſuburbia curie circumjacentes parochia Vechenheym Curia Rydern Curia & Capella leproſorum ibidem jurisdictioni ſue ſunt ſubjecta, ſynodum celebrat omnes menſuras examinat excedentes in eisdem corrigit in opido prenotato (i) jurabit Eccleſie prefate, quod conſuetudines & ſtatuta ejusdem non infringat ſed obſervet etiam perſonas & bona eorundem defendat pro poſſe atque noſſe bona prepoſiture non alienet, ſine Capitularium omnium conſenſu atque voluntate amminiſtrationem faciendam faciat absque impedimento quolibet ac rancore, officiatos per capitulum electos ſeu eligendos non reprobet nec impediat in amminiſtrando quovis modo. Scholaſtriam Cantoriam Cuſtoriam, ſi ſuo tempore vacare contigit conferat canonico capitulari in Eccleſia predicta reſedenti, officialitatem canonico ſeu vicario dicte Eccleſie committat, Infra emunitatem ejusdem exercendam (k) capitulum ſue Eccleſie, etiam ſi capitularis fuerat non intrabit,

(h) Commiſſorium Officialis lege in *Comment. VII. pag.* 477.

(i) Confer. *Corpus Juris Germ. medii ævi* è Bibliotheca Senckenbergiana publicæ luci datum. *Tom. I. Part. 2. fol. 15. &c.*

(k) In ambitu Eccleſiæ Præpoſitus aut ejus Officialis pro tribunali ſedebat.

Digitized by Google

bit, Item dabit cappam dignitati & perſone ſue decentem.

Ego N. juro quod ſtatuta ordinationes & conſuetudines Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis ſcripta & non ſcripta facta & facienda non infringam, ſed ea fideliter obſervem, & quam ipſam Eccleſiam ac bona & perſonas ipſius Eccleſie omnes & ſingulos manuteneam & defendam, Itemque bona ad ipſam prepoſituram dicte Eccleſie pertinentia non alienem ſine conſenſu & expreſſa voluntate omnium capitularium & in capitulo dicte Eccleſie exiſtentium ipſamque bona & redditus cum nominibus dancium diſtinctim ſingulis annis capitulo inſcriptis tradam & aſſignem, Item quod debitam aminiſtrationem per me Canonicis & membris ejusdem Eccleſie faciendam, ſine omni ratione & impedimento faciam vel etiam miniſtrem, Item quod Curiam & Domum prepoſiture, in debita ſervem ſtructura. Item quod officialitatem (*l*) nulli alteri comittam, niſi canonico capitulari reſidenti & in ſtatu exiſtenti aut vicario in dicta Eccleſia Canonico hujusmodi renuente qui exercebit

 officium

(*l*) *Nota marg.: Nunquam eſt viſum nec auditum in Eccleſia iſta, quod aliquis non reſidens eſſet Officialis ſicut de anno Dni. MCCCXCV. die XXIII. Menſis Martii fuit factum, quod D. Nicolaus de Lapide tunc Prepoſitus hujus Eccleſie conſtituit Officialem quendam Dnum Syfridum de Wartenberg Moguntine & hujus Eccleſie Canonicum Capitularem non reſidentem, quod utique revocetur in priſtinum, ne de cetero contingat.*

officium ſuum infra emunitatem Eccleſie prenotate. Item quod officia Scolaſtrie cantorie ac cuſtodie nulli conferam niſi actu Canonico capitulari Eccleſie Sancti Bartholomei ſupradicte reſidenti. Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Evangelia.

Decanus prelatus eſt ſecundus hujus officium eſt ſubeſſe prepoſito, divinis officiis omnibus Eccleſie ſue intereſſe, Baptiſmum benedicere precipuis feſtivitatibus epiſcopo abſente celebrare vel alteri committere, officium inchoare, benedictiones lectionum in matutinis dare, curam animarum ſuper ſuos ſubditos gerere & ordinariam poteſtatem Jn Eccleſia Sancti Bartholomei Franckf. capitulum in ſuo Collegio ſeu extra Decanum eligit, ſed prepoſitus ibidem hunc confirmat (*m*) Stallum habet in dextro choro remotiorem ab altari pilio utitur vario in proceſſionibus ante prepoſitum poſt ad offerendum, In feſtis principalibus a primis Veſperis ad ſecundum complet. incluſive hijs in Choro in divinis officiat Miſſamque cantat, Et ſunt hec feſta in Eccleſia Sancti Bartholomei prefata Nativitatis Chriſti, Epiphanie, Natalis beati Karoli Magni, purificationis Marie ubi etiam cereos benedicit Annuntiationis Marie paſche Aſcenſionis penthecoſtes Trinitatis Corporis Chriſti Nativitatis Johannis Baptiſte Natalis Petri & Pauli, dedicationis, Aſſumptionis Marie. Natalis Bartholomei Nati-

(*m*) Decanus ſemper eligitur à Capitulo, confirmatnr à Præpoſito. Jn aliis collegiatis, ut infra nro XIII. exemplo docuimus, Decani à Capitularibus electi, ab Archi-Epiſcopo confirmantur.

Digitized by Google

Nativitatis Marie omnium ſanctorum Natalis Martini Conceptionis Marie. Diebus autem ſubſcriptis ſolas miſſas & conſecrationes celebrabit die cinerum ubi cineres dat palmarum ubi ramos benedicit Cene Domini ubi in utroque mandato (*n*) appoſita benedicit & tam pauperum quam canonicorum pedes lavat, paraſceve ubi omnes actus circa crucem exercendos facit vigiliis autem paſche & penthecoſtes Baptismum conſecrat cereumque, Baptizat, die animarum miſſam cantat poſt vigilias & miſſam ibidem alba indutus in proceſſione ſepulchra aſpergit aqua benedicta. In feſtis predictis oblationum medietatem recipit in ſummo altari oblatarum duplam ſemper cottidianarum diſtributionum & funeralium unius membri Eccleſie percipit porcionem, Incipi ab eo debet in quibuslibet beneficijs (*o*) membris Eccleſie porrigendis; Officiandi nec imponendi ebdomadam non tenebit, eo chorum intrante tranſeunte ſeu exeunte, omnes aſſurgant capita diſcooperientes, (*p*)

 Ingre-

(*n*) *Nota marg.: Mandato pauperum de m e & Deminorum poſt prandium.*

(*o*) *Nota marg.: id eſt redditibus, fructibus, obventionibus, oblationibus, cottidianis diſtributionibus, elemoſynis & alijs quibuscunque diſtribuendis.*

(*p*) *Nota marg.:* Item quia ex antiqua & introducta laudabili conſuetudine hucuſque ſervata Decanus quotidie ultimam lectionem in Matutinis & in vigiliis tam novem quam trium lectionum per ſe legit, itidem faciet amodo & dum abſens, legitime occupatus

Ingredientes membra facti, ipſe recipit, ſibi obedientiam faciunt, jurantibus ibidem format juramenta, Canonicos ad capitulum receptos, inſtallat in choro & vicarios poſt primam ipſorum miſſam, Perſonas, non Prelatos horas canonicas negligentes in preſentiis ſuſpendit, & reſtituit, & incarcerat pro delictis & capitulum ſuum quando neceſſe eſt poteſt convocare, totumque clerum Franckenfordenſem ſeculares & religioſos, negotio arduo, hoc petente. In capitulo ſuo majorem non habet vocem, virtute decanatus, & ordinarie cognoſcere poteſt de cauſis ſuorum ſubditorum & corrigere exceſſus eorundem. Tantum ad quatuordecim dies ter id eſt trina vice membro cuilibet Eccleſie terminum dare poteſt abeſſendi, Et Prelati & officiati collegiorum negligentias circa eorum officia commiſſas per ſe non corrigant, ſed Decano accuſent corrigenda, & ſuſpenſionem Decani, ipſo abſente Major prelatus poſt eum ſi autem abſens canonicus relaxabit.

Forma

patus vel infirmus fuerit, ſuis expenſis per alium procurabit & hoc in feſtivitatibus Decani per Prelatum vel Canonicum ſequentem, ſi ſaltem habere poterit aliquem, quem ſi habere non poterit, per honeſtum Vicarium diſponet. Aliis vero diebus ſi Prelati vel Canonici nequiverint facere, iterum per honeſtum Vicarium ordinabit; & ſi Decanum contigerit abeſſe, quod minimè fieri debet per longum vel breve tempus, ex tunc Capitulum preſentem ordinationem diſponet expenſis & redditibus Decanatus, attento quod beneficium datur propter Officium.

Digitized by Google

Forma Juramenti Decani.

Ego N. Decanus Eccleſie hujus Juro quod ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Francken-furdenſis quodque obſervem ſtatuta ordinationes conſuetudines ejusdem Eccleſie & quod celabo ſecreta Capituli dicte Eccleſie quodque regam officium dicti mei Decanatus legittime ſecundum quod Deus permiſerit ac pro meo poſſe, quodque obſervem Jura libertates proventus, bona dicti Decanatus nec quidquam alienabo perpetue, de eisdem ſine conſenſu capituli prenotati, predictaque omnia & ſingula obſervem, in licitis & honeſtis Sic me Deus adjuvet & *Sanctorum Ewangeliorum Conditores* hec ſancta Dei Ewangelia.

Hoc predeceſſores noſtri addiderunt, quod ſequitur; Item quod non petam nec exigam ab Eccleſia ratione Decanatus mei plus nec ultra quam quondam Johannes de alta rota, Wigandus Welder & Henricus de Wullenſtat & alii Decani pro tempore dicte Eccleſie mei predeceſſores de dicto Decanatu habuerunt & perceperunt, preter quam ſi que poſt eorum obitum, ad hunc donata eſſent, vel legata aut donarentur vel legarentur in futurum; Item quod compellam pro poſſe plebanum pro tempore Franckf. & ſocios ſuos quociens renovantur ſeu mutantur ad faciendum michi tanquam Decano Eccleſie Sancti Bartholomei obedientiam debitam & ſolitam ut tenentur in forma Juramenti per eos preſtandi infraſcripti. (*q*)

 Scho-

(*q*) *Ulterius addiderunt*: Item quod perſonalem in hujus Eccleſie Decanatu faciam reſidentiam & continuam

Scholaſticus tertius eſt Prelatus cujus officium eſt membra Eccleſie petentia, in Scolaſticis ſcientiis & maxime in Gramatica fideliter informare. In Choro ſtans ſagaciter mores ſingulorum & diligenter conſiderare quoslibet, ut temporibus oportunis ſimul ſtent ſedeant inclinent genuflectant ſurgant moderate atque ordinate, a confabulationibus quoque inutilibus & non neceſſariis viſionibus vagabundis omnimode abſtineant, monere ac artare. Corrupte in choro legentes corrigere, rectum Judicare Jn choro latere ſtat Decani, ſub eo tamen, pilio utitur vario Jn proceſſionibus ante Decanum poſt ad offerendum, preſentias non percipit nec aliquid ultra corpus eccleſie niſi ſit membrum, Rectorem Scolarium dabit & deponit In Eccleſia Sancti Bartholomei Franckf., Collatio Eccleſie Vechenheym, (r) Capelle Sancte Catherine in

nuam veramque & non fictam, nec adherebo alicui conſpirationi contra Capitulum aut Canonicos ſeu beneficiatos hujus Eccleſie. Item ſiquam habuero actionem contra aliquem vel aliquas perſonas Eccleſie hujus, in iſta diffinitioni & terminationi Capituli ſtabo. Item quod curiam Decanatus domum & alia ad ipſam pertinentia in debita ſervem ſtructura. Item quod non permutabo cum aliquo nec reſignabo alicui nec quocunque modo aliter alienabo Decanatum niſi cum conſenſu Capituli & tunc etiam Capitulum & Eccleſiam ab omni onere occaſione illius dimiſſionis imminente indempnes tenebo. Sic me Deus adjuvet &c.

(r) Qualiter Capella in *Vechenheim* pro erigendis Scholaſteriæ & Cantoriæ officiis deſtinata fuerit? vid. *in Comment. VII. pag. 481.* ibidem horum Officiorum collatio reſervata fuit Præpoſito.

Digitized by Google

in Ryedern ſpectant ad Scolaſticum & Cantorem. Jurabit capitulo & conſuetudinibus ſtatutis ordinationibus Ecclesie, & alijs ut in juramento obſervandis Sed Capitulum niſi ſit Canonicus non intrabit in cauſis Ecclesie litigioſis, advocatus erit ſeu patronus, vel hunc dabit Scolaſtici Cantoris Cuſtodis Juramenta ut ſupra Decani præter tertium articulum; videlicet celare ſecreta capituli cum nullus capitulum intret eorundem nec quicquam juris in capitulo habeant.

Forma Juramenti Scolaſtici.

Ego N. juro quod ſim fidelis Ecclesie Sancti Bartholomei Franckof. obediens ſuperioribus & prelatis meis hujus Ecclesie in licitis & honeſtis, & quod ſervem ſtatuta ordinationes & conſuetudines ipſius Ecclesie ſcripta & non ſcripta, facta & facienda, quodque conſervem redditus & jura Scolaſtrie mee, ac curiam domum & pertinentia Scolaſtrie in bona ſtructura, reficienda reficiam in eisdem nec quicquam de eis ſine conſenſu Decani & capituli alienabo nec ipſam permutabo ſimiliter ſine conſenſu eorundem & quod perſonaliter reſpiciam onera Scolaſtrie, ſic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Nota. Ex ordinatione, cuiusdam Emerchonis prepoſiti hujus Ecclesie facta, inter cetera: ſi Decanus Scolaſticus Cantor, vel cuſtos in officiis ſuis negligentes fuerint, vel remiſſi, per capitulum ipſius Ecclesie Sancti Bartholomei Franckf. corrigantur.

Cantor

Cantor tertius eſt prelatus hujus officium eſt perſonas Eccleſie requirentes diligenter ac fideliter in cantando inſtruere Jn choro ſtans facies ſingulorum intueri, quoslibet ut pſalmos & alia legenda, devote attente moroſe diſtincte pauſa moderata in medio & fine verſuum intercepta legant, verba non ſincopando, ſed integre proferendo Cantum non alte nec depreſſe ſed medium tenendo proferant, nullus gloriando alios precurrat, nec torpendo ſequatur, nullus deſidendo potens taceat, nec precipitando vocem enormem emittat, nullus arrogando diſcantet, niſi expertus, omnes pariter inchoent & terminent ſimul, legendo ſeu cantando. Pilio utitur vario in choro in latere ſtat prepoſiti, ſub eo tamen Jn proceſſionibus ante Scolaſticum poſt ad offerendum, preſentias non percipit, nec aliquid ultra corpus, Eccleſie ni ſit membrum, ſuccentorem dabit & deponit, Jurabit capitulo de Eccleſie conſuetudinibus & aliis ut in ipſius juramento obſervandis, Cantor feſtis principalibus Decano, ad officiandum ſupra de officio Decani determinatis, in primis & ſecundis Veſperis ac Matutinis pſalmos atque hymnum in Miſſa Introitum, pſalmum, *Gloria Patri*, *Kyrie*, *& in terra*, ad *gloria in excelſis*, Graduale & ejus verſum, *Alleluja* ſecundum & ejus verſum ſi duo ſunt cantanda, ſequentiam, *Patrem omnipotentem*, ad *credo*. Offertorium, Sanctus, Benedictus, Agnus Dei tria, Communionem in ſede ſua medio chori locata ſtans & in ſtationibus generalibus & Dominica Palmarum imponenda imponat in latere habens Succentorem ſive Succentores.

Item

Digitized by Google

Item ſedem ſuam aliquando exeat, Chorum perambulet, ſingulos ut prefata diligenter fiant ammonendo, legenda usque ad perfectum ſenſum Grammatice & primum finalem Muſice cantanda usque ad tonum perfectum, ſeu ultimum ejus finalem ſemper imponantur & Cantor niſi ſit canonicus, capitulum non intrabit.

Forma juramenti Cantoris.

Ego N. juro quod ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckfurdenſis ac ſingularibus perſonis ejusdem obediens ſuperioribus & meis prelatis hujus Eccleſie in licitis & honeſtis & quod obſervem ſtatuta & ordinationes ac conſuetudines ipſius Eccleſie, ſcripta & non ſcripta, facta & facienda quod conſervem fideliter redditus & jura cantorie mee nec quicquam de eis ſine conſenſu & ſpeciali licentia Decani & Capituli alienabo nec ipſam permutem ſimiliter ſine conſenſu & licentia eorundem Et quod perſonaliter in feſtis Decani & alijs principalibus, Jn aliis vero anni temporibus per ſuccentorem reſpiciam onera fideliter hujusmodi Cantorie, ſic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Cuſtos in Eccleſia Franckenfordenſi officiatus ſimplex eſt, non prelatus cujus officium eſt vaſa & utenſilia Eccleſie ſollicite conſervare, Theſauros, incenſum, panem & vinum ſacrificii ſalutaris, Et oblaciones dividere, ſigna pulſare, Luminaria incendere & extinquere, ne ultra vel minus luceant, providere, ſollicitare de omni ornamento Eccleſie.

Hic

Hic ſi membrum Eccleſie inſtando, offerendo, proceſſionibus locum ingreſſus, & pilium beneficio ſuis capiat competentes ſin autem loco ſui ingreſſus inter vicarios & pilio omnino nigro hic utatur, preſencias non percipit, nec aliquid ultra corpus, niſi ſit membrum, de campanario Eccleſie providebit, & vicariam ipſius confert campanariatum, Jurabit capitulo de fidelitate, & Eccleſie conſuetudinibus obſervandis, & ut res Eccleſie ſibi commiſſas fideliter cuſtodiat, atque diligenter, & cetera faciat ut in ipſius juramento continetur. Item ut frequenter & diligentius, res prefatas cuſtodiat, etiam ſi membrum Eccleſie exemptus eſt a choro, Sepulchra nova, ubi non dum aliqui ſunt ſepulti non fiant, & jam facta, ſuiſque poſſeſſoribus deficientibus, ad Eccleſiam devoluta; nulli ſibi uſurpent, ſine cuſtodis licentia ſpeciali. Oblationes ad crucem infra officium die paraſceve factas, ſolum habet. Item cereos magnos, paſcalem & penthecoſtes, & cuilibet Canonico duodecim Canonicorum in ſtatu exiſtenti candelam de una libra cere, & cuilibet duodecim vicaricorum ſeniorum in ſtatu exiſtenti candelam de dimidia libra cere Et cuilibet ſcolari Eccleſie lumen cereum longitudinis dimidie ulne die purificationis beate Marie annue & perpetue procurabit ſuis laboribus & expenſis Item lumina de purificationibus mulierum poſt partum oblata, recipiet & de hijs cuilibet Antiphonario Chori In matutinis lumen de eisdem ſufficiens miniſtrabit. Cereus paſchalis, ab hora incenſionis ſue in conſecratione, vigilia paſche & nocte ſequente die paſche uſque ad complementum ſumme miſ-

ſe

ſe continue, deinde omnibus diebus Dominicis & feſtivis die aſcenſionis, & per dies ſequentes uſque ad feriam quintam proximam incluſive die Penthecoſtis & per octavam & in octav. In primis Veſperis, Matutinis, Miſſa, Secundis Veſperis incendantur, ſed feria quinta prefata, Veſperis Dominicis deponatur, feria ſexta immediate ſequente renovetur, vigilia Penthecoſtes ſine conſecratione denuo baptizetur & ibidem in Miſſa accendatur Octava Penthecoſtes poſt ſecundas Veſperas diſſolvatur. (s)

Forma Juramenti Cuſtodis.

Ego N. juro, quod ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis ac ſingularibus perſonis ejusdem, obediens ſuperioribus & prelatis meis hujus Eccleſie in licitis & honeſtis & quod obſervem ſtatuta ordinationes & conſuetudines ipſius Eccleſie ſcripta & non ſcripta facienda & facta, quodque fideliter conſervem redditus & jura Cuſtodie mee, nec quicquam de eis ſine conſenſu & ſpeciali licentia Decani & Capituli alienabo, nec ipſam permutem ſimiliter ſine conſenſu, & licentia eorundem & quod fideliter Cereum paſchalem, & alia onera dicto officio meo incumbentia procurabo, ſic me Deus adjuvet, & hec Sancta Dei Ewangelia.

Officia-

(s) *Additio marg.:* Item habet jura Cimiterii & Clauſtri Eccleſie quoad Cenſus quos dant mercatores ibidem de mercimoniis ſuis tam in nundinis quam curiis quam aliis temporibus.

Digitized by Google

Officialis officiatus eſt prepoſiture noſtre Ecclesie & eſt temporalis, hunc prepoſitus ponit & deponit, Officialis Franckenfordenſis in ambitu ſeu emunitate Ecclesie Sancti Bartholomei ibidem debet preſidere, de cauſis matrimonialibus. Injuriarum, uſurarum hereſium ſortilegiorum perjuriorum & plurimarum aliarum in jure expreſſarum pecuniarum marcam argenti non tranſcendentium cognoſcat, vacante prepoſitura capitulum Ecclesie Sancti Bartholomei reget officialatum uſque ad electionem prepoſiti & eius intronizationem incluſive & tunc ei ſigillum tradet, ut de Elect. in cap. *ut præterita.* jurabit prepoſito & non capitulo. Officialis debet eſſe Canonicus prebendatus, vel Vicarius in ſtatu Ecclesie Sancti Bartholomei & non extra. Item inſtituit ordinarie ad beneficia de jure patronatus & aliorum quorumcunque. (t)

Forma Juramenti Officialis.

Ego N. juro, quod ſim fidelis vobis Domino prepoſito in licitis & honeſtis jurisdictionique hujus Ecclesie prepoſiture fideliter & legaliter in ſingulis Actis & caſibus ipſam concernentibus exerceam, & juſticiam unicuique petenti & etiam ex officio contra delinquentes delictis, fori hujus ſpiritualis pertinentis procedam, debitum juris ordinem in procedendo obſervem de cauſisque matrimonialibus beneficialibus uſurarum Symoniarum & alia-

(t) Vide *commentationem VII. de Archidiaconatu Francoford.*

aliarum ſuperius & in jure expreſſarum ſpiritualium duntaxat & pecuniaria marcam argenti non transcendente cognoſcam decidam & debito fine determinem, juxta intelligentiam & rationem a Deo mihi datam & aliter de conſilio jurisperitorum, odio amore ſubordinatione & dolo remotis quibuscunque, ſolum deum præ oculis habendo, in pronuntiando. Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Plebanus Franckenfurdenſis miniſter nudus eſt vulgi, ſeu vicarius plebanatus, Capitulum Eccleſie Sancti Bartholomei ibidem, verum jus parrochiale, & ejusdem dotem habet. Parochia omni die duas miſſas, unam ſub nota de die, alteram ſine nota pro defunctis continue ſe conſequentes procurabit Miniſter ſeu vicarius prefatus, ſacramenta Eccleſiaſtica porrigit ſanis egris & infirmis funera ſepeliet, ſolo ſcolari cum aqua benedicta comite cum cruce & thuribulo, per Eccleſiam non allata, ſepulchra mortuorum viſitet omni die de mane poſt decantationem ſue miſſe defunctorum. De Veſpere poſt Magnificat in choro per collegium incepto, cum ſolo ſcolari, tantum aquam benedictam ſine incenſu miniſtrante omni die dominico ſermonem faciet ad populum, & intimet intimanda, prepoſitus Franckenfurdenſis de hac Vicaria providebit ipſe & ſocij ſui qui ad minus tres ſint in prima receptione ſua, ad parochiam fidelitatem jurabunt capitulo Eccleſie Sancti Bartholomei prenotate, præſentias ſocij non percipiunt, nec aliquid de Eccleſia nec plebanus Eccleſie, niſi ſit membrum totum opidum Franckef. & ſuburbia,

B Capella

Capella leproſorum ville Rode ſuperior, & inferior Bürnheim Bockenheim ſub cura ſunt parochie prenotate redditus preter oblationes, nullas habet. Jn dicta Parochia tempore interdicti, ſtationario preſente cum litteris relaxationis ejusdem approbatis eo die ab inceptione miſſe parochialis dicte incluſive, usque ad completorium excluſive, per omnes Eccleſias parochie prenotate divina relaxantur ad confeſſionem a feria ſecunda proxima poſt *invocavit* ad ſabbatum proximum ante palmas incluſive omnibus diebus præter Dominicas poſt prandium, ſtatim cum tertia campana Eccleſie ter pauſa brevi per campanarium eſt pulſanda funeralium ſocij plebani, omnes, unius vicarii habent porcionem. Jtem plebanus inſtitutus Decano & capitulo Eccleſie Franckf. preſentatus per Prepoſitum ipſis promittet debitam obedientiam & honorem, & jurabit ut Eccleſie Decano & ſingulis canonicis ac capitulo Eccleſie Franckf. publice & occulte verbo & opere ſit fidelis ſic ſocij plebani ante executionem officij ſui jurabunt, ut infra in eorum juramento continetur, plebanus officio divino chori interſit omnibus horis, niſi negotiis parochie ſit prepeditus Quibuſcunque non canonicis antefertur, tamquam canonicus habeatur. Legata tranſcendentia xxx. & Lij. Denar. Decano & capitulo preſentabit, ſed nihil percipiet, redditus ſi ſint ſtantes de funeralibus ſi non eſt membrum Eccleſie, Si autem eſt ſocii ſui unius membrorum percipient portionem ut ſupra, Nomina defunctorum Kalendis capituli, & non aliorum niſi infra triginta dies proximos defunctorum ac quorum an-

niver-

niverſaria ſunt ebdomada in preſenti diebus dominicis in ambone pronunciabit. Jndumenta miſſe chori, communia capitulo ſunt & plebano Plebanus diebus purificationis Marie palmarum paraſceve, vigilijs paſche & penthecoſtes in parochia non celebrabit, & poſt oblationes chori, communicabit hijs diebus oblationes communicantium diebus cene & paſche, ad altare parochie, & collateralia ſunt plebani. Die vero paraſceves, & vigilia paſche Decani & ſuorum miniſtrorum chori ad altare, ad altare autem parochie ſunt plebani, ad altaria quoque collateralia, pars media Decani & ſuorum miniſtrorum, alia media pars plebani plebanus in feſtis patroni & dedicationis altarium Eccleſie Sancti Bartholomei. Cuſtodi medietatem, capitulo proceſſionem . . . viſitanti medium quartale vini boni propinabit plebanus miſſam ſuam cantet tempeſtive diebus nativitatis Chriſti, paſche miniſtrorum oblationes commode tollat ſuas, capituli nomine curiam inhabitet plebanatus cenſum dans capitulo debitum ex antiquo in recognitionem juris ejusdem, ſi non eſt canonicus prebendatus, Die paſche octo ſolidos den. nomine cenſus dabit, ex Ordinatione Wernheri Archiepiſcopi Maguntinenſis quondam plebano die purificationis Marie, ſicut canonico danda eſt candela plebanus nihil conſtruat, vel deſtruat in Eccleſia vel cimiterio, niſi de conſenſu capituli prenotati plebanus pecuniam pro licentia violationis feſtorum receptam & recipiendam, Magiſtro fabrice dicte Eccleſie miniſtrabit, ordinatio alia Magiſtri Hermanni canonici Aſchaffenburgenſis vaſa argentea & utenſilia ſacri-

Digitized by Google

ſtie Eccleſie Sancti Bartholomei Franckf. ſunt proprietate capituli ejusdem Eccleſie plebani Miniſtri vulgi, ſeu vicarii plebanatus ad uſum duntaxat, dicti capituli ex commiſſo. (u)

Forma Juramenti plebani &c.

Ego N. juro quod ab hac hora in antea ſim fidelis publice & occulte verbo & opere Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfurdenſis ſingularibusque perſonis ipſius ac obediens Decano Canonicis & Capitulo ejusdem in licitis & honeſtis omniaque & ſingula ad miniſterium plebanatus hujus Eccleſie per tinentia fideliter & diligenter exerceam, & reſpiciam, procuremque adimpleri. Item quod obſervem ſtatuta & ordinationes, ac conſuetudines hujus Eccleſie, ſcripta & non ſcripta, facta & facienda quantum me concernunt, ceteraque capituli, quantum ad me pervenerint, in dampnum ſeu periculum ipſius Capituli, ac perſonarum Eccleſie predicte non revelem ſeu manifeſtem, Jtem quod fideliter conſervem jura redditus fructus & proventus plebanatus mei, nec quicquam de eis alienabo ſive vendam quovis modo, Jtem, quod conſervem curiam dotis dicti plebanatus, & alia ad ipſam pertinentia in bona & notabili ſtructura ſine fraude Jtem quod ipſum plebanatum non permutabo, ſine conſenſu & licentia ſpeciali dominorum Decani & capituli, hujus Eccleſie ſupradicte Jtem quod perſonaliter reſideam, & continue in eodem plebana-

tu

(u) Plura parochiam Francofurdenſem concernentia vid. in modo cit. *comment. à pag. 480.*

tu Jtem quod interſim officio divino chori Eccleſie prefate omnibus horis, niſi negotiis parochie fuero prepeditus Jtem quod omnia & ſingula jura, legata ſeu leganda, cenſus & redditus Dominis, Decano & capitulo ac Canonicis prefatis occaſione curie dotis plebanatus ſepedicti, vel alias quantumque de cauſa, per plebanum pro tempore, data & miniſtrata danda & miniſtranda de jure vel conſuetudine, dabo temporibus debitis & miniſtrabo, ſine contradictione, Jtem quod redditus ſeu cenſus Kalendarum Dominis meis Canonicis & capitulo in Opido Franckf. vel alibi debitos, ſuis temporibus, ipſis dandos & ſolvendos in ambone pronuntiabo & intimabo, fideliter diebus Dominicis, ſingulis & feſtivis, Jtem quod miſſas in dicta Eccleſia michi incumbentes quantumque cantandas vel legendas, tempeſtive, juxta ordinationes & ſtatuta hujus Eccleſie decantari ſeu legi, divina chori Eccleſie predicte, minime impediendo procurabo, Jtem quod nihil conſtruam, vel deſtruam in Eccleſia vel cimiterio, Eccleſie ſupradicte niſi de conſenſu & licentia ſpeciali capituli prenotati, Jtem quod non admittam aliquos ſocios meos presbyteros per me recipiendos ad executionem officij ſeu miniſterij plebanatus hujus, in dicta Eccleſia vel extra niſi prius ſolitum Dominis Decano & capitulo predictis preſtiterint juramentum. Jtem quod non impetrabo, quicquam contra Decanum & capitulum, ſive Canonicos, vel ſingulares perſonas dicte Eccleſie non utar impetratis contra eosdem, Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Digitized by Google

Forma Juramenti Sociorum Plebani.

Ego N. juro quod ab hac hora in antea ſim fidelis publice & occulte verbo & opere Eccleſie S. Bartholomei Franckf. ſingularibusque perſonis ipſius ac obediens Decano Canonicis & capitulo ejusdem in licitis & honeſtis & quod omnia & ſingula officio ſeu miniſterio plebanatus hujus Eccleſie incumbentia quantum michi committentur exerceam & reſpiciam fideliter & diligenter aliasque ſtatuta & ordinaciones ipſius Eccleſie quantum valeo obſervabo ac negocia Eccleſie & capituli hujus & perſonarum ſingularium ipſius juxta poſſe promovebo ſic me Deus adjuvet & hec ſancta Dei Evangelia.

Rector Scolarium eſt temporalis, hujus officium eſt, in ſcolis, ſcolares fideliter docere. Jn choro autem ut diſciplinate, ſtent ſedeant genuflectent, inclinent clamores murmurationes inſolentias hinc inde vel extra diſcurſiones obmittant, intrent & exeant altari ſe inclinantes coarctare. Hunc Scolaſticus ponit & deponit, modo quo ſupra in verbo ſcolaſticus dicitur. Capitulo de fidelitate & aliis ut in juramento, jurabit preſentias non percipit, nec aliquid de Eccleſia ejusdem, ni ſit membrum, vel niſi aliquid ut percipiat ſpecialiter ſit inſtitutum olim propter honorem Eccleſie conſuevit eſſe graduatus.

Forma

Digitized by Google

Forma Juramenti Rectoris Scolarium.

Ego N. juro quod ſim fidelis & obediens Decano & Capitulo ac ſingularibus prelatis, & canonicis Ecclesie Sancti Bartholomei in licitis & honeſtis, & ſcolas hujus Ecclesie & ſcolares ejusdem etiam obedientes, fideliter doceam in ſtudiis trivii aut quadrivii, id eſt in ſeptem artibus liberalibus, ſecundum uniuscujusque habilitatem & meum poſſe, inſolencie, per eos ne fiant, provideam ipſos ultra meritum quantum poſſum non ledam & alia ſingula officio meo incumbentia honorabilia pro poſſe adimplebo. Sic me Deus adjuvet, & hec ſancta Dei Ewangelia.

Succentor. eſt officiatus temporalis hujus officium eſt, ſcolares in ſcolis docere cantum, eos in choro, ad verſus, lectiones verſum graduales verſus ſeu alleluja ordinare, Et ut ſine deſidia legant, cantent ammonere, errores & diſſonantias facientes corripere, eosdem ad ſonum priſtinum revocare, primarius eſſe debet & ultimus officijs in divinis hinc cantor dabit & deponit, hic ſi membrum Ecclesie in ſtando offerendo locum proceſſionibus locum ingreſſum & pilium beneficio ſuis capiat comgruentes, ſin autem ſedibus inferioribus, & pilio omnino nigro hic utatur preſencias non percipit, nec aliquid de Eccleſia, ejusdem ni ſit membrum. Omnibus diebus Dominicis & feſtivis in miſſa ſi autem prime veſpere eorundem . . . ſeu antiphones proprias hunc ſuper pſalmos in primis & ſecun-

dis veſperis, Matutinis & miſſa cappa ſerica indutus, ſolus loco ſtans cantoris, ſed ad vigilias defunctorum, majores Miſſasque earundem ſine cappa ſerica, loco ſuo ſtans conſueto imponat ea, & taliter ut ſupra de officio cantoris clarius eſt expreſſum, lauda tonorum, antiph. nocturni vltime Laudum quinte ſeu ſole, Benedictus, prime tertie ſexte None preter vigiliarum veſperorum quinte, Magnificat. Completorium ferialiter cantatis præter à circumciſione Domini ad purificationis Marie, & a cena Domini àd octavam corporis Chriſti & vigilia Nativitatis Chriſti præter de tempore & de ſanctis anectetur. Si feria de dominica ſuffragatur hoc poſt primam ſit collocatum. Omelia & Miſſa dominicalis, præter Dominicis paſche eadem die obſerventur, Nona vigiliarum Dominica ſeu die feſtivo cadens Dominicaliter decantetur, Ewangeliorum antiphonarum prima ad Bened. ſeu poſt primum verſum, omelia lecta, alie ſi ſufficiunt ad Magnif. & Bened. ſi non ad Magnif. tantum dicentur atque iterentur ad Bened. feriale ſubrogentur. Hiſtoriarum Dominicalium Antiph. una ſabbato quolibet ad Magnif. ſeu poſt primum Bened. ſuperflue alijs diebus ejusdem ad Magnif. tantum, Evangeliorum autem non pretermiſſis que ad Bened. ut hec compleantur, proferantur. Si G. Dominicalis littera Anniverſ. Dominica quarta adventus & vigilia nativitatis Chriſti peragentur. Jtem capitulo de fidelitate & aliis ut infra jurabit.

Forma

Forma Juramenti Succentoris quod preſtabit Capitulo.

Ego N. juro quod ſim fidelis & obediens Decano & capitulo ſingularibusque perſonis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenſ. in licitis & honeſtis & quod officium Succentorie, hujus Eccleſie fideliter exerceam atque regam in omnibus & per omnia, juxta poſſe meum, Onera eidem officio incumbentia ſuperius expreſſa & in aliis ſi que eſſent, & eidem incumberent ſuperius etiam non expreſſa & maxime diſſonantias cantus & tonorum precanendo Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Sacriſta ſeu Collector funeralium eſt officiatus temporalis cujus officium eſt pecuniam per viſitationem & apportationem funerum colligere, & hanc preciſe preſentibus partiri. pallas caſulas albas humeralia oraria. id eſt ſtolas, & alia ornamenta altaris ſummi videlicet chori diebus ſolempnibus feſtivis feriatis deputata, cautę & fideliter conſervare, munde cuſtodire hec ut tempeſtive laventur corrupta reformentur vetuſta innoventur ordinare quolibet ſuo tempore exponere, & officio peracto ſuo loco reponere diligenter. defectus in libris chori adimplere, diruta reparare ſtatim in eisdem, hunc capitulum facit, & deponit de fidelitate & alijs ut infra in eius juramento continetur; huic quoque jurabit, Membrum Eccleſie hic exiſtat, in funeralibus unius membri, Eccleſie cujus hec . . deberentur, duplam recipit portionem, funeralia non recipiet nec funera viſitet, ſe tenens pro infirmo, Jtem quolibet anno ſacriſta duas libras cere pro in-

Digitized by Google

corporatione parochiarum de officio ſuo, Eccleſie Maguntinenſi in feſto natalis beati Martini epiſcopi preſentabit, diebus ſolempnibus due candele in altari, due ante altare, due retro polpitem lectionum, Die octava feſtorum ſolempnium Sabbatis commemorationis, nativitatis Domini ad integram ſeptimanam due in altari due in polpite, diebus Dominicis & feſtivis due in altare, diebus feriàtis una in medio anterioris partis altaris in primis & ſecundis veſperis completorio & Miſſa, ſed ad vigilias defunctorum majores, quatuor in medio chori, minores, una ut ſupra ferialiter habeantur. Tamen ad omnes miſſas, due candele in altari incendantur. Candele in miſſa ad poſteriora aliis autem horis, ad anteriora altaris cornua ſituentur diebus ſolempnibus due candele torte ſint in elevatione ſacramenti, alijs autem diebus una tantum. Velum templi in die cinerum in matutinis choro ſit appenſum & feria quarta proxima poſt Dominicam palmarum in miſſa lectis hijs dictionibus. *Et velum Templi ſciſſum eſt* ſtatim deponatur diebus Dominicis & novem lectionum, a primis veſperis, ad ſecundum Complet. incluſive hijs ſit abſtractum Die Cene Domini paraſceve Vigilia paſch. in matutinis quolibet poſt lectionem una xij candelarum ſtatim extinquatur ſed xiijtia cantico & pſ. *Laudate Domini de celis* completis, incenſa ad armarium ſeu ardens portetur & ſic ſervetur & lumina denuo ab eadem, incendantur. Item in die purificationis beate Marie ſingulis annis perpetue, dabit infra miſſarum ſolempnia cuilibet Vicario Eccleſie preſenti & in ſtatu exiſtenti unam candelam,

de

de dimidia libra cere factam, exceptis vicariis illis quibus Cuſtos Eccleſie dare tenetur, ut ſupra in verbo: *Cuſtos.* (w)

Forma Juramenti Sacriſte.

Ego N. juro, quod ſim fidelis Eccleſie, Decanoque & Capitulo, Sancti Bartholomei Franckenfurdenſis, ac ſingularibus perſonis ipſius Eccleſie in licitis & honeſtis obediens, Et quod officium Sacriſtie hujus Eccleſie mihi per vos commiſſum fideliter exerceam atque regam, & reſpiciam in omnibus & per omnia juxta poſſe meum ſecundum onera, eidem officio incumbentia ſuperius expreſſa, & in alijs, ſi que eſſent, ei incumbentia, etiam ſuperius non expreſſa, ſed impoſterum exprimenda Jtem quod de clenodijs & aliis quibuscunque ad officium hujusmodi ſpectantibus, michi commiſſis per vos vel committendis, vel alias ad me hujusmodi officii intuitu, ſeu etiam Eccleſie, provenientibus, ſine licentia Decani & capituli ſpeciali non alienem Jtem quandocumque per Decanum & capitulum hujus Eccleſie requiſitus fuero, vel per nuncium, eorundem computum faciam ipſis de per me expoſitis

(w) Additur ad marginem: Jtem recipiat omnes oblationes pecuniales provenientes in altari vel ſupra altare chori ab Imperatoribus, Regibus, Archi-Epiſcopis & Epiſcopis tempore primo ipſorum ſeu cujuslibet eorum receptione ad dictum altare Chori, alio autem tempore ſi illos offerre contingeret, illas recipient oblationes, qui eas aliàs ſecundum conſuetudinem Eccleſie ſuo tempore recipere conſueverunt.

ſitis & receptis Jtem quod officium hujusmodi reſignem in manus dictorum dominorum Decani & capituli ad eorum voluntatem quandocumque, ſine contradictione Sic me Deus adjuvet, & hec Sancta Dei Ewangelia.

Campanarius membrum eſt Eccleſie perpetuum, & locum ſui ingreſſus, & pileum nigrum omnium inter vicarios in choro habet, hunc cuſtos dabit, hic oſtia Eccleſie tempeſtive aperiat diligenterque recludat horarum ſigna, hora & modo equalibus ſemper pulſet qualiter autem pulſet, in quibuslibet anni diebus in regiſtro modi pulſandi ſubſcripto plenius eſt expreſſum. Campanas & feras januarum Eccleſie omnes in ebdomada ſemel reſpiciat, corruptaque in eis ſtatim ordinet reformari, Lumina Cerea polpiti Lectionum unum, polpiti Reſponſoriorum unum, ad quemlibet antiphonarium unum pro matutinis ad idem ſufficiens, & cereos altaris ſummi pro omnibus horis aminiſtret, Ebdomadam ſue vicis peragit ut membrum Eccleſie officijs in divinis in ſui officij miniſteriis exemptus eſt a choro qualibet hora proſpiciat ne ex luminibus in monaſterio incenſis, aliquod incendij periculum oriatur Sabbato ſero omnes lapides aque benedicte evacuet & emundet, dieque Dominico aquam infundat, recentem benedictam Monaſterium purget, tempore congruente, Illud claudens loca & angulos ejus fideliter circumeat, homines & animalia expellat nullos in ea dormire permittat niſi pro pulſandi juramento Laternam cum lumine ardente ante oleum infirmorum portandam procurabit. Sponſis & mulieribus poſt partum introni-

zan-

Digitized by Google

zandis librum, jurantibusque in judicijs ſpirituali & ſeculari reliquias ſanctorum ad hoc deputatas membris Eccleſie primitus receptis funem campane chori offert, inde conſueta recepturus. Imperator, Rex, Archi-Epiſcopus ſuperiorem veſtem qua induti ſunt Prelatus vero & Canonicus par veſtium bonarum, Vicarius, & quodlibet membrum Eccleſie, ſuas primas preſentias ſeu cottidianas diſtributiones primitus ibidem recepti, inunctus extrema unctione duos denarios ſponſa unum denarium mulieres poſt partum intronizate unum obulum uſuales ei dabunt ſuſpenſi omnes incarcerationes judiciariosque actus per Decanum in perſonas Eccleſie officialesque in laicos aliarumque Eccleſiarum perſonas privilegiatas, ſeu ſervi ejus intimabunt. Capitulo congregato hoſtium loci capituli frequenter reſpiciet & diligenter ab extra Jtem nullas dabit juſticias pro receptione ſui ad officium iſtud, & eſt ſervus Eccleſie communis, Jtem miniſtrare debet plebano hujus Eccleſie omni anno XVI M. hoſtias parvas feria ſecunda poſt diem palmarum pro Communicando populum in ſeptimanâ Sanctâ & totidem hoſtias, mittit omni anno monaſterio in Arnſpurg cum panario, noſtro ex antiquâ conſuetudine, etiam miniſtrabit campanarius hoſtias magnas per totum annum.

Forma Juramenti Campanarii.

Ego N. juro, quod officium Campanariatus ſeu ſuccuſtodie hujus Eccleſie, fideliter exerceam regam & reſpiciam in omnibus & per omnia juxta

poſſe

poſſe meum, ſecundum onera eidem officio incumbentia ſuperius expreſſa & in alijs ſique eſſent & eidem incumbent etiam ſuperius non expreſſa, ſed exprimenda. Jtem quod omnia & ſingula per me occaſione hujus officij miniſtranda debite. & ſine contradictione aminiſtrem Jtem quod horis debitis juxta modum pulſandi ſubſcriptum conſuetum, quibuslibet feſtis diebus celebribus dominicalibus & feriatis, ac aliis pulſem ſeu pulſari faciam, campanas hujus Eccleſie, Jtem quod omni nocte intrem Eccleſiam Sancti Bartholomei predictam tempeſtive, & in armario ipſius Eccleſie tota nocte permaneam res & bona Eccleſie ejusdem fideliter cuſtodiendo Jtem quod de prommiſſis aut committendis in rebus bonis ſeu cleynodijs Eccleſie hujusmodi, nil alienem vendam, concedam ſive perdam deperditaque alienata ſive vendita reſtaurem, vel eorum valorem indilate perſolvam, Eccleſie predicte Jtem caute ſingulis horis & temporibus lumina Eccleſie, & in ea ardentia diligenter reſpiciam, ne incendium aliquod ſive dampnum, exinde generetur. Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Camerarius ſeu cellerarius eſt officiatus temporalis hujus officium eſt proventus bladi & pecunie colligere, & diſtribuere prebendarum & Panes prebendales novem ſeptimanatim habet; Seu quatuor cum dimidio Quartali tritici & totidem ſiliginis pro eisdem Jtem quilibet quatuor temporibus anni capitulo computabit ubi in propinationibus ibidem factis unius canonici habebit portionem, hunc capitulum facit & deponit, Eccleſie ſit perſona ſive membrum in adeptione ſui

officii

officii capitulo fideliter preſtabit juramentum Jn ſui officii miniſterijs exemptus eſt a choro tamen imponit lectiones leget, officiet tempore eum contingente ſeu hoc fieri procurabit, hic redditus per eum colligendos diligenter conſcribat, fideliter conſervet facetè petat, contra in ſolvendo malitioſe negligentes ſtrenue procedat ſuperioribus notificet & alia competentia faciat, nichil de neceſſariis obmittendo Jtem ſciat quod omnes redditus ſunt, per dantes ſuis expenſis & laboribus ad loca conſueta tempore debito, bono pagamento perſolvendi, Et non in fundis eorundem, niſi forte propter conſervationem ſeu dantium negligentiam per officiatos eorundem requirendi caveat etiam collector, ne alibi quam in fundo & ejus legittimo poſſeſſore ſi contingat eosdem recipiat, quia e contrario hujus plura dampna vexationes multe, ymo perditio cenſuum totalis ſepius evenerunt, ſi fundum dividi contingat proventus hujus non ab una illius partium, ſed ab omnibus ſimul recipiat, poſſeſſores quoque compellat, ut procuratorem conſtituant qui proventus ſimul nomine omnium amminiſtret a dante ſi alius ſit quam anno preterito, querat, utrum heres? quale nomen, & in cedula hoc ſtatim ſignet notulas autem tales anno revoluto, taliter poſt N. per litteras conformem procedenti aſſcribi procuret, ne ſcripturis diverſis liber vitietur, ſimiliter fiat de redditibus de novo emptis vel legatis tres de Eccleſia omnes cenſus ſciant, canonicus vicarius & officiatus eorundem propterea ne propter negationem dantium negligentiam ſeu mortem ſubitam vel indiſpoſitionem officiato-

rum

rum amittantur Jn termino adminus ſemel omnes tres prefati, omnes fundos proventuum ſimul perſonaliter reſpiciant utrum ne aliqua mutatio diviſio ſubtractio vel alienatio in eisdem facta ſit, diligenter requirentes que ſi facta eſt ſtatim ſuperioribus denuntient, remedium adhibendo proventus omnes quantum poſſibile eſt, literis autentice ſigillatis, collector non tenetur ſuis expenſis procedere contra ſolvere negligentes expenſas intuitu communitatis capituli factas exponat, de communi redditus autem taliter conſcribantur, liber reddituum habeat diſtinctas duas partes prima contineat cenſus pecunie ſecunda Bladi cenſus pecunie quia maxime in civitatibus ſiti, per partes orientalem & occidentalem & quelibet harum partium per vicos principales & annexos ſimiliter ab oriente in occidens, vel a meridie ad ſeptentrionem ſeu a campo ad flumen deſcendendo, ſeu e contra aſcendendo & quilibet horum vicorum per domos ordine aſcenſus & deſcenſus debito obſervato & partes vici domus civitatis ut predicitur ſeu villarum ſi ibi contingit ſuis nominibus ſignis ſitibus, oppoſitionibus aciebus magis propriis notabilioribus ac perpetuis maxime ab Eccleſiis cum ceteris permanentiores ſint exordium ſumendo diſtinguantur, cenſus bladi, qui in terminis villarum poſiti per nomina villarum ſecundum ordinem Alphabeti ab A. inchoando deſcribantur. Modus autem ſcribendi librum cenſuum talis eſt, unicuique parti & vico civitatis & ville cuilibet titulus ſuus in medio ſuperioris marginis, cum litera magna capitali & primo cenſui hec dictio: *primo*, ſecundo cenſui hec dictio:

Jtem

Digitized by Google

Item aſcribantur Jn cenſibus vero ſingulis primo ſumma pecunie ſeu bladi ſecundo ſubpignora cum ſuo ſitu quarto magis proprie poteſt tertio dans cum ſuo nomine proprio & cognomine, Et nomen dantis quia variabile in fine ſemper eſt ponendum Inter domum autem & domum, bonum ſpatium, vicum & vicum, villam & villam majus, partem & partem civitatis maximum, propter plura apponenda relinquatur. Jn coopertorijs librorum omnium & ſingulorum ab extra titulus eorundem magnis litteris capitalibus ſcribatur, ut eo expedientius materia ſingulorum poſſit recognoſci, libri omnes duplicentur & unus in clauſura armarii & alius penes officiatum reſerventur.

Nota, quod Anno Domini MCCLxxVj menſe julio facti ſunt duo officiati prebendarum & preſentiarum Joannes de mogunt. & petrus ita quod die computus dent, Kalend. die preſentiarum preſentias deſervitas & obligaverint ſe inſolidum fideliter aminiſtrare defectum ex ſuis ſupplere res eccleſie ex altera parte Reni expenſis eccleſie, ſed iſta ſuis colligere, corrigere quoque libros.

Forma Juramenti Camerarii canonicorum.

Ego N. juro, quod officium camerariatus ſeu cellerariatus Dominorum meorum canonicorum per eosdem michi commiſſum fideliter agam & exerceam & quod omnes cenſus & redditus atque fructus ad corpora prebendarum in quibuſcunque conſiſtentes, pertinentes diligenter & fideliter

pro toto meo poſſe perſonaliter colligam atque in fundo petam & contra non ſolventes ſtrenue & judicialiter procedam ac nomina novorum dantium conſcribam in cedula, vobisque tradam, libris inſcribenda & ſuis temporibus debitis pro omnibus deſervientibus equaliter dem & diſtribuam, juxta modum & formam michi per capitulum totum aut majorem partem ipſius capituli reſidentium traditam, ſeu etiam tradendam quantumcunque nec aliquid diſtribuam, vel diſponam, alienem ſive vendam, de redditibus cenſibus, bonis vel rebus premiſſis, contra voluntatem dominorum prediɫorum, neque in libris aut regiſtris diɫi officij aliquid apponam vel deponam absque licentia diɫorum dominorum meorum Jtem quod faciam computationem à Dominis meis canonicis capitularibus reſidentibus, vel majori parte ipſorum temporibus debitis requiſitus ſine contradiɫione Jtem mutationes, diviſiones, ſubtraɫiones vel alienationes bonorum & cenſuum prediɫorum quantum ad me pervenerint, indilatè capitulo notificabo pro remedio conſequendo Jtem quod ſingulis annis infra diviſionis apoſtolorum & beati Jacobi Apoſtoli feſta, diɫum officium reſignem & preſentem ſeu offeram libros & regiſtra omnia, ad diɫum officium pertinentia etiam per me faɫa ſeu facienda illeſa in manus Dominorum capituli vel canonici de capitulo reſidentis ſenioris Jtem quod certa vina etiam decimalia colligenda, & quelibet ad hec neceſſaria in quibuſcunque conſiſtentia diligentiam faciam expeditam, ſic me Deus adjuvet & hec Sanɫa Dei Ewangelia.

Nota:

Nota: Quod antè omnia, bonum eſt quod totum capitulum predictum detur officiato in ſcriptis, ut eo melius ſciat, qualiter officium ipſius regere debeat, quia omnia habere absque ſcriptis in memoria potius divinum eſt quam humanum, at, ut ſufficientius officio provideatur. (*x*)

Officiatus ſeu Magiſter preſentiarum eſt temporalis hujus officium eſt, redditus & proventus preſentiarum colligere & diſtribuere omnibus diebus preſentiarum totis divinis officijs chori intereſſe preſentes & abſentes diligenter conſiderare ſummam pecunie preſentiarum, cuilibet Diei aſcriptam, computatione diligenti prehabita preſentibus & non abſentibus officijs prefatis equaliter dividendo miniſtrare niſi forte abſentes negocijs Eccleſie, ſeu infirmitate adeo gravi & non ficta racione cujus chorum ſine periculo corporis frequentare non poſſent, eſſent detenti, certificatis tamen de hoc Decano, ſeu Seniore Canonico de capitulo abſente Decano & diſtributore preſentiarum earundem die-

 bus

(*x*) *Nota marg.*: Officians ſeu Camerarius capituli promittat hec infra ſcripta: Quia experientia teſte pecunie penuria dampna pleraque affert & incommoda, hinc ſtatuimus & ordinamus quod de cetero officiatus capituli in admiſſione ſui officij bona fide promittat, quod quam ſtatim in iſto officio fuerit conſtitutus, ſucceſſori ſuo in hujusmodi officio conſtituto vel ipſimet capitulo ſummam XX. florenorum in unius quindene ſpatio immediate tempus dimiſſionis ejusdem officij ſequentis realiter & cum effectu perſolvet. Jtem ubi expedit unumquemque hujusmodi pecunias recipientem tradere Dominis quitanciam ſigillatam &c.

bus qualibet preſentiarum de abſentijs pretentis, ſed quibuslibet quatuor temporibus de ingroſſo expoſitis, computet, deſuper a capitulo deputatis, hunc capitulum facit & deponit Jtem *Eccleſie* Jtem *in adeptione* Jtem *in ſui officii* Jtem *hic redditus ſciat*, Jtem *caveat* Jtem *ſi fundum* Jtem *a dante* Jtem *tres* Jtem *in termino* Jtem *proventus* Jtem *Collector* Jtem *expenſæ omnes*, iſti paragraphi ſupra de officio camerarij ſeu cellerarij poſiti, hic ſimiliter ponantur, & notentur. Officiatus prefatus videlicet preſentiarum in preſentiis & funeralibus recipit unius membri Eccleſie duplam portionem redditus aut preſentiarum taliter conſcribantur. Liber redditus preſentiarum habeat partes duas prima recepti & liber cenſuum, ſecunda diſtributi & liber diviſionis notentur. Liber cenſuum duas partes contineat diſtinctas, & formetur ut ſupra, de officio camerarii; niſi quod hic primo ſumma pecunie ſeu bladi, ſecundo dies diſtributionis tertio ſubpignora Quarto dans ponantur, liber diviſionis continet ſummam pecunie, qualibet die pro preſencijs dividendam. Et habet tres partes prima ponit anniverſaria ſecunda: feſta ſanctorum fixa 3tia: Dominicas, mobiliaque feſta & modus ſcribendi hunc librum talis eſt. Titulus ſupponatur unicuique jam dictarum partium, ut in libro cenſuum eſt expreſſum Jtem in primis duabus partibus formetur, Kalendar. litereque. A. B. item quelibet ab alia ad minus per ſex rigas disjungantur, & cuilibet litere ſuus ſanctus, ſi notabilis eſt, ſin autem; nonæ Jdus vel Kalendæ conjungatur Poſt hoc in anniverſario ſcribatur hec dictio: *in anniverſario*, ſecundo

do nomen legantis tertio ſumma pecunie legate, & ſic de alijs, ſi plura anniverſaria fuerint die in eadem; ſed in feſtis ſanctorum poſt nomen ſancti rubro ſcriptum, ſumma pecunie tantum ponatur hoc die quod preſencijs dividenda in Dominicis vero & feſtis mobilibus, ſcribatur rubro *Dominica prima*, *Dominica ſecunda.* Jtem *D* magna litera capitali in principio linee inchoata & inter Dominicas & Dominicas due linee vel plures prout notate fuerint, vacue relinquuntur. Et feſta mobilia forma Dominicarum ſcripta ſuis locis inſerantur, poſt nomen feſti vel Dominice ponatur ſolum ſumma pecunie eodem die pro preſentijs dividenda, eſt & alius libellus dictus commemoratio animarum in ſeptem partes ſeu libellos diſtinctus numero Dominicalium literarum in quo duntaxat nomina, perpetuos redditus preſentijs legantium, ſunt notata, Ordinatus tali modo quelibet pars ſeu libellus Quinquaginta duo folia, ſecundum numerum ebdomadarum anni continebit In cujuslibet folij margine ſuperiore litera dominicalis una magna capitalis Jta quod in prima ſeptem partium Dedictarum A. in ſecunda B. & ſic deinceps rubro figurentur, deinde in principio primi folii prime partis prefatarum ſcribatur rubro illa dictio *circumciſio.* Litera magna textuali ſequantur ſtatim nomina defunctorum omnium ſimul quorum anniverſaria in eadem ebdomada, usque ad Sabbatum proximum poſt incluſive peraguntur litera minore magna textuali poſt hoc ſecunda dominica ſimiliter notetur *Erhardi* & ſic fiat per totum illum annum ſimiliter fiat de B. C. &c. ut de a. demonſtratur. Jta tamen quod

cuilibet Dominice, ſanctus vel feſtum ibi cadens, ſi notabilis ſeu notabile eſt, ſin autem Nonas Jdus. Kalendus. Et in principio ultimi folii cujuslibet partis ſeu libelli hec dictiones rubro textu, *Cene Domini ad mandatum pauperum*, & poſt hoc nomina defunctorum ſeu viventium ad idem mandatum ſuas elemoſinas largientium, nigro textu annotentur Quorum quidem libellorum unum illo anno deſervientem diſtributor preſentiarum die anniverſariorum manuteneat & miſſa incepta officianti in altari ſancti Epiſtola quoque lecta, membris eccleſie preſentias recipientibus in ſedibus eorum ſedentibus eosdem, accedendo incipiendo a Decano eo abſente a ſeniore canonico eorum quorum anniverſ. eadem die peragitur voce ſummiſſa die vero cene Domini mandato pauperum peracto, omnibus ibidem exiſtentibus in eminenciore loco ſtando, eorum qui ad hoc mandatum ſuas pias elemoſinas largiti ſunt, alta voce legens nomina diſtincte & expreſſe, omniumque prefatorum animas eisdem fideliter recommendet, Jtem *in coopertorijs.* Jtem *libri omnes &c.* ut ſupra de officio cellerarii ponitur ita illi paragraphi notentur & hic ſimiliter huic officiato pro Jndarre de C. octalibus, quinque defalcentur.

Forma Juramenti officiati preſentiarum chori Eccleſie ſancti Bartholomei Franckenfordenſis.

Ego N. in officiatum ſeu camerarium vel magiſtrum preſenciarum Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis per Dominos Decanum & capitu-

capitulum ejusdem eccleſie ordinatus, juro per patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quod officium camerariatus hujusmodi, per dictos Dominos meos commiſſum fideliter agam & exerceam, & quod omnis cenſus & redditus ad preſentias ſeu diſtributiones cottidianas pertinentes diligenter & fideliter pro toto meo poſſe perſonaliter colligam atque petam & ſuis temporibus debitis pro omnibus deſervientibus duntaxat, equaliter dem & diſtribuam, Decano duntaxat excepto, cui dupla portio in diſtribuendo debetur, Jtem quod de redditibus & cedentijs dicti officij nichil contra voluntatem dictorum Dominorum meorum Decani & capituli dem diſtribuam ſeu diſponam neque in libris & regiſtris dicti officij aliquid apponam, vel deponam absque licentia dictorum Dominorum meorum. Jtem quod non faciam aliquam computationem ratione dicti officij michi commiſſi, vel interſim in abſencia domini Decani, vel alterius de capitulo ad hoc Deputati, niſi ex juſſu & mandato ſpeciali dictorum Dominorum Jtem quod ſingulis annis infra diviſionis Apoſtolorum & beati Jacobi apoſtoli feſta, dictum michi commiſſum officium reſignem & preſentem. Seu offeram libros & regiſtra omnia ad dictum officium pertinentia illeſa in manus Domini Decani vel in Decani abſentia ſenioris de capitulo predicto. Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Canonici ſunt per quos Eccleſia collegiata auctoritate in omnibus gubernatur Qui vices Apoſtolorum duodecim ſanctiſſimi Collegii Jeſu Chriſti repreſentant, Hij & univerſaliter omnes Clerici,

a Wilgari vita ſint excluſi, a mundi voluptatibus ſe abſtineant non ſpectaculis non pompis interſint convivia publica fugiant & privata, uſuris nequaquam incumbant neque turpium occupationibus lucrorum non fraudibus cujusque feudum appetant amorem pecunie quaſi maliciam cunctorum malorum ſeu criminum fugiant ſecularia officia negotiaque abnuant honoris gradum, non per ambitionem ſuſcipiant, pro beneficiis munera non accipiant dolos & conjurationes caveant, odium emulationes obtrectationes atque invidiam declinent non vagi oculis non effrena lingua atque petulancia fluidoque greſſu non incedant, ſed pudorem atque verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuque oſtendant. Obſcœnitates etiam membrorum & verborum ſicut & operum penitus execrentur, viduarum & virginum frequentationem reſpuant, contubernium extranearum feminarum nullatenus appetant, caſtimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conſervare ſtudeant, ſenioribusque debitam prebeant obedientiam neque ullius jactancie ſtudio, ſemet ipſos attollant doctrine Lectionum pſalmorum ympnorum canticorum exercitio jugiterque incumbant, Jtem redditus ſuorum beneficiorum fideliter conſcribant, & conſervent nichil ſine licentia ſui capituli alienando inhibendo ſeu mutando relicta de beneficiis Eccleſie ſue tradant Jbidem ſi fieri poteſt confeſſores habeant, non ab extra, ibidem tumulentur, chorum frequentent & ibidem facienda impleant diligenter, ſuperioribus reverentiam debitam exhibeant, mandata eorum licita ſervent Injurias ab eis illatas majoribus deferant, eorundem conſilij ſecretaque

Digitized by Google

taque zelent, invicem diligant caritative corrigant ad judicium extraneum ſe non trahant cleri defectus Laycis non exponant. Canonici Ecclesie Sancti Bartholomei Franckenfordensis ſunt duodecim, ad numerum duodecim Apoſtolorum inſtaurati, Et hic numerus ibidem non eſt augmentandus nec minuendus, ut antiquis inſtauratorum videlicet beati Caroli Magni Pippini & aliorum Jmperatorum & regum privilegijs eſt firmatum. (y) Hij omnes proventus corporis prebendarum equaliter partientur abſentes absque licentia capituli Petri ad vincula Blado, Michaelis vino iſtius anni privantur & per ſe ſunt ſuſpenſi quia iſta feſta ibidem per ſe ſuſpendunt, & ſolis capitularibus in opido Franckenfordenſis continue reſidentibus preſentie ſeu cottidiane diſtributiones extra capitulum autem exiſtentibus fructus groſſi videlicet Bladum vinum cenſus duntaxat miniſtrantur, recompenſa vicariorum canonicorum capitularibus in Franckenfurdt. continuo reſidentibus duntaxat equaliter dividitur data Decano, ſi ibidem reſidet, licet canonicus ſimpla unius canonici capitularis portione; ſic a tempore inſtitutionis hujus recompenſe hactenus eſt ſervatum, canonicus a die primo poſſeſſionis ſue prebende per quinque annos continuos dimidiam prebendam tantum percipit, quia fructus medii primi anni & ſecundi dioceſano tertii pro debitis canonici illius prebende defuncti, ſi de rebus ſuis ſolvi non poſſunt alias ad preſentias ejusdem Ec-

(y) Vide ſæpè allegatam *Commentationem VII. pag. 411. & ſeq.*

cleſie ut redditus pro anniverſario defuncti ejusdem comparentur Quarti & quinti fabrice ejusdem Ecclesie & omnibus prefatis bladum vinum cenſus duntaxat corporis prebendarum ſed non recompenſa vicariorum nec cottidiane diſtributiones miniſtrantur Jtem non capitularis inter ſcolares ſtabit, niſi forte propter ejus reverentiam, ſi notabilis eſt perſona per capitulum in ſedibus inferioribus ex gratia collocetur Jtem nullum pilium in choro portet, ſed nigrum ovinum, ut vicarius neceſſitate cogente ſibi capitulum ex gratia poteſt indulgere. Non capitularis Junior in ingreſſu diebus ſolempnibus officianti Jn officio thuris miniſtrabit. ad capitulum nullus recipiatur niſi in gradu ſubdiaconatus conſtitutus jurabit quod fidelis ſit Eccleſie ſecreta zelet conſuetudines ſervet in licitis & honeſtis beneficium ſuum non permutet ſine conſenſu capituli, aut partis ſanioris & alia jurabit ut in juramento infra ſcripto continetur ſi duos vel plures ſimul ad capitulum recipi contigerit, Prior in ingreſſu Ecclesie, licet annis vel dignitate minor preferatur canonicus prebendatus Franckenfurdenſis ad capitulum receptus dabit duas marcas denariorum levium Wedrauwieriſium ſeu tres florenos monete legalis Franckf. inter canonicos capitulares reſidentes & preſentes, dante has excluſo, dividendas equaliter Jtem dabit juniori capitulari in ingreſſu unum par bonum caligarum Jtem dabit vnam cappam ſericeam valoris ſedecim floreni auri ad minus quam ad tempora vite portet, & pro ſe ſervet, Jtem capitularis a die ſue receptionis per annum integrum vocem capitularem non habebit

Jtem

Digitized by Google

Jtem junior in ingreſſu capituli hoſtiarius eſt ab intra capituli congregati. Quilibet canonicus ſtet in choro ſui anteceſſoris ordine antiquitatis ingreſſus obſervato, Jtem canonici capitulares in proceſſionibus ſint ante prelatos, poſt ad offerendum, Pilijs utuntur hij mardrinis ſeu aſperolinis Jtem diebus ſolempnibus, duo juniores in ingreſſu capituli a primis veſperis ad ſecundum completorium incluſive hijs in omnibus horis imponent, Epiſtolam & Ewangelium ad Miſſam legant. Licentia expirat licentiato ſine juſſu licentiantium proventus abſentibus non debitos recipiens vel petens ſeu officiato, ſeu tractatibus in Eccleſia hujusmodi ſe ingerens. Canonicus in ſtatu exiſtens eſt habens ordinem ſubdiaconatus vocem in capitulo ſtallum in choro reſidens in beneficij ſui loco abſentibus divinis ſue Eccleſie ultra quindenam preter negotia ſedis apoſtolice dioceſani & Eccleſie ſuorum ſtudio in firmitate excuſabilibus & hoc de licentia ſui capituli fructus corporum beneficiorum pro rata temporis ſubtrahantur. rata eſt, Ut de libra den. id eſt triginta ſolidis Hallenſ: pro die unus Sol. Hall. pro ebdomada ſeptem pro menſe triginta defalcentur, quatuor hallenſ. reſtitutis. prelati ut reſideant, per capitulum ſunt citandi, Prelatis ſola officia eorum concernentia per capitulum publicentur. Canonicus recipiendus primo ad Eccleſiam promittat jurando fidelitatem Decano & capitulo obediām ſtatutorum ordinationum conſuetudinum obſervantiam in licitis debitis & honeſtis, in ſtudio ſtandi per biennium niſi ſecum diſpenſetur per capitulum prenotatum & alia jurabit ut infra jura-

juramento, veſtitus clericalis ac tonſura eidem injungantur proteſtacio receptionique precedat. Claves tres diverſas ad ſigillum majus Eccleſie habebunt tres Canonici ejusdem Eccleſie introitu ſeniores. Canonico cuilibet capitulari unum quartale vini melioris ſeu octo ſolidi hallenſ. monete currentis. Sigillo majori ſed Canonico ſervanti ſigillum minus duale ſeu duo ſolidi hallenſ. predicte monete eidem dantur, de qualibet cauſa ſigillatâ Jtem Canonici ordinarie conferunt beneficia, incipiendo, a ſeniore Canonico juxta ingreſſum capituli (z) Jtem Senior Canonicus capitularis reſidens duntaxat curiam canonicalem vacantem totiens quociens voluerit optabit, quam capitulum ad ſummam pecunie ipſius curie peredificationi neceſſariam, certo tempore inibi faciendam taxabit & tunc demum ſibi capitulum curiam ipſam aſſignabit Jtem vacante prepoſitura quid Canonici habeant diſponere & facere inde in verbo *officialis.* & de Election. *in c. ut preterite &c.* Canonici duo capitulares officium Magiſtri Fabrice Eccleſie predicte regere debent ad hoc per capitulum deputandi aptiores. quid ſit eorum officium & ipſorum juramentum capitulo preſtandum vide infra in verbo : *Magiſtri Fabrice &c.* (*a*)

Forma

(z) Per Turnum capitulariter erectum ut infra videbimus; à multis verò ſæculis capitulum canonicos & vicarios elegit, prout hodie turno jam diu ceſſante adhuc obſervatur. De canonicis vid. XXIV.

(*a*) *Nota marg :* Singulis annis fiant duo capitula Generalia videlicet in feſto Urbani & in profeſto *Katharine*

Digitized by Google

Forma Juramenti canonicorum recipiendorum primo Et ſubſequentes adduntur articuli ponendi in forma juramenti canonicorum ad capitulum recipiendorum.

Ego N. juro quod ſim fidelis Eccleſie Sanĉti Bartholomei Franckenſ. obediensque Decano & capitulo ejusdem in licitis & honeſtis & quod ſervem ſtatuta conſuetudines & ordinationes ipſius ſcripta & non ſcripta faĉta & facienda & quod non permutabo prebendam meam ad quam acceptus & admiſſus ſum, ſine conſenſu & expreſſa licentia Decani & capituli ſeu majoris partis capituli reſidentis, & quod non ſim in aliqua conſpiratione contra Decanum & capitulum nec adherebo alicui appellationi contra eosdem interpoſite vel interponende pro quocumque & quod non impetrabo aliquid a quibuſcunque contra prefatos decanum & capitulum vel contra ſingulares perſonas capituli aut Eccleſie prediĉtorum neque utar contra eosdem impetratis, quovis modo & quidem credo me de legi-

timo,

tharine, in quibus traĉtabitur in Generali de negocijs Capituli & Eccleſie & ut perſone alliciantur ad intereſſendum eidem capitulo, dabitur cuilibet Canonico capitulari pro tunc intereſſenti unum oĉtale ſiliginis in quolibet iſtorum feſtorum. Infirmis tum Capitularibus *Franckfordie* tunc reſidentibus, ſi capitulo eidem per infirmitatem intereſſe non poterunt, in iſtis oĉtalibus nolumus prejudicari.

Digitized by Google

timo matrimonio procreatum (*b*) ſic me Deus adjuvet &c. (*c*)

Jtem nota, quod ſi occurrerint aliqua neceſſaria addenda, adjiciantur de conſenſu Decani & omnium capitularium.

Jtem nota, quod antequam quis admittatur juret, preſens det tradat & aſſignet in manus junioris canonici Capitularis reſidentis tunc preſentis nomine ſtatutorum Eccleſie, tres marcas argenti puri ſive XVIIj floren: auri in prompta pecunia vel bona pignora aurea, ſive argentea per eundem juniorem Canonicum pro ûtilitate & diſpoſitione capituli ſervandorum & exponendorum, ut ſupra in ſtatutis.

Forma

(*b*) Diſpoſitionem de illigitimis non admittendis vid. infra *nro. XXIX.*

(*c*) *Nota marg*: Quod de conſuetudine antiqua fuit & eſt introductum & ſemper obſervatum, quod quicunque antequam recipiatur ad canonicatum vel prebendam ſeu vicariam vel aliquam dignitatem ſeu officium aût beneficium hujus Eccleſie vel ſubjectarum capellarum, dare debet & conſuevit cuilibet canonico capitulari reſidenti unum quartale vini melioris quod tunc *Francfordie* ad ducillum (dipſedra, gallicè: Broche de tonnel. *dem beſten Wein welcher gezapfet wird*,) propinatur & cuilibet Prelato Eccleſie ſimiliter reſidenti duo quartalia vini ejusdem & officiato canonicorum unum quartale vino de eodem vel valorem vini predicti quem officiatus predictus recipiet ab admittendo & dividet inter ſupradictos portione ſua predicta retenta.

Forma Juramenti Canonicorum ad Capitulum recipiendorum. (d)

Ego N. juro, quod celem ſecreta capituli, & quod non habebo vocem in capitulo contradicendi infra annum a preſentis temporis mei receptione ad capitulum, & quod ſuper ſedebo ordinationi facte per capitulum de conferendis beneficijs hujus Eccleſie vel extra tam diu donec ordinatio, collationis beneficiorum hujusmodi de novo a ſeniore inchoetur (*e*) & quod non recipiam proximum recompenſum per Vicarios Canonicis capitularibus reſidentibus dari conſuetum, priori tamen juramento per me jurato in ſuo robore perpetue duraturo. Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Anno Domini MCCCLxxiij° in profeſto Sancte Katherine in capitulo generali concorditer concluſum eſt, capitulariter quod de cetero thornus nominationis ſeu preſentationis ad Vicarias & ad alia beneficia ſimplicia priusquam fuerit finitus ſemper debet incipi a ſeniore canonico capitulari reſidenti juxta ingreſſum capituli.

Jtem Nota benè quod antequam aliquis jurabit predictum immediatum juramentum dicatur prius ſibi quod cappam ſericam valoris XI. flor. auri

ad

(*d*) *Nota marg:* Si duos vel plures ſimul ad capitulum recipi contigerit, prior in ingreſſu Eccleſie licet annis vel dignitate minor preferatur.

(*e*) Id eſt donec Turnus ad infra nro XXIV. poſiti ſimilitudinem erectus expiraverit.

Digitized by Google

ad minus dare debeat, infra quartale unius anni, & de hoc det ad ſtatim bonam cautionem capitulo.

Jtem dicatur ſibi quod non habebit aliquis portionem de dimidia marca argenti ſine tribus florenis per ipſum antequam ad capitulum recipiatur, dandis in prompto, inter Canonicos capitulares reſidentes duntaxat dividendos.

Jtem nota quod quotiescunque quis admittitur vel recipitur in Eccleſia vel extra ad aliquam dignitatem officium, vel beneficium ſub obedientia capituli exiſtens, etiam ſi dignitas officium vel beneficium hujusmodi non vacaret tunc, nova ſtatuta ſolvere debet, nihil de prioribus ſibi defalcando, & ſic ubique ſervatur, & eſt laudabile.

Jtem nota antequam detur alicui perſone Eccleſie, quæcunque ſit, conſenſus ſeu licentia permutandi, promittat primo ille conſenſum petens fide data, loco juramenti, quod nunquam ſecreta capituli, que ad eum pervenerunt in prejudicium Decani & capituli aut ſingularium perſonarum Eccleſie revelet, quia periculoſum eſt valde ſcientibus ſecreta capituli dare conſenſum de permutando. Ita fiat de Vicarijs, ſicuti de prelatis & Canonicis. (*f*)

Vicarij

(*f*) *Not. marg*: Statutum canonicorum in ſtatu exiſtentium concernens obitum eorum. Quicunquè canonicus in ſtatu exiſtens mortuus fuerit poſt *Petri ad vincula* & ante *Michaelis*, Domicellaris duntaxat portionis ſiliginem percipiet, ſi vero poſt *Michaelis* ante tamen *Katharine* obierit, in Domicellari portione tam vini quam bladi ſit contentus. Si autem

Digitized by Google

Vicarij in collegiis, in divinis officijs canonicorum vices gerunt qui ſtatum beatorum ſeptuaginta duorum diſcipulorum ſalvatoris repreſentant perfectum igitur collegium forma beatiſſimi collegii Jeſu Chriſti ex duodecim canonicis & ſeptuaginta duobus vicarijs conſtat in cathedralibus & principalibus oppidorum Eccleſiis tantum ordinandum vicarij ut canonici *à vulgari vita &c.* Jtem *redditus ſuorum beneficiorum &c.* ut ſupra in verbo *canonici.* Jn licitis & honeſtis capitulo ſint ſubjecti collatio vicariarum ad capitulum ſpectat, conferantur ordinatim. Pilium nigrum ovinum portent, ſint ante canonicos in proceſſionibus poſt ad offerendum. in propriis altaribus & hora debita niſi canonicum quid obſtet miſſam legant, Vicarius in ſtatu exiſtens eſt, habens ordinem presbyteratus executusque eſt, eundem ſtallum habens in choro reſidens in beneficii ſui loco, vicaria inſtauranda niſi collatio ſit capituli nullatenus admittatur. Jnſtauranda de novo porcionem preſentiarum eam contingente omnibus redditibus earundem etiam perſonis ad tempora vite dividendis in cauſa & omnia membra Eccleſie quibus de jure ſeu conſuetudine pertinent equaliter diviſis recompenſet duplices portiones habentibus pro membris duobus computatis

tem poſt *Katharine* ante tamen Paſche de vita ſublatus fuerit, autumnalem computationem ex integro & in ſiligine Domicellarem porciones ſuſcipiet. Quodſi poſt paſche deceſſerit, tam finalem quam autumpnalem computaciones ſine diminutione habebit.

Digitized by Google

tatis vicarius recipiendus de fidelitate & alijs capitulo preſtet juramentum junior vicarius in ingreſſu in ſtatu non exiſtens diebus Dominicis & feſtivis ac miſſarum primarum in officio thuris cappa ſerica minoris valoris cappa canonici indiutus miniſtrabit niſi miſſam celebraverit ſedes ſuperiores preſentias funeralia, pilium ac locum ſtatus non habebit; Tamen ſi dyaconus ſeu presbiter eſt, ſedes inferiores pylium ſibi capitulum poterit indulgere prima miſſa celebrata, non per ſe ſed juſſu Decani ſedibus ſuperioribus chori ſui anteceſſoris ſtallumque capiet minorem & deinde preſentias etiam die ſue prime miſſe dividendas Epiſtolam Ewangelium non niſi indultu Decani primam miſſam capituli leget vel cantabit, vicarius recipiendus dabit quatuor libras hallenſium monete legalis Franckford. pro cappa antequam in ſtatum ponatur. Vicarii ad procurationem contribuent, legati Pape, & viſitantis ſe extra capitulum ad ſubſidia dioceſana hactenus habita non tenentur. *Abſentibus* ut ſupra de verbo *canonici*. Vicarij recipiendi poſtquam jurabunt & fidelitatem promittunt, capitulo ſub expenſis ſuis tradere debent inſtrumentum publicum de preſtatione juramenti hujusmodi omnes vicarij & etiam altariſte quicumque etiam extra Eccleſiam Sancti Bartholomei ſub obedientia Decani & capituli exiſtentes jurare debent capitulo de fidelitate ſicut in Eccleſia conſiſtentes quod nullatenus obmittatur.

Forma

Forma Juramenti Vicariorum recipiendorum & Altariſtarum extra etiam Eccleſiam Sancti Bartholomei.

Ego N. juro quod ab hac hora in antea ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis Decanoque & capitulo ejusdem in licitis & honeſtis obediens, & obſervem ordinationes ſtatuta & conſuetudines ipſius Eccleſie facta & facienda, & Decanum aliosque prelatos ac ſingulares canonicos ejusdem Eccleſie in debita reverentia teneam, & ſecreta capituli ſi ad me pervenerint ſecrete ſervem. *Vicesque eorum & cujuslibet eorum pro mea poſſibilitate in legendo & cantando neceſſitatis tempore ſupplebo*, neque aliquibus conſpirationibus ſeu colligationibus quibuſcumque per quaſcumque perſonas, contra Decanum & capitulum ſactas ſeu faciendas interero vel me immiſceam verbo vel facto, ſed ipſis Decano & capitulo indilate notificabo Jtem non faciam nec recipiam cum quibuſcumque perſonis ipſius Eccleſie, legata ſeu redditus annuos quoſcumque ſeu quæcunque extra verum corpus vicarie mee & preſentias communes chori dicte Eccleſie exceptis tamen illis ſi que per Decanum & capitulum expreſſe conceſſa ſunt vel in antea contingat indulgeri, vel ſi qua michi non quidem intuitu Eccleſie ſed perſone per amicos meos fortaſſis ad augmentandum corpus dicte vicarie mee vel alias legari ſeu donari contingat ea enim que ad me intuitu Eccleſie ut premittitur, ultra corpus dicte vicarie mee & preſentias pervenerint, in communes uſus dicte Eccleſie convertam, & non

Digitized by Google

preciſe in uſus vicariorum canonicis excluſis, ſic me Deus adjuvet & conditores ſanctorum Ewangeliorum.

Iſtud eſt juramentum in forma. quod Vicarij jurare tenentur. ut in pronuntiatione deſuper facta continetur Sed eſt ſciendum quod Decanus & capitulum hujus Eccleſie, ſicut & cujuscumque Eccleſie de jure habent providere ne exceſſus & negligencie vel ſcandala inter perſonas Eccleſiarum quascumque oriantur & propterea ſi novi emergunt exceſſuum, negligentiarum vel ſcandalorum caſus neceſſario contra hec de providendo nova ſtatuta requiruntur, que antiquis inſeri & addi poſſunt, que pronuntiatio non prohibet hoc & ſi prohiberet nulla eſſet ipſo jure.

Novi Articuli emergentes, quos Jurenteciam vicarij Jtem quod non permutabo niſi cum conſenſu capituli, Jtem quod non adherebo alicui appellationi contra Decanum & Capitulum ſed ſemper adherebo appellationi per Decanum & Capitulum interpoſitis cuicumque. Jtem quod infra annum faciam reſidentiam & in eodem anno recipiam omnes ſacros ordines Jtem quod non impetrabo contra Decanum & Capitulum vel contra quaſcumque perſonas predicte Eccleſie aliquid in prejudicium ipſorum in curia Romana vel extra. nec utar impetratis, & libros calices ac ornamenta altaris, & alia ad vicariam ipſam ſpectantia, non alienem, ſine ſpeciali & expreſſa licentia Decani & Capituli predictorum & de predicta reformem ac fructus redditus & proventus dicte vicarie mee pro meo poſſe exigam & defendam domumque ad ipſam vi-

cariam

cariam ſpectantem in ſtructura & emendatione debitis obſervem, Jtem augmentationem Vicarie mee, & novos dantes redditus ad ipſam quociens evenerint Decano & Capitulo ut libro vicariarum inſerantur manifeſtem indilatè Jtem quod non recuſabo quodcunque officium.

Jtem non detur conſenſus permutare volentibus niſi promittant ſecreta capituli, que ad eos pervenerunt non revelare in prejudicium Decani & Capituli &c. ut ſupra in verbo: *Canonici.*

Jtem dicatur cuilibet Vicario antequam admittatur quod ſatisfaciat, magiſtro funerum illo preſente de IIIIor libris Hallenſium pro cappa, Jtem quod ſatisfaciat officiato capituli de conſuetudine vini, quo facto legat aliquo Ewangelium deinde juret, & tunc admittatur & poſt ſi presbiter eſt ad ſedes ſuperiores, ſin autem, ad inferiores chori ſue Vicarice deputati inſtalletur per Decanum prelatum vel Canonicum tantum Jtem quod omnia de ſua vicaria miniſtranda tempore ſuo miniſtret & hoc promittat ſed non juret.

Jtem Nota quod beneficiati alij ſub obedientia Decani & capituli exiſtentes non vicarij non cappas ſed vinum conſuetum ut alij prelatis Canonicis & officiato in eorum admiſſione ſeu inſtallatione ſolvere conſueverint.

Miniſtri in Ecclesia Sancti Bartholomei Franckofurt. quatuor ſunt duo in Dyaconatu duo in ſubdyaconatu miniſtrantes & ſunt temporales, horum officium eſt ut duo una ebdomada ſubdyaconus ad reſponſorias lectiones ſecundam ad tres lectiones primam matutinum & Epiſtolam miſſe Dyaconus

 omeliam

omeliam matutini & Ewangelium miſſe legant duo alia ebdomada alternatim Canonici in ſtatu exiſtentes Dyaconus miniſtros Dyaconos Subdyaconus Subdyaconos ponit & deponit duo in dextro choro ſimul miniſtrantes ſedibus inferioribus Dyaconus in ſuperioribus quarta ſubdyaconi in inferiore ſtabunt duo in ſiniſtro cum membris Eccleſie cappis & pileis nigris temporibus ſuis induantur Dyaconus in penultima Subdyaconus in ultima ebdomade imponant, Eccleſie poſt perſonas. Medietatem oblationum miſſe chori percipient preter miſſarum die Nativitatis Chriſti *Dominus dixit ad me.* & die animarum quibus diebus quilibet in preſentijs unius membri Eccleſie recipit portionem Canonicis & Vicarijs deficientibus, diebus ſtatutis incenſum miniſtrabunt Scolares crucem aquam benedictam incenſum ferentes ordinent viſitationem ſepulchrorum & ipſi ſemper interſint poſt miſſam in albis, poſt completorium & vigilias in religione tempore congruente, ad miſſam primo Subdiaconus calicem deinde ſpatio unius paſſus Dyaconus librum portantes, poſtea eodem ſpatio officians manibus complicatis, ex armario ordinate procedant ad altare, & *confiteor* dicto officiante gradum aſcendente miniſtri in pavimento prope gradum inferiorem maneant Dyaconus ex oppoſito cornu altaris dextro ſubdiaconusque ſiniſtro & cum officiante preter ad *Orate Fratres* ſe vertant locis ſuis, prefatione incepta, Dyaconus Subdyaconus Thuribularius linealiter ſtent poſt officiantem ab invicem ſpatio prenotato officiante hoſtiam conſecrandam manibus recipiente miniſtri ad gradum ſuperiorem genuflectent, caſulam officiantis

tis retro manibus tollant, Elevatione Sacramenti factâ ad ſitum linealem ſtatim revertantur officiante dicente: *panem* Subdyaconus pathenam Dyacono ſed dicente *Et ne nos* Dyaconus officianti offerat ejus humeros oſculando, Et confeſtim miniſtri ambo ad ſtatum gradum inferioris priorem remeabunt poſtquam autem officians dixerit *Pax Domini &c.* Oſculum pacis dyacono a latere dextro gradus altaris aſcendente, Dyaconus Subdyacono Subdiaconus ad ſedem vadens eodem, ſi ibidem ſtat, Cantor Succentori tunc ſubdyaconus ad dextram chori, ſuccentor ad ſiniſtrum eant, ſenioribus tribuant maxillas oſculantes Poſt lectionem ſubdyaconus officianti vinum aquam & manutergium miniſtret interim dyacono corporale complicante ſubdyaconus calicem ad ſacrum ſuum reponet, Dyaconus *Jte Miſſa Benedicamus Domino* ſeu cantet *requieſcant* deinde ad armarium eo ordine & modo quibus exierant revertantur poſt miſſam cum *Gloria in excelſis Jte Miſſa eſt* ſub nota primi *Kyrie* decantetur.

Forma promiſſionis Miniſtrorum.

Ego N. promitto bona fide, data loco juramenti, quod ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis Decanoque & capitulo ejusdem Eccleſie obediens in licitis & honeſtis, officiumque miniſterij hujus Eccleſie, ad quod per talem canonicum capitularem reſidentem dyaconum vel talem . . . ſubdyaconum poſitus & deputatus ac per Decanum & capitulum prefatos, ſum admiſſus fideliter & diligenter horis & locis debitis & con-

 ſuetis

ſuetis & onera eidem officio incumbentia exerceam reſpiciam atque faciam juxta poſſe abſque dolo atque fraude, correctioneſque pro commiſſis & ommiſſis ſeu obmittendis per me in officio hujusmodi per Decanum & capitulum injungendas conſuetas ſuſtineam ſine contradictione.

Accoliti corales ſeu ceriferi ſunt duo pueri vel ſcolares miniſterio chori deputati Quorum officium eſt verſiculos reſponſoria Matutini Veſperarum completorij verſus Matutini novem lectionum primum ſecundum tertium trium lectionum feſtive primum ſecundum finaliter primum tantum reſponſoria prime tertie ſexte none præter dominicas quadrageſ. *alleluja* ſeu verſus graduales miſſe diebus ſolempnibus Dominicis & ſanctorum feſtivorum duo finaliter unus tantum ante gradus medii chori ſtantes decantare reſponſoria aſpiciens primum verſum duo ſecundum alij duo tantum iterum duo: *Gloria* ad idem omnes ſimul cantent. Reſponſ. Grad. Allel. incipient quorum verſus cantant Matut. vigiliarum majorum novem lectionum primam lectionem ſed vigiliarum minorum omnes legant omnes præter vigilijs paſche & penthecoſtes legant prophetias Hympnos *Gloria laus*, *Tellus inventor rutili ſalve, feſta*, *Rex ſanctorum*, *Homo quidam*, cantent, diebus ſolempnibus & vigilijs paſche & Pentecoſtes due candele ceree magne a ceriferis ab inceptione *ſanctus* usque poſt elevationem ſacramenti teneantur diebus rogationum unus acolitorum coralis feretrum ſanctuarij portantium Reſponſ. hore, alter *allel.* miſſe in locis ſtationum cantabunt, chorus

ſtet

ſtet in loco eo, quouſque primus verſus ymnorum dictorum cantetur, eandem repetentes, ſed poſt ſecundam primi repetitionem poſt tertium tantum primum & ſic deinceps.

Forma promiſſionis dictorum accolitorum.

Ego N. promitto bona fide data loco juramenti quod ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis Decanoque & capitulo ejusdem Eccleſie obediens in licitis & honeſtis officiumque accolitatus. per Decanum & capitulum predictos commiſſum & eidem incumbentia onera, diligenter reſpiciam exerceam ac faciam horis & locis debitis & conſuetis juxta meum poſſe, ſine dolo atque fraude correctionesque pro commiſſis & obmiſſis ſeu obmittendis pro me in officio hujusmodi per Decanum & capitulum prefatos injungendas conſuetas ſuſtineam patienter, ſeu ſine contradictione &c.

Thuribularius eſt qui diebus ſtatutis officianti in divinis officijs incenſum amminiſtrat hic diebus ſolempnibus in primis veſperis & ſecundis cappa ſericea indutus incepto *Magnificat*, manu dextera thuribulum cum incenſu tenens duobus choralibus ſeu ceriferis ſimiliter cappis majoris valoris indutis candelas planas incenſas portantibus & ad ſpatium unius paſſus. procedentibus armarium exeat officiante eodem, ſpatio conſequente Thure quoque medium duoque chorales ſeu ceriferi extrema inferioris gradus in pavimento officians autem me-

dium altaris in ſummo gradu ſtantes capiant & Thuris officiati gradum altaris aſcendens incenſum offerat, officians autem cruce deſuper manu facta recipiat, altare thurificet, quo facto Thuribularius denuo recipiens deportet illud & de altari ſummo chori per medium tranſeuntes, ordine quo armarium exierant, ad gradum autem medij chori venientes, omnes ſimul altari ſummo devote deinclinent & altaris ſancte crucis illic euntes applicati modo ſummi altaris fumigato ad chorum revertentur. Ingreſſis vero ceriferi admodum gradus prefati vadant, illic in pavimento conjuncti ſtantes facie verſa ad altare ſummum Thuribularius quoque prope pulpitem Cantoris dorſo verſo ad altare ſtet, officians incenſo oblato ſtatim ad ceriferos vadens ſtet dicto ſpatio retro eos officiansque omnes, ſuperioribus ſedibus ſtantes a ſuperiore incipiens thurificet quo facto Thuribularius ad ultimam ſedem pergat, Incenſoque de manu officiantis recepto, eoque bis thurificato retro ceriferos revertatur completorio autem incepto ceriferi Thuribularius officians armarium intrent ſicuti exiverant. Diebus autem dominicis & feſtivis in primis veſperis tantum incenſum ut ſupra aminiſtret, ſed nulli ceriferi procedant, nec altare ſancte crucis viſitetur diebus feriatis incenſum nullum datur ad miſſam diebus ſolempnibus ſequentia vel tracta quaſi cantatis. Acoliti ſeu ceriferi qui Alleluja ſeu verſus graduales cantaverint dalmaticis Thuribularius autem ut ſupra induti exeant de armario & ſtent ut ſupra ad altare poſt hoc Dyaconum usque ad locum ubi Ewangelium legetur procedant ordinate, &

ipſo

ipſo legente ſtent immediatè ad ſpatium unius paſſus, duo ceriferi conjuncti poſt eum, deinde Thuribularius ad idem ſpatium Ewangelio lecto iterum altare accedant, ordine quo receſſerant ſua loca capientes & officiante Thuris, libroque oſculato per thuribulum incenſo ſubdiaconi librum officiantis a ſiniſtro latere gradus altaris aſcendentes, ceriferi ad armarium revertentur deinde thuribularius cantorem & ſuos aſtantes poſt hoc ſingulas perſonas ſedibus ſuperioribus tantum ſtantes inchoando a majore & ſimili modo ſubdyaconus Thurificat ſingulis thurificatis librum offerat oſculandum quo facto Thuribularius armarium cum incenſu ſubdyaconus ad altare revertentur offertorio autem per officiantem lecto, iterum ceriferi & Thuribularius de armario ad altare & loca ſua modo quo ſupra vadant deputata. & Thura officianti incenſum porrigat a dextro latere aſcendens ad altare officiansque hoſtiam calicem altare modo quo in veſperis thurificet quo facto officians ſe vertat dicens *Orate fratres* Dyaconus ab eo incenſum accipiat & eum thurificet deinde dyaconus ad chorum ſe vertat, & ſubdyacono ab eo incenſu recepto, eum thurificet poſtremo ſubdyaconus a thuribulario thurificetur pari modo quo facto ceriferi & thuribularius ad armarium remeabunt, prefatione autem incepta thuribularius ſine ceriferis armarium exeat, ad altare & pathenam ſibi ab altari ſubdyaconus porrigat peplo mundo involvens ab humeris ad manus thuribularij dependente hanc Thuribularius in altitudine capitis ſui teneat Qua ſubdyacono *pater noſter*

incepto

Digitized by Google

incepto data, Thuribularibus cum peplo ad armarium revertatur ad miſſam diebus Dominicis & feſtivis vnus alleluja ſeu verſus graduales cantantium cereum ſolum, alter incenſum amminiſtret, & qui cereum patenam, qui incenſum candelam tortam in elevatione ſacramenti teneant cetera ut in diebus ſolempnibus ibidem complentes Thurificatione poſt offertorium pretermiſſa Jn ſecundis veſperis diebus ſolempnibus thurificatio altarium extra chorum obmittatur, diebus Dominicis incenſum hoc non datur, nec feſtivis incenſum thuribulario argenteo diebus ſolempnibus tantum miniſtretur.

Subſtitutus aut mercenarius officium vicarij gerit, in divinis & eſt merè temporalis hunc capitulum dat & deponit non jurat ſed promittit vicarius quilibet vicariam ſuam non poſſidens & in ſtatu non exiſtens habeat ſubſtitutum cui de neceſſarijs altaris providebitur huic etiam proventus vicarie preſentijs ſeu cottidianis diſtributionibus & funeralibus exceptis integraliter pro rata temporis miniſtrentur hora & loco eisdem quibus vicarius miſſam leget. Sedibus inferioribus ſtabit, ante miniſtros in proceſſionibus vadit, poſt eos ad offerendum ante eosdem lectiones leget, poſt eos imponet, officium miniſtri de indultu ejusdem ad tempus facere poteſt, Miſſam chori non cantabit, neque leget, pillio nigro & cappa nigra utatur tempore congruente.

Forma

Digitized by Google

Forma promiſſionis ſubſtitutorum.

Ego N. promitto bona fide loco juramenti quod ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis Decanoque & capitulo ejusdem Eccleſie obediens in licitis & honeſtis vicesque vicarij hujus Eccleſie in cujus locum per Decanum & capitulum predictos ſum ſubſtitutus diligenter in cantando & legendo ac miſſam celebrando horis debitis & loco quibus vicarius predictus aſtrictus eſt ſupplebo juxta poſſe & imponenda in choro & alibi mihi incumbentia imponam, correctionibusque Decani & capituli pro meis negligentijs & commiſſis negligendis & committendis debitis & conſuetis obediam, ſine dolo atque fraude.

Officians eſt miſſam Chori tenens & alia conſequentia ad eandem hujus officium eſt, *Domine labia*, ſuffragia nocturnorum aliquas abſolutiones benedictiones lectionum in matutinis Et *Deus in adjutorium* ad omnes horas capitula preces ſi que ſunt dicende coll: dicere vigiliasque incipere ſuffragia coll: legere ad easdem officia ebdomade in choro a Matutino Dominice usque ad completorium Sabbati proxime poſt, incluſis hijs prelatus Canonicus Vicarius in presbiteratu exiſtentes ſecundum ordinem dignitatis prelati ingreſſus alij procurabunt, eodem modo fiat in ſecundis Miſſis Quadrageſime ſed cujus ebdomada & dies coincidunt, ibidem ad ſecundam miſſam non tenetur ſi due miſſe preter ſolitum chori uno die erunt Miſſam ſubſtantialem diei ebdomadarius preſentis ſeptimane accidentalem preterite procurabunt, ſimiliter de tribus miſſis fiat ſuo

modo,

modo, portio ſeptem Den. Dominica de vicaria beate Marie virginis oblatorum, eſt cujus ebdomada pro tunc inſtat ebdomadario pro ſe miſſam chori celebrante preterite ſeptimane ebdomadarius Decano autem preſentis, primam 3tiam 6tam, nonam incipiet capitulum verſus preces collectam dicet ad easdem qui autem non tenetur, ebdomada paſche & penthecoſtes officient majores ſecundum ordinem in ſacerdotio conſtituti officia ebdomadam ſuam quilibet perſonaliter teneat, niſi cauſis legitimis Decano expoſitis prepeditus.

Imponentes ſunt Antiphonas inchoantes horum officium eſt omnes divini officij cantandas, Antiphonas pro tono pſalmis applicando inchoare in choris alternatim & ſint duo cuilibet choro unus tota ſeptimana. Ebdomadam imponendi in choro a Matutino Dominice usque ad completorium Sabbati proxime poſt incluſive hijs prelati ſecundum ordinem dignitatis Decano excepto, Canonici Vicarij ordine ingreſſus Miniſter prerogativa miniſterii ſubſtituti prioritate ſubſtitutionis obſervabunt omnes officiati imponent nullus de hoc eſt exemptus officium imponendi diebus ſolempnibus in dextro choro ſemper alijs autem diebus una ebdomada tota & ſingulis ejus diebus in dextro alia in ſiniſtro viciſſim inchoetur primam Antiphonam matutini Antipho. prime primam antiph. verſus imponit ſemper idem chorus omnes antiphone & Reſponſoria ad pauſam primam toni eorundem imponentur. Diebus ſolempnibus a primis veſperis usque ad ſecundum Completorium incluſive hijs,

In

In omnibus horis imponent duo Canonici capitulares juniores in ingreſſu diebus ſolempnibus & quibus pſ. veſperarum proprias habet antiph. ad Benedictus & Magnificat Antiph. in primis & ſecundis veſperis ſunt ab ambobus imponentibus ante ſedem Cantoris ſtantibus ſimul in pulpite cantus pſ. cum ordine choro debito a cantore & ſuccentore ſeu ab ambobus ſimiliter imponendi ad vigilias mortuorum prima antiphona tantum videlicet *Dirige*, imponatur ebdomada paſche & penthecoſtes a feria ſecunda usque ſabbatum incluſive hijs per ſeniores in choro quolibet gradatim deſcendendo in ſiniſtro choro inchoando quolibet die per duos imponetur Letaniam minorem unus imponentium in ebdomada tractum diebus dominicis & ſanctorum, Verſ. lectionum in pulpite cantus ambo cantent imponendi ebdomadam ſuam quilibet perſonaliter teneat, niſi cauſis legitimis decano expoſitis prepeditus. Die ebdomada paſchæ in verſus quarta Antiphon, ubi ſecundam pſ. *magnificat* ibidem impoſito non obſtante inchoetur Jmponentes diebus Dominicis & feſtivis ſimiliter feriis imponens primi chori ſecunda quarta ſexta ſecundi tertia quinta Sabbato ſolus *venite* decantabunt imponentes primo primi chori tempore quadrageſimali Letaniam pronuntiabunt alternatim.

Legentes ſunt in divinis officijs lectiones proferentes quorum intereſt ut legenda non negligant ad intellectum audientium hoc proferant devote integre diſtincte moroſe & attente non ſincopando non aliquid obmittendo lectiones matutini legant diebus ſolempnibus prelati & canonici quos

quot quot ſunt preſentes & potentes ita tamen quod ad verſus, lectiones Canonicus non capitularis ad tres Canonicus Dyaconus primam Decanus ſeu dignior prelatus vel Senior Canonicus ultimam legant utrobique diebus dominicis & feſtivis IX. lectionum miniſter Subdyaconus primam imponentes preſentis ebdomade primus 2dam ſecundus 3tiam imponentes preterite ebdomade primus quartam ſecundus quintam officians preſentis ebdomade ſextam Miniſter Dyaconus ſeptimam officians preterite ebdomade 8vam prelati ſecundum ordinem dignitatum ſeu Canonici ſecundum ordinem Introitus Ecclesie IX. legant. Trium lectionum Miniſter ebdomade primam ſi omel:, dyaconus ſi non ſubdyaconus ſecundam officians preterite ebdomade tertiam prelatus ſeu canonicus in ſtatu exiſtens unus per totam ebdomadam a majore usque ad minorem deſcendendo feriatis diebus ut jam Dominicis trium lectionum eſt expreſſum ad vigilias legent ut in matutino Dominice immediate precedentis, Prophetie accentu lectionum matutini ſine *jube.* tamen cum titulo ſuo debito, præter paraſceve vigiliam paſche & pentecoſtes ſcilicet in fine acuto proferantur vigilie minores qualibet ebdomada preter ebdomad. paſchæ ad minus ſemel & ab octava paſche usque ad octavam Trinitatis cum tribus lectionibus nocturnis ordinate ſervatis alternatim. Scilicet extra hoc tempus cum novem lectionibus Minores verò qualibet die a die cinerum ad feriam quartam proximam ante palmas. Jncluſive hijs præter feriam ſextam Sabbato Dominica vigiliis & diebus ſanctorum

Digitized by Google

ctorum feſtivorum infra Eccleſiam cum novem le-
ctionibus,

Cantantes ſunt in divinis officijs cantum ſingulariter non in communi promoventes choro reſpondente hijs competit ut cantanda devote, moroſe diſtincte non alte nimis nec depreſſe pauſa moderata debite intercepta notasque integre proferant, ſine earum fractione non gloriandi Laudem humanam ſed ſe humiliando gratiam divinam recipientes ut cantu plus placeat quam cantatur, de pſalm. *venite*, diebus ſolempnibus duo ſeniores utriusque chori, verſ. *venite*, *Quoniam Deus*, ſequentes ſeniores, verſus *quoniam ipſius*, *hodie*, poſteriores ſeniores, verſum *quadraginta* omnes iſti ſex ſimul *Gloria Patri*, Dominicis diebus & feſtivis duo ſimul per ebdomadam imponentes diebus feriatis unus imponentium in choris alternatim decantabunt omnibus diebus preſcriptis *Gloria patri*, ad *venite* cantantes Jnvitatorium imponent reſumendo. Reſponſ. matut. imponent diebus ſolempnibus novem lectionum chorales prima tria ante gradum medii chori ſtantes. Legentes tertiam & quartam lectionem jjjjtam legentes quartam & quintam Vtum legentes quintam & ſextam Vjtum legentes ſextam & ſeptimam, Vjj. legentes ſeptimam & octavam, Vjjj. duo imponentes jr. ante cantoris ſedem ſtantes, in pulpite cantus duo ſimul ad pauſam primam toni Reſponſoriorum eorundem trium lectionum chorales prima duo imponentes tertium ſimul & locis ut jam ſupra diebus Dominicis & feſtivis novem lectionum, chorales prima tria ut ſupra Legens tertiam lectionem quartum Vtum, quintam

Digitized by Google

Vj. ſextam Vjj. ſeptimam, Vjjj. octavam jx. ſtans loco ſuo ſolus Trium lectionum choralis prima duo ut ſupra legens ſecundam lectionem jjj. loco & ſimiliter ut jam ſupra, diebus feriatis choralis ſolus loco dicto primam, Legens primam lectionem ſecundam, ſtans loco ſuo ſolus verſus matutini cantabunt, diebus omnibus hij qui & ubi reſponſoria mpoſuerunt eorundem ſed dominicis & feſtivis diebus legentes ultimas duas lectiones verſum ultimum ante ſedem & in pulpite cantoris, cantabunt vel ſecundum quasdam Eccleſias verſus omnes præter finaliter ibidem per duos ſimul decantentur Nona poſt prandium a prima Dominica quadrageſime usque ad octavam penteсoſtes incluſive hiis omnibus Dominicis duntaxat & feria ſecunda tertia quarta paſche pentecoſtes & feria ſecunda tertia pentecoſtes tantum cantanda. Diſcantus vel cantus letitie, a Dominica in paſſione Domini usque ad vigiliam Paſche incluſive hijs, cum ſit tempus compaſſionis Chriſti, nullus fiant ſed omnia doloroſe & humilius quam alio tempore proſequantur ad Laudem beate Marie virginis a prima dominica adventus ad diem nativitatis Chriſti Antiphona *Ecce concipies* Antiphone collecta *Deus qui de beate Marie.* Die nativitatis Chriſti in puncto medie noctis matutinum inchoetur cantari, poſt quod & inter nullam legendi miſſam, pulſetur ad miſſam *Lux fulgebit* duo ſigna, ſecundo completo prima poſtquam miſſa, poſt miſſam tertia compleantur tertia lecta miſſa parochialis ſtatim imponatur poſtquam ſexta chori poſtquam miſſa *puer natus* poſt miſſam nona chori decantetur a Die nativitatis

Chriſti

Chriſti ad diem purificationis beate Marie Antiphona *Alma virgo*, etiam verſus *poſt partum* collecta *Deus qui per beate* a die purificationis ad feſtum paſche antiphona *Ave regina* verſ: *in omni tribulacione* collect *concede nos famulos* ubi cum ſint dies triſtitie antiphona *de canticis* cum gaudium importent non ſumantur a feſto Paſchali ad feſtum pentecoſtes Antiph. *regina celi*, ferijs ſextis & Sabbatis verſus *Dignare &c.* collec *concede miſericors Deus*, a feſto penthecoſtes ad adventum Domini Antiphona *de canticis* ſi que placet, verſ: *ora pro nobis* collecta *famulorum* qualibet feria ſexta ſive quolibet ſabbato præter vigilias & tempore paſchali Antiphona *Salve regina* verſ. *ſentiant* collecta *Omnipotens ſempiterne Deus qui Glorioſe* decantetur, *Kyrie Paſchale* a Vigil. paſche uſque ad octavam penthecoſtes incluſive hijs diebus ſolempnibus Dominicis & feſtivis nullo obſtante. Alias nunquam decantetur, Sabbato *Karitas* cantent primum *alleluja* duo chorales, Albis & dalmaticis induti caudam chorus antiphonam & poſt verſum Tria *Alleluja* ſequentia chorus & caudam horum poſt verſum tantum quartum ſcilicet Benedictus Tres chorales ſuperpelliceis tantum induti in ambone loco ympni *Benedictus* caudam chorus, Ant. & poſt verſum quintum poſt Epiſtolam chorus & caudam poſt verſum tantum cetera ut in regiſtro moguntinenſi, Tractus officiorum vigiliarum paſche & penteçoſtes per choros alternatim inchoentur & cantentur, choro qui per ebdomadam inchoat primum inchoante Jn organis cantabitur duntaxat feſtis principalibus videlicet

licet

licet nativitatis Chriſti Epiphanie purificationis paſche Aſcenſionis Penthecoſtes Trinitatis corporis Chriſti, Nativitatis S. Johannis, Petri aſſumptionis nativitatis Marie, omnium ſanctorum Martini dedicationis, ac patroni ſeu alias propter preſentias reverentiam. Veſp. ſanctorum a Dominica quoque ſeptuageſime ad diem paſche in organis non cantetur infra adventum ſeptuageſimam quadrageſimam in feſtis Marie virginis ſeu patroni *Gloria in excelſis* ſequentia non cantantur Tractus Marie, *audi filia*, Patroni, *beatus vir* patrone *qui ſeminat*, cetera ut extra hoc tempus proferantur officium miſſe *in excelſo throno*, ipſa die Dominica, niſi dies Epiphanie vel ſancti novem lectionum impediant imponatur vigilijs Epiphanie Jnvitatorium *Chriſti* cum nota, & venite finalibus Penthecoſte *Alleluja Regem* cum nota ejusdem proferantur utrobique unus ſolus octava die nativitatis Chriſti Jn Reſp. *deſcendit*, verbo *fabrice* note abſcinduntur verſus *tanquam* nota communi Reſp. *Ecce agnus*, prima tertia feria, in feria octava, alia tertia die octava nativitatis pro ultimis poſtrema tria, vigilia Epiphanie decantentur A die nativitatis Chriſti ad diem purificationis Marie poſt complet. Antiphona *Laudes Marie* non cantatur.

Cinerum die, Nona lecta exeant officians alba deſuper cappa ſerica miniſtri ſuis indumentis veſtiti ex armario & ſtent in pavimento ante infimum gradum altaris locis ſuis & ſuccentor incipiat officium *Exaudi* pſ. *Salvum*, ſine *gloria* Jtem *exaudi*, ad quodlibet autem *exaudi*, officians & Miniſtri ad predictum gradum alijsque locis ſuis genuflectant

usque

Digitized by Google

usque ad dictionem, *ſecundum* ubi ſurgant. poſt hoc officians in dextro cornu altaris dicat *Oremus preſta que ſumus omnipotens Deus preſidia &c. per Dnum.* chorus *Amen.* ſecundo ſuccentor imponat Antiphonam *Jmmutemur* Antiphona *juxta veſtibulum* infra quam officians loco prefato ſtans ſingulis ſecundum ordinem venientibus genua in ſuperiori gradu altaris flectentibus ad coronam crucem cineribus faciat dicens, *Memento homo quod cinis es , & in cinerem reverteris* deinde officians cum miniſtris armarium intret caſulam induat & iterum exeat miſſam celebraturus ad altare. A Die cinerum incluſive usque ad cenam Domini excluſive omni die præter diebus jr Lectionum ſeptem pſalmi pœnitentiales poſt primam, Quindecim gradus poſt tertiam voce non alta nec ſubmiſſa ſed ut in vigilijs mortuorum ſine tonis duo pſalmi uno *Gloria patri* ſedendo ſed Letanie ſeptem pſalmorum Preces quindecim graduum voce ſubmiſſa genuflectendo ſunt legende ſeptem pſalmi cum Letania eorum, eo choro quo prima quindecim gradus & preces eorundem, illo choro quo tertia inchoentur.

Cena Domini, Miſſa parochie completa, que hora conſueta celebretur, ſtatim prima & tertia legantur deinde *Mandatum pauperum* peragatur, poſt quod ſexta ſequitur & intervallo quaſi ad meridiem facto, Nona, dicatur Miſſa poſt hoc Dominicaliter ſine *Gloria in excelſis*, ſi autem Epiſcopus celebrat ſolemniter *cum gloria in excelſis* decantetur. Miſſa defunctorum funere preſente legi poteſt, non cantari ad officium conſecrationis chriſmatis, col-

legii membra ſuperpellicijs induantur vel epiſcopo celebrante, *Gloria in excelſis* prefatio, *Sanctus, Agnus Jte Miſſa*, ſolempniter decantetur poſt elevationem Epiſcopus ante altare in medio reſidebit & in ſiniſtro latere Eccleſie ſint & hoc ordine Eccleſia circuita ab intra, chorum intrent poſt duo ſcolares tortis cum candelis duo ſcolares ympnum *O Redemptor* hoc verſu: *conſecrare*, ter ad finem depromentes choro reſpondente, poſt accoliti Subdiaconi albis Diaconi Dalmaticis presbiteri caſulis adornati quorumlibet 12 duo ſimiliter poſt quatuor Scolares baculis quatuor ſericum portent pannum, ſub quo duo ſacerdotes ſacerdotalibus induti ſe ſequentes, primus criſma a lateribus, cujus duo ſcolares cruces ſine vexillis ſecundus oleum ſanctum, a Lateribus cujus duo ſcolares Thuribula cum incenſu geſtientes horum Epiſcopo aſtent, ordine converſo, pars media a dextris media a ſiniſtris ymno dicto criſma conſecretur, quo facto Miſſa cum verſibus compleantur.

Mandàtum pauperum ſic peragatur. Primo exeant armarium duo ceriferi, ſcolares, dein duo vexilliferi retro quos ante infimum gradum chori ſtent pueri duo vel tres benè vociferati cantantes ympnum *Tellus* & primo verſu finito chorus eandem verſum repetat cantando & exeant interim ad locum Eccleſie, ubi tecte ſunt menſe & fercula cum vino repoſita & vexilliferi precedant, dein ſcolares, Vicarij, Canonici, prelati, quilibet ordine ſuo, poſt quos ſequantur duo ceriferi, dein duo miniſtri tunicis rubeis & ultimo officians cappa ſimiliter rubea induti,

Digitized by Google

induti, & cum ad locum perventum fuerit & ibidem dicto ympno *Tellus.* partim per pueros choro reſpondente cantato, Diaconus miniſter legat Evang. *Ante diem paſche* ſine tytulo ſub accentu Evangelij, Dein officians legat & dicat ſummiſſâ voce *Tu mandaſti.* miniſtris ℣ reſpondentibus. *Dominus.* Dein officians legat collectam, qua finita, ſuccentor incipiat Antiph. *Cena facta.* & interim officians lavet pedes XII. ſcolaribus, in ſignum XII. diſcipulorum. quo facto officians redeat ad locum ſuum & ſtatim ſubdiaconus legat Epiſtolam: *convenientibus.* ſine titulo ſub accentu prophecie, qua finita officians aſpergat cum aqua benedicta omnia fercula & vinum, thurificante miniſtro eadem cum thuribulo, quo facto ſuccentor imponet Antiph. *Mandatum novum &c.* & interim diſtribuantur fercula & vinum, quibus diſtributis officians dicat altiori voce quam prius *ſaciati &c.* quo dicto aſcendit Magiſter preſenciarum ad locum ibidem altiorem pronuntiando ſingulos proprijs eorum nominibus alta voce, qui Elemoſynam ſuam preſenti mandato contribuerunt, eos melius quo poterit recommendando. qua recommendatione facta iterum duo pueri ubi prius ympnum *Tellus* dimiſerunt, incipient cantantes chori proceſſione ordine quo ſupra exierant, revertente.

Nota quod Mandatum Dominorum ſimiliter peragitur excepto; quod proceſſio fit per Dominos à Capella S. Michaelis usque ad chorum ante ſummum altare cum ympno, *Tellus* ut ſupra & ibi peragitur & quod Magiſter preſenciarum non pronuntiat aliqua nomina dantium & proceſſio revertitur

titur ad armarium cum dicto ympno & quod hic tantum dicitur: *ſurgite eamus hinc* per officiantem.

Paraſceve circa medium ab ortu ſolis, ad meridiem, prima tertia ſexta nona legantur, Infra ſextam exeant, Subdyaconus alba ſola, Dyaconus alba & caſula modo quadrageſimali ab humeris ligata, officians alba deſuper cappa ſerica induti Et *confiteor* non dicto ſtatim officians dexterum cornu altaris, Miniſtri ſua loca capiant &c. juxta lecta; Subdyaconus lectionem incipientem: *In tribulationem* legat, ſine titulo accentu acuto finiendo. Cetera ſecundum regiſtrum Maguntin. compleantur. In Eccleſia Sancti Bartholomei Franckenfordenſis in oſtenſione crucis officians in medio miniſtrorum retro altare chori directe ſtantes crucem caſula tectam tenentes cantent. *Popule meus*, ſed prope dexterum cornu altaris ejusdem *quia eduxi te* deinde in pavimento chori ante & in medio infimi gradus ejusdem altaris, *quid ultra* facie ſemper ad chorum verſa. Choralibus & choro reſpondentibus, conſueta locis ſuis, poſt hoc in ſummo gradu & medio altaris ejusdem cruce detecta in altum latâ cantent. *Ecce lignum* per totum chorus *beati immaculati* predicti: *ecce lignum* usque *venite*, chorus: *venite.* Succentor: Reſponſorium *dum fabricator* cum verſu, choro hoc proſequente & ſtatim officians & miniſtri, crucem de altari ad locum eidem ſyndone munda, ante gradum medij chori in medio in pavimento preparatum portent & deponent quam primo officians ſecundo dyaconus tertio ſubdyaconus genua flectentes oſculentur, quo facto ad armarium revertentur, poſt Reſponſorium *dum fabricator*

ympnus

ympnus *crucis fidelis* per duos bene vociferatos choro ad quemlibet verſum ad primum *crucis fidelis* ad ſecundum *dulce lignum* & ſic deinceps alternatim, reſpondente decantetur infra quem ympnum ſinguli de eccleſia, ordine ſecundum ingreſſum Eccleſie, Majores primo ad crucem vadant offerant & adorent, ac oſculentur ympno completo ſilentium fiat Et ex armario primo duo ceriferi albis induti duas candelas magnas cereas incenſas ferentes, deinde duo miniſtri ſimiliter albis deſuper caſulis rubeis induti, manibus retentis ſub eisdem Poſt hoc officians ſimiliter Alba deſuper caſula rubea indutus, manibus extra eandem complicatis procedant, ſpatio ut de officio Thuris ab initio ad altare ſanƈte crucis & ibidem ſacramentum corporis Chriſti in pixide munda recipiens, officians pro ſe & communicandis ad altare chori portet & reponat. deinde de altari deſcendens in pavimento ante infimum gradum ejusdem *confiteor* dicat, & deinceps officium & veſperas ſub ſilentio ſecundum regiſtrum Moguntinenſem proſequatur, quo faƈto & communicatis communicandis officians & miniſtri, armarium intrent caſulas deponentes & iterum exeant in albis ad crucem cum ceriferis candelis ordine, memoratis quam tollentes officians & miniſtri vadant, primo ceriferi prefati, deinde proceſſio chori poſt hoc duo alij miniſtri ſimul unus incenſum altaris aquam benediƈtam ferentes poſtremo officians & miniſtri, crucem portantes ad locum eidem preparatum, reſponſorium *Ecce quomodo moritur juſtus* cum verſu, ſubmiſſa voce decantantes & cum pervenerit ad locum officians ſub

 ſecreto

Digitized by Google

ſecreto crucem ponat, aqua benedicta aſpergat thurificet & ſtatim ad chorum eo ordine quo exierant reſponſorium *ſepulto Domino* cum verſu ſubmurmerando cantantes revertantur & ſinguli ad ſua remeabunt, hoc die funere preſente non Miſſa ſed officium dicatur defunctorum.

Vigilia Paſche tempore quo paraſceve, prima legatur demum ad benedicendum ignem primo duo corales ſuper pellicijs ſolis induti cruces cum vexillis ferentes, poſt hoc duo ceriferi albis deſuper dalmatiis induti duas candelas planas novas non incenſas ſine flamma portantes, tertio duo Canonici non capitulares ſeu miniſtri vel vicarij juniores albis ſolis induti, uno aquam benedictam altero incenſum portantibus quarto proceſſio chori, quinto duo miniſtri albis deſuper dalmaticis induti. Sexto officians alba deſuper cappa ſerica indutus gradientur Exeuntes autem chorum, chori alternatim, ſiniſtro choro inchoante ſeptem pſalmi pœnitentiales ſub ſilentio ſine *Gloria*, ſine *Letania* legentes compleant circa ignem, quolibet in parte ſui chori ſtante ordinate, Medio tempore ignis de ſilice extrahatur, incepto vero ultimo pſalmo ignis incendatur & omnia luminaria Eccleſie extinguantur, pſalmo ultimo completo chori ambo dicant verſum *Jn pace factus.* iterum officiansque ſtans prope ignem oremus *Domine Jeſu Chriſte*, *per Dominum*, chori *Amen* & ſtatim aquam benedictam aſpergat, incenſu de carbonibus ignis thurificet candeleque ceriferorum prefatorum Lumina quoque omnia Eccleſie de igne benedicto accendantur, & ad chorum eo ordine,

quo

Digitized by Google

quo exierant. Duobus coralibus ſuperpellicijs indutis ſolis ympnum *Jnventor rutili* imponentibus choro, reſpondente revertantur Deinde legatur tertia Poſt hoc cereus paſchalis ſecundum regiſtrum Moguntinenſem conſecretur, Deinde dicatur ſexta. ſequuntur ſtatim lectiones ſecundum regiſtrum Mog. Que ordine retro grado a majore deſcendendo compleantur Poſt hoc procedatur ad baptiſmum conſecrandum eo ordine vadunt cereum portans iterum ut in hoc capitulo proceſſionario eſt expreſſum conſecrato baptiſmate ſed non criſmato, cereus paſchalis ter immerſus baptizetur, Poſt hoc Lapis ſeu vas baptiſmatis aqua, ſi evacuatus eſt impleatur & criſmetur & puer ſi haberi poteſt, Etſi maſculus & puella, primo maſculus baptizetur infra iſta omnia, proceſſio ſtabat ordinate in loco ubi in viſitationibus altarium ſtare conſueverint, Baptiſmate conſecrato ad chorum Ordine quo exierant, revertantur deinde nona legatur ſequitur ſtatim miſſa ſolempniter, Poſt tertium *Agnus Dei* duo Canonici capitulares juniores ſolis ſuperpellicijs induti in pulpite cantus ſuccentor in ſede Cantoris ſtante ſuperpellicyo & cappâ ſerica induto cantent *Alleluja* ter ſuccentor pſalmum: *Laudate Dominum omnes Gentes*, Chorus *Laudate eum omnes populi* Et ſic de alijs ſecundum regiſtrum Moguntinenſem Miſſaque & Veſpere una Collecta & *benedicamus Domino* compleantur. Hoc die funere preſente miſſa non dicatur ſed officium defunctorum Letania baptiſmatis Paſchalis verſu iſto *Et fontem iſtum benedicere & conſecrare digneris te rogamus audi nos.* hoc replicato finietur. Quod dicentes ter imponentes

ponentes crucem ſuper baptiſma una cum officiante faciant choro ſimiliter ter reſpondente, ad conſecrationem baptiſmi infra lectionem ultimam exeant armarium, çorales ceriferi, Thuribularii & ſtent ut in proceſſione ad altare officio lectionum expleto Letania usque *omnes ſancti Angeli*, ſeu ymni primo verſu cantatis exeant cereum portans, chorales, ceriferi Thuribularius Letaniam ſeu ympnum Reſponſoria imponentes chorus Miniſtri dyaconi cryſma ſubdyaconi librum portantes officians veſtiti ut ad ignem circumeant, ſtent præcedantque chorales ceriferi Thuribularij officians ſtent ut in proceſſione ad altare exeundo vigilia paſche Letaniam duo vicarij cappis ſericis induti in ſtatu exiſtentes ante pulpitem cantus vigilia Pentecoſtes ympnum *Rex ſanctorum*, duo chorales ſuper pellicijs tantum induti poſt Thuribularium ſtantes imponant, choro reſpondente deinde baptiſmus circa eum hijs completis conſecretur quo facto ad chorum ſilendo revertentur & hora completorij & eo dicto vigilia paſche viſitetur ſepulchrum Domini in ſuper pelliceis cum pſ. *miſerere &* verſu: *in pace factus eſt locus ejus &c.* & collecta: *reſpice.*

Proceſſio eſt ſtatio ad plagarum placationem gratiarum actionem reſurrectionis honorem ſubventionis amorem, peccatorum ſublevamen defunctorumque juvamen ordinata & eſt generalis ſolempnis Dominicalis patronorum Letaniarum ſepulchrorum. Generalis ad plagarum placationem fit a clero & populo alicujus loci univerſo cujus dies eisdem dominica proxima precedente per matricem Eccle-

ſiam

ſiam intimetur ubi omnibus die ſtatuta congregatis proceſſiones taliter ordinentur in Eccleſia Francken-fordenſi Minores, predicatores, Carmelite, Auguſtinenſes, Theotonici Johannite, Anthonienſes, Bernhardite, cruciferi duo, Montis Marie, Sancti Georgii, Sancti Bartholomei Scolares tantum earundem eccleſiarum ordine vexillorum. Vicarij Montis Marie Sancti Georgii ſimiliter Tres ſuccentores trium eccleſiarum dictarum imponentes ſimul, & euntes vicarij Sancti Bartholomei canonici montis Marie & Sancti Georgii ſimiliter canonici Sancti Bartholomei ſic de prelatis eccleſiarum earundem Jtem matricis Eccleſie infraſcripti, cruciferi duo ceriferi duo candelas tortas incenſas, Miniſtri duo, reliquias ſanctorum ſcolares quatuor notas ſonantes officians corpus Chriſti geſtientes poſt populus Laicalis exeundo Eccleſiam matricem per januam meridionalem imponent, ſuccentores, antiph. *ſalvator mundi* Antiphona *Sancta Maria* tranſeundo per Eccleſias Sancti Nicolai Antiphona *per omnia* Beati Georgij, Reſponſorium *Juſtum deduxit* carmelitarum Antiphona *Alma Redemptoris* penitentum Reſponſorium *flavit auſter* Et cum portam Mentzer Dor. exierint Succentores Letaniam nota paſchali cantent choro idem reſpondente per portam patibuli tranſeuntes, tandem apud clauſtrum ſancte Katherine finientes, & idem clauſtrum tranſeuntes, cantent Reſponſorium *Surge virgo* ſequitur Reſponſorium *Civitatem iſtam* poſt hoc Reſponſorium *Jnter natos* ſequitur Antiphona *Audi ſervorum* & ſic venit ad cimiterium Eccleſie majoris pro ſtatione facienda Cum autem ventum fuerit ad

locum

Digitized by Google

locum ſtationis clerus ſtet in ordine debito & decenti, & corpore Chriſti adveniente ſuccentores incipiant *adveniſti deſiderabilis.* Choro usque ad *alleluja* excluſive proſequente. Jnterim officians & miniſtri vadant ad locum eminentiorem, ibidem decentem pannis ſericis preparatum, cantu predicto finito, Succentores imponant, Verſum. *O vere digna hoſtia.* quem flexis genibus chorus cantet deinde officians in altum corpus Chriſti levans cantet Antiphonam *Ego ſum lux mundi.* Qua finita ſuccentores incipiant Antiphonam *media vita* choro pſallente usque *Sancte Deus* excluſive, ubi officians cantet verſum, *Ego ſum jheſus Dux &c.* Jn ſequentiâ converſionis ſancti Pauli poſitum, chorus flexis genibus *Sancte Deus,* officians iterum, *Ego ſum.* Clerus. *Sancte fortis*, officians *Ego ſum,* Clerus *Sancte & miſericors* iterum officians *nolo mortem* deinde tres trium Eccleſiarum dictarum cantent *Quantus eſt hic* in Antiphona ante ſextam in die palmarum usque *occurrunt* incluſive, officians: *hic eſt ſalus.* usque *Jſrael* incluſive clerus flexis genibus *Salve Rex* usque *redime nos* incluſive officians cantet *ecce agnus Dei* in Antiphona *Ecce Maria* deinde ſuccentores imponant ſequens Antiph. *Laus tibi Chriſte.* cum qua ad chorum majorem Eccleſie revertentur, Miſſa ibidem ab omnibus ſolempniter celebrata ad propria remeabunt.

Proceſſionis plagarum placationis ordinatio cantus, oſtenſio fiant ut gratiarum actionis, propter quod infra muros opidi, Eccleſie omnes viſitantur. Collegiorum membra Cappis nigris induuntur, ce-

reos

Digitized by Google

reos vexilla candele ſanctuarium a quoquam non portantur, præter Eecleſie matricis ſcolaris alba indutus primus proceſſionis ante fratres minores ſimplicem crucem portans, Jtem matricis Eccleſie iterum ut ſupra oſtenſione in cimiterio Eccleſie matricis facta, quelibet Eccleſia ad ſua revertatur, determinatam ſibi miſſam cantans, Sanctorum, Bartholomei Sancte Trinitatis Marie & Georgii Sancti Spiritus, Montis beate virginis Johannis Sancte Crucis Theutonicorum, Angelorum, Anthonij Sancti Bartholomei Carmelitarum Apoſtolorum predicatorum martyrum Minorum confeſſorum penitentum virginum, Katherine, omnium Sanctorum.

Proceſſio feria ſecunda poſt penthecoſten fiet, deinceps per ebdomadam nulla erit ad baptiſmum.

Solempnis proceſſio conſueta eſt fieri a collegiis feſtis ſuis principalibus cum reliquiis Sanctorum per circuitum Eccleſie infra emmunitatem ſeu extra ad gratiarum actionem ubi ſic procedant Cruciferi duo ſcolares vicarij Canonici prelati in ſtatu exiſtentes cruciferi duo, Miniſtri duo officians ut in proceſſione generali ſupra, niſi quod hic Corpus Chriſti preter die Corporis Chriſti & pannus ſuper officiantem non portantur, infra emunitatem hijs feſtis. Purificationis Corporis Chriſti dedicationis Aſſumptionis Bartholomei cantu cuilibet annotato lectis prima tertia & ſexta reliquis etiam feſtis principalibus de officio Decani notatis ſolempnis ut prefertur proceſſio, ſi domi-

nica

Digitized by Google

nica celebrantur per januam abſidis meridionalis trans capellam Sancti Michaelis exeundo & intrando Dominica palmarum ſolempnis ut ſupra fit proceſſio, tamen ſine ſecundis cruciferis ceriferis reliquijsque ſanctorum extra emunitatem prima lecta Jtur ad fratres Theutonicos ultra pontem die paſche cum Antiphona *cum Rex Glorie* Aſcenſionis Pentecoſtis cum reſponſorijs eorundem ubi tertia lecta, exitur cum Antiphona *regina celi* cum verſibus finita Antiph. ympnus *ſalve feſta* usque ad Eccleſiam deprometur, Eccleſiam intrantes die paſche Antiphona *ſedit Angelus* Aſcenſionis antiphona *o Rex Glorie* Penthecoſtes *Alleluja veni ſancte ſpiritus* decantentur per dictam januam exeundo circumeundo & intrando. Die purificationis ſi clara fuerit cum reliquijs itur ut ſupra exitur per januam chori dexteram, januam rubeam exeundo & transeundo, per januam exorcizandorum puerorum ad & per ambitum, ante Capellam S. Michaelis circumeundo retro chorum & per januam chori rubeam redeundo. Si autem pluvialis vel ventoſa ſit, fiat proceſſio in Eccleſia & per januam exorcizandorum cum Reſp. *Gaude Maria*, *videte miraculum*, *Verbum caro* & ſimilibus de feſto depromentur.

Dominicalis proceſſio eſt, que fit ad reſurrectionis honorem omnibus Dominicis ſimplicibus cum aqua benedicta a collegijs per ambitum eorundem ubi procedant de armario ſexta lecta ſed infra octavas Paſche & penthecoſtes. Tertia cruciferi duo miniſtri duo officians ſpatio ab invicem ut de officio Thuribularij & cruciferi ande medium in-

fimi

Digitized by Google

ſimi gradus altaris ſtent ex utraque parte miniſtri locis ſuis *Aſperges* inchoans officians hoc ordine aſpergat: altare, Miniſtros, Succentores Seniorem dignitate & ſuum chorum alterum poſt hoc chorum. quo facto ſtans ante medium gradus, medij chori, dicat ſubmiſſe verſum *Domine apud te eſt fons vite.* Chorus, *& in lumine. Domine exaudi orationem.* Chorus *& clamor. Dominus vobiſcum*, chorus *& cum ſpiritu tuo*, Oremus *Omnipotens ſempiterne Deus &c. per Chriſtum Dominum noſtrum.* Chorus amen impoſitoque cantu chorus exeat tali forma, cruciferi officians aſpergens populum cum ſcolari aquam portantem benedictam miniſtri Scolares Eccleſie quoque membra finito cantu ſubmiſſe cantetur, *abſolve Domine*, exeant autem Eccleſiam per januam catechumenorum in capellam Sancti Michaelis per januam ejus occidentalem ſtante ibidem quolibet ut in choro legantque ſubmiſſe chori, alternatim choro per ebdomadam, & nunc inchoante pſalmum *de profundis*, *Kyrie*, *Chriſte*, *eeleiſon Kyrie eleiſon pater noſter*, officians *& ne nos inducas in.* chorus: *ſed libera.* officians, *a porta inferi*, chorus: *credo videre* officians *Domine exaudi* chorus *& clamor* officians *Dominus vob:* chorus *& cum ſpiritu tuo* officians oremus *Deus in cujus miſeratione per Chriſtum Dominum noſtrum* chorus *amen*, officians *requieſcant in pace* chorus *amen*, Jmpoſitoque cantu per ianuam qua capellam & ambitum ordine quo ſupra ad chorum redeant Miſſaque cantetur, Jnfra adventum ſeptuageſimam quadrageſimam exeundo Reſponſorium tertium redeundo nonam matutini dominice jam preſentis infra nativitatem

Chriſti & purificationem Marie reſponſorium *Sancta & immaculata* redeundo Reſponſorium *verbum Caro.* Jnfra purificationem & ſeptuageſimam exeundo antiphona *ſalvator mundi* redeundo Reſponſorium *civitatem.* Jnfra paſcha & aſcenſionem exeundo, Antiph. *cum Rex* Dominica aſcenſionis Reſponſorium *Jte in orbem*, octava penthecoſtes Reſponſorium *repleti* in capella finientur poſt hoc duo corales ante altare Sancti Michaelis ſtantes facie ad idem verſa cantent ympnum *ſalve feſta* primo verſu cantato per januam capelle orientalem Eccleſiam circumeundo ad chorum per januam rubeam revertantur. Jmpno finito infra paſcham & Aſcenſionem Antiph. *ſedit Angelus* Dominica aſcenſionis Antiph. *o Rex*, octava penthecoſtes *alleluja veni* imponantur Miſſa orationes pro defunctis obmittantur. Jnfra octavam penthecoſtes & adventum excelſis hijs exeundo ant. *ſalvator* redeundo Reſponſorium, *Quis Deus magnus*, ſed ſi fuerit dies Sancti jx. lectionum vel infra octavam feſti Reſponſorium de ſancto ſeu de feſto vel de ſolempnitate ſi ambo concurrunt deprometur.

Feſta principalia ſunt dioceſis Moguntinenſis Nativitatis Chriſti Epiphanie purificationis Annuntiationis Marie, palmarum paſche Aſcenſionis, penthecoſtes Trinitatis corporis Chriſti Dedicationis Nativitatis Johannis Baptiſte Petri & Pauli, Aſſumptionis nativitatis Marie omnium ſanctorum Martini conceptionis Marie ejusdemque Eccleſie Franckenfurdenſis cum feſtis Sancti Karoli Jmperatoris Bartholomei Apoſtoli eidem ſpecialium patronorum.

Patro-

Patronorum proceſſio eſt facta ad ſubventionis amorem ad altare, poſt primas veſperas diebus eorundem ubi procedant ex armario, pſalmus *Magnificat* incepto, cruciferi duo conjuncti cruces cum vexillis ceriferi duo conjuncti candelas planas, incenſas portantes Thuribularius ut de officio ejusdem & ſtent in pavimento, ante medium gradus medii chori, ſpatio predicto verſus, occidentem, facie verſa ad altare, poſt primam benedictionem cantu interpoſito exeant, chorum circumeundo a dextris infra Eccleſiam videlicet Franckenſ. altare Sanctorum Stephani petri Jacobi Johannis Ewangeliſte trium magorum, ſic cruciferi thuribul. Scholares Eccleſie quoque membra venientes autem in medium Eccleſie, ſtent ut in choro, procedendi cruciferis ceriferis Thuribulario officiante ad locum ubi ſtent in choro & cantu finito officians in loco ſtans ſubjungat, verſum & collectam cantuque redeundi impoſito, omnes modo quo & ad locum chori unde exierant remeabunt; officianteque verſum & collectam ſecundo finiente, ac pſalmis completorii inceptis, cruciferi ceriferi Thuribular. officians armarium intrent ordine & ſpatio quibus ſupra exeundo Antiph. ſeu Reſponſorium de feſto altaris viſitandi redeundo antiph. de patrono decantetur, vel ut infra notatur.

Letaniarum eſt proceſſio que fit diebus quadrageſimalibus & rogationum cum Jnvocatione ſanctorum ad peccatorum ſublevamen, inſtitutione patrum ordinata, diebus quadrageſimalibus nona lecta procedant ex armario crucifer miniſtri ſine officiante ſtent ipſique & membra Eccleſie cantu in-

F 2 choato

choato vadant in locum ibique ſtent, ut Dominicali proceſſione declaratur, cantando Reſponſorium: *Emendemus.* hoc finito chori alternatim ſubmiſſe legant pſalmum: *Deus miſereatur. Kirie pater noſter.* Officians precedentis ebdomade: *Et ne nos.* verſum: *Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis. Domine exaudi: Dominus vob.* Oremus *parce Domine parce.* Finitis hijs Letania Apoſtolis Martiribus confeſſoribus virginibus quibuslibet tribus nominatis cantetur, choro idem reſpondente cum autem dicitur, *omnes ſancti Angeli* capellam exeant, ad chorum ordine & via prioribus reſpondentes, diebus rogationum prima lecta ſuccentore imponente. Chorus cantet, *Exurge Domine* pſalmus, *Deus auribus* ſine *Gloria* Jterum *exurge* ſequitur Antiphona *ſurgite ſancti* & proceſſio exeat chorum, ſequitur Antiph. *cum Rex.* qua finitâ die Marie & feria ſecunda & tertia rogationum Duo de Eccleſia imponant Letaniam *ardua ſpes* usque ad villas, introeuntibus autem villos, videlicet die Marci Rode ſuperiorem. Succentor imponat Reſponſorium *regnum mundi* quod chorus cantet usque in Eccleſiam deinde legitur tertia ſequitur miſſa *Exaudi* ferialiter in qua fiat memoria, ſanctorum Marci Ewangeliſte & Margarete Virginis, ſed feria ſecunda introeuntibus villam Bockinheim ſuccentor imponat Reſponſorium *Vos eſtis ſal terre*, deinde legatur tertia & cantetur miſſa *Exaudi* ut ſupra in qua fiat memoria Sancti Jacobi majoris & ſanctorum ſi qui ibidem evenerint ſed feria tertia introeuntibus villam Burnheim ſuccentor imponat Reſponſorium *Jſti ſunt ſancti* deinde legatur tertia, & cantetur

Miſſa

Digitized by Google

Miſſa de Dominica *vocem jocunditatis* Dominicaliter in qua fiat memoria ſanctorum Abdon & Sennen Martirum & aliorum ſi qui ibidem ceciderint, Miſſis predictis completis legatur ſexta ubique ſupra, qua lecta ſuccentor imponat Reſponſorium *Benedicamus patrem*, impoſito proceſſio exeat Eccleſiam ad civitatem revertendo completo autem hoc reſponſorio imponat in via hac ſecundum ordinem Antiphonam *Regina celi* cum verſibus Reſponſorium *qui ſunt hij* Reſponſorium *iſti ſunt ſancti* Reſponſorium *ſint lumbi* Reſponſorium *ſimile eſt regnum.* Reſponſorium *beati eſtis Sancti Dei omnes* Reſponſ. *abſolve Domine* omnia cum verſibus. Jngredientibus autem civitatem Jmponat Reſponſ. *civitatem iſtam.* Vigilia aſcenſionis usque ad penitentes non Letania ſed cantus ibidem. in proceſſione generali poſitus decantetur ubi ſexta legatur ſequitur miſſa finaliter in qua ſic procedatur: Chorus feminarum ſeu virginum cantet introitum *omnes gentes*, chorus virorum *ſubjecit*, feminarum: *Gloria* virorum: *omnes Gentes*, feminarum: *Kyrie* virorum: *Chriſte eleyſon* & ſic de ceteris Memoria fiat beate Marie Magdalene, femine omnes reſponſiones officianti corales *Alleluja* femine offertorium, *Sanctus*, *Agnus*, communionem, Miſſa completa ſuccentor incipiat Antiph. *Regina celi*, qua ſine verſibus cantata, imponat ympnum, *feſtum nunc celebre* poſt ympnum per totum cantatum Antiph. *audi ſervorum* & ſic Eccleſiam propriam intrantes ibi poſt omnes proceſſiones dictas Nona legatur qua lecta ſinguli ad ſua revertentur.

Sepulcrorum proceſſio eſt, que fit ad corpora mortuorum non ſepulta, ſeu ſepultis hijs, eorum ad ſepulchra defunctorum ad juvamen Die paſche, tertio matutini Reſponſorio cantato chorus ſilentium faciat, corales duo in albis in ſepulchro Domini ſedeant induti in loco ubi Crux Chriſti jacebat poſito ibidem humerali Tres Seniores de Collegio ſuperpellicijs, deſuper cappis ſericis induti, Tria Thuribula cum incenſu portantes ceriferis duobus candelas tortas incenſas portantibus precedentibus armarium ſimiliter euntes exeant, cantantes ſubmiſſe Reſponſorium *dum tranſiſſet Sabbato*, *ſepulchrum viſitantes.* Ad quos Corales in ſepulchro cantent: *Quem queritis* iterum Seniores ſubmiſſe: *Jeſum Nazarenum* Corales: *non eſt hic &c.* & ſtatim ſubjungant Antiph. *Venite & videte locum &c.* poſt hoc Seniores humerale recipiant ante ſe portantes ceriferis & coralibus ſepulchri procedentibus chorum intrent & ante altare in ſuperiore gradu, facie ad chorum verſa ſtent, & ſuccentor in loco ſuo ſtans, alta voce, cantet verſum, *Dic nobis Maria* Medius ſenior, cantet verſum *ſepulchrum Chriſti* deinde ſtatim ſenior a dextris digito ad corales ſepulchri demonſtrando & ſenioribus omnibus humerale in altum tollentibus cantet verſum: *Angelicos teſtes* deinde ſenior a ſiniſtris cantet verſum *ſurrexit Chriſtus ſpes mea* Chorus cantet verſus *credendum eſt*, *ſcimus Chriſtum.* deinde omnes Seniores tres ſimiliter cantent Antiph. *ſurrexit Dominus de ſepulchro* Chorus hanc continuet, *qui pro nobis pependit &c.* & ſuccentores ſtatim illa finita, *Te Deum laudamus* incipien-

cipientes matutinum compleatur, Die animarum Vigilijs & miſſa completis crucifer cum cruce ſive vexillo procedant quatuor ſacerdotes ſepulchra aſpergentes quatuor miniſtri, ea thurificantes albis hij induti, ſcolares, Eccleſieque membra per januam abſidis meridionalem cum Reſponſ. Vigiliarum majorum exeuntes & intrantes Diebus alijs videlicet quibus vigilie ſeu Miſſe habentur defunctorum & poſt quamlibet miſſam preter diebus ſolempnibus & Dominicis & infra quodlibet completor. infra triceſimum defuncti, per collegium allati, ſic procedatur ad ſepulchra, crucifer coralis aquam benedictam. coralis incenſum portantes, Miniſtri duo Subdyaconi duo Dyaconi officians ad quodlibet ſepulchrum candelas habens, dicant pſalmum *de profundis. Kyrie pater noſter* verſum, collectam defunctorum. Infra quod officians aſpergat, thurificetque ſepulcra exeant circueant intrent, ut ſupra die animarum eſt expreſſum. Si que alia in dictis proceſſionibus ſecundum conſuetudinem cujusquam Eccleſie neceſſaria, hic non ponuntur, ſtudioſis ſuccentoribus has regentibus relinquuntur.

Commemorationis proceſſio eſt, que fit intrando chorum ante officia exeundo poſt divina ad vivorum colligamen. Diebus ſolempnibus Dominicis & quibus Dominicaliter pulſatur in primis & ſecundis veſperis infra quartum pulſum earundem & eisdem diebus in completorio ſeparatim ſolo canendo infra primum horarum pulſum clerici in loco Eccleſie apto congregentur in compulſatione veſperarum ſecundo pulſu complet. in proceſſione or-

dine junioribus precedentibus ſilendo Chorum ſubintrantes omnibus autem horis officio divino completo ad eundem locum revertentur, Chorum exeundo. Officians dicat *ſit nomen Domini benedictum* Chorus, *ex hoc &c.* Officians *adjutorium noſtrum &c.* Chorus: *qui fecit*, officiante cum ſuo Choro inchoante pſalmum *Miſerere*, legant alternatim in fine *requiem eternam*, *Kyrie pater*, officians: *& ne nos*, Chorus: *Sed libera.* Officians: *a porta inferi*, Chorus: *Erue.* officians *Domine &c.* Chorus: *& Clamor*, officians: *Dominus vobiſcum* Chorus: *& cum Spiritu tuo*, Officians: *Oremus: fidelium Deus per Chriſtum.* Chorus. *Amen.* Senior dignitate & ingreſſu presbyter: *requieſcant in pace.* Chorus: *Amen.* Diebus cene. Paraſceve, vigilia paſche exeundo nichil dicant, niſi in loco ſtationis. Senior: *requieſcant in pace.* Chorus: *Amen.* In proceſſionibus omnibus, quilibet ibit & ſtabit in latere ſui chori.

Veſtiendi modus ſeu conſuetudo membra Miniſtri. Subſtituti Eccleſie tempore divinorum & infra emunitatem ejusdem. religione (*g*) congruente ſint induti a primis igitur veſperis adventus incluſive, ad primas veſperas die nativitatis Chriſti excluſive & a primis veſperis ſeptuageſime incluſive, ad primam vigilie paſche excluſive, & die ſtationis Letanie majoris, a prima incluſive ad nonam incluſive in divinis officijs omnibus cappis nigris Berwerinis

(*g*) *Religio.* in religione id eſt in habitu religioſo, qui ex præſcripto canonum aut ſtatutorum ordinatione à canonicis & Vicariis chori officiis defungentibus portari debet. *du Fresne.*

Digitized by Google

werinis (*h*) aliis autem diebus omnibus, & totis extra tempora prefata & Dominica palmarum a prima incluſive ad nonam excluſive, Die cene ad mandatum poſt prandium ac omnibus feſtis principalibus infra adventum ſeptuageſimam quadrageſimam cadentibus a primis veſperis ad ſecundum completorium incluſive hiis continue ſuperpellicijs (*i*) ſed omnibus principalibus per totum annum feſtis, membra ecclefie in ſtatu exiſtentia in miſſa tantum cappis ſericis conformibus in colore caſule officiantis, dalmaticis miniſtrorum Jtem in proceſſione ad plagarum placationem. Cappis nigris ad gratiarum actionem ſericis induantur. Officians imponentes Cantor & Succentor, diebus ſolempnibus in primis & ſecundis Veſperis ac Matutino ſuccentor autem diebus omnibus, quibus in ſede cantoris imponit, cappis ſericis ſint veſtiti Corales cantantes, verſum gradualem ſeu Alleluja ſi unus, alba, ſi duo, Dalmaticis preter Dominicis adventus. ſeptuageſime quadrageſime ubi albis in alijs autem omnibus ſuperpellicijs ſint induti cruciferi in proceſſione ante miſſam, ſi unus alba ſi duo dalmaticis & poſt ve-

F 5 ſperas

(*h*) *Berwerinis cappis nigris.* Cappa amictum clericorum in ſervitiis chori exiſtentium denotat. *Honorius Auguſtodunenſis lib. 1. cap. 227.* Cappa propria eſt veſtis Cantorum. *Berwerina* cappa à tinctoribus dicta fuiſſe cenſetur.

(*i*) *Superpellicijs.* Veſte linea, largè manicata ſic compellata eo quod, ut ait *Durandus in ration. lib. 3. c. 1. n. 10.* antiquitus ſuper tunicas pellicias de pellibus animalium factas induebatur, quod adhuc in quibusdam Eccleſiis obſervatur.

ſperas ſuperpellicijs ſed poſt vigilias die animarum alba veſtientur ceriferi in proceſſione ante miſſam & poſt veſperas ſolempnes tantum cappis ſericis, alia ſuperpellicijs ſed diaconi precedentes dalmaticis induantur Thuriferarius diebus & horis omnibus in ſuo officio cappa ſerica ſit indutus Miniſtri in proceſſione & miſſa diebus omnibus dalmaticis, brachijsque ſiniſtris ſtolis dyaconi ſuper albam orario (*k*) a ſiniſtro humero, ad cingulum dextri lateris, ſed in adventu, ſeptuageſima quadrageſima de tempore tantum caſulis nigris diebus autem palmarum & paraſceve rubeas manibus ſubtus abſconſis Die cene vigilia paſche Dalmaticis ſed in miſſa defunctorum, albis ſint induti, ſubdiaconus collectam, Dyaconus verſum graduale alleluja ſeu tractu incepto, in armario caſulas deponant diaconus ſuper orarium caſulam liget, & ſic legant, finita Epiſtola ſubdyaconus *Et ne nos.* Diaconus in armario ſtatim denuo induatur, Jtem in proceſſione ſepulchrorum poſt miſſas albis de ſero die animarum ſimiliter alias habitu congruente dyaconus diebus ſolempnibus in dalmaticis legat omeliam officians alba orario circa collum in pectore ad modum crucis, ad ¡lingulum amborum laterum ligato deſuper in proceſſione ante Miſſam cappa ſerica ad miſſam caſulam

(*k*) *Orarium.* Alcuinus lib. de Div. Off. Orarium id eſt, ſtola dicitur eo quod oratoribus id eſt prædicatoribus concedatur. *Orarium* Levita geſtat in humero ſiniſtro propter quod orat id eſt prædicat, dextra autem oportet habere liberam ut expeditus ad miniſterium ſacerdotale diſcurrat. *Concil. Tolet. IV. cap. 40.*

Digitized by Google

ſulam & ſtola brachio ſiniſtro loco cappe. in proceſſione poſt veſperas. Et incenſum dans ſuperpellicio deſuper cappa ſerica ſit veſtitus Jtem pepli ſerici circa colla usque ad manus officiantis & miniſtrorum reliquias ſanctorum ſed pannus ſericus in quatuor haſtis ſuper officiantem corpus Chriſti portantes protendantur Jtem ſemper cum cappa præter in officiante ſit ſuperpellicium cum alba humerali cingulis atque alba altaria in quadrageſima pannis albis ſed hoc & ſedes officiantis & cantoris pulpites Ewangelium Lectionum cantus coralium diebus ſolempnibus in primis & ſecundis veſperis matutino & miſſa, pannis precioſis diebus ſolempnibus celebribus altare ſanctuario toto, non parte media decoretur. Cruces vexillate ſint, ſi duo cruciferi, non ſi unus. a Matutino ferie quarte poſt Dominicam *Eſto*, ad veſperas. Cene Domini Jncluſive hijs ymagines & cruces Eccleſie ſint velate. (*l*)

Geſtuum conſuetudo ad matutin. ſtando. *Domine labia*, *Deus in adjutorium* hic & in omnibus horis, Invitatorium pſalmus, *Venite*, verſiculi, ſuffragia, Lectionum, generalia reſponſoriorum Reſponſorium per generalia Lectiones & verſus proferentes non Chorus omeliam verſuſque & reliqua. *Te Deum Laudamus* ympnus & ad finem. *Sedendo*. Antiphona pſalmi Lectiones Reſponſoria verſus chorus non cantantes ad primam tertiam ſextam nonam, *Stando*.

(*l*) *Not. marg:* Jn Eccleſia Moguntina viſitant in cappis in adventu, *Andree*, *Nicolai Conceptionis & Thome*: Fert Andree cappas Nyco - Conceptio Thomas.

do. Antiphon. ympnus antiph. preces & collecta, *Sedendo*, pſalmi tantum. Ad miſſam Stando ab Introitu ad Epiſtolam excluſive ab Ewangelio ad finem hijs incluſive, *ſedendo.* prophecye & cantus ſubſequens ad easdem & ab Epiſtola incluſive ad ewangelium excluſive, *Genuflectendo* Jntroitus Cinerum *Exaudi* usque *ſecundum* excluſive Jntroitus *in nomine Domini* usque *& infernorum* excluſive verſus *Alleluja Veni Sancte* usque *reple*, Jn tractu *Domine non ſecundum.* verſus, *adjuva*, per totum infra adventum ſeptuageſimam quadrageſimam a completione *Sanctus*, ad *pater noſter* complementum Extra hec tempora, ab elevatione ſacramenti, ad inceptionem *pater noſter* a die ante paſcha ad octavam penthecoſtes diebus quoque ſolempnibus & Dominicis niſi tantum in elevatione Sacramenti genuflexio nulla fiat. Ad veſperas *ſtando* a capitulo ante ympnum & . . . . Jncluſive. & ad finem in primis Veſperis ſolempnibus antiphona prima & quinta cum ſuis pſalmis, verſus. *O Crux* in ympno ad cenam verſus *o verè digna hoſtia.* per totum. in Antiphona *Media vita ſancte Deus*, & ad finem Jn Antiph. *Salve Regina, o Clemens* & ad finem. Ad Completorium *ſtando.* ympnus & ad finem *ſedendo* pſalmus tantum, Jtem pſalmus *venite Te Deum. Benedictus. Magnificat, Nunc dimittis, ſtando* alijque *ſedendo* Jtem in adventu ſeptuageſima quadrageſima de tempore, preces a *Kyrie* ad *exurge* genuflectendo proferantur offerent Eccleſie membra, feſtis principalibus anniverſariorum canonicorum vicariorumque chori ad altare.

Miſſis

Digitized by Google

Miſſis obſervanda de tempore *Jntroitus* pſalmis preter vigilias paſche & penthecoſtes *Gloria patri.* preces a Dominica paſſionis ad vigiliam paſche incluſive hijs de trinitate de defunctis *Kyrie eleiſon* ſemper *Gloria in excelſis* feſtive tantum, vigiliisque Epiphanie paſche penthecoſtes non in adventu, ſeptuageſima quadrageſima collecta ſi due prima de officio, Ambe ſub una concluſione, ſi plures, prima ſub una, alie ſub una omnes &c. *Epiſtola* ſemper *Graduale*. preter vigilias paſche & ab octava paſche ad octavam pentecoſtes incluſive *Alleluja* preter a Dominica ſeptuageſime ad paraſceve incluſive hijs, vigilijs miſſis defunctorum, alleluja unum, & tractus, vigilijs paſche & penthecoſtes ab octava paſche ad octavam penthecoſtes feſtive duo, ferialiter unum. *Sequentia* feſtive tantum, preter a Dominica ſeptuageſime ad vigiliam paſche incluſive hijs Dominicis vigilia penthecoſtes octavarum per octavas, *Tractus* a Dominica ſeptuageſime incluſive ad diem cinerum excluſive feſtive tantum deinde ad vigiliam paſche incluſive hijs preces die cene feſtive & ferialiter & de defunctis Ewangelium ſemper. *Credo* Dominicis Nativitatis, Epiphanie. Aſcenſionis, Trinitatis corporis Chriſti dedicationis & per octavas *Offertorium* preter vigilia paſche ſecrete ut collecta *prefatio* ſemper octavarum per octavas. *Sanctus* ſemper *Agnus*. *Communio* preter vigilia paſche *complenda* ut collecta, *Jte miſſa*. require de officio miniſtrorum.

De Sanctis. Jntroitus, pſal. *Gloria Kyrie* feſtivis & ferialibus ſemper. *Gloria in excelſis* feſtivis tantum, atque ſemper collecta Epiſtola Graduale,

Alleluja

Digitized by Google

Alleluja ſequentia, tractus. Ewangelium ut de tempore ſupra. *Credo*, omnibus feſtivis Marie Apoſtolorum crucis die omnium ſanctorum tantum & per octavas. Offertorium ſecrete prefatio *Sanctus Agnus* communio complenda. *Jte miſſa* ut te tempore atque ſemper.

Ad miſſam commemoracionis Marie. In adventu introitus *Rorate*, pſalmus *celi Kyrie* ipſius ſine *Gloria in excelſis.* Collecta *Deus qui de beate* Epiſtola yſaie *Locutus eſt Dominus.* Graduale *tollite. Alleluja. Veni Domine*, nulla ſequentia Ewangelium luce, *Miſſus eſt*, *Credo* ante offertorium *Ave Maria*, ſecreta-*in mentibus* prefatio *Et te*, *Sanctus* & *Agnus* Dominicaliter communio *Ecce virgo complenda gratiam tuam. benedicamus Domino.*

Infra nativitatem Chriſti & purificationem Introitus *ſalve.* pſalmus *ſentiant Kyrie* ejusdem cum *gloria in excelſis* Collecta. *Deus qui ſalutis* Epiſtola ad Galatas *Quanto tempore* graduale *Benedicamus Alleluja poſt partum.* ſequitur *Gaude Dei Genitrix* require in ſequenti. *Natus ante.* Ewangelium Luce. *erant pater.* Credo. Offertorium. *felix namque* ſecreta *muneribus.* prefatio *Quia per incarnationem. Sanctus* & *Agnus* Dominicaliter Communio *Tolle puerum.* require Dominica infra octavam nativitatis Chriſti complenda. *hec nos Jte Miſſa.* infra purificationem & ſeptuageſimam Collecta *Concede nos.* Epiſtola ſapientie *ab initio. Alleluja. virga jeſſe* ſequentia *verbum bonum* Ewangelium Luce *extollens.* Offertorium. *Recordare* ſecreta *tua nos.* prefatio *Et te.* Communio *Beata viſcera.* Complend. *Hec nos*, vel *ſumptis* cetera ut infra nativitatis Chriſti & purificationis Marie.

rie. Jnfra Dominicas ſeptuageſime & paſche *Gloria in excelſis Alleluja* ſequentia non cantantur, tractus *audi filia* Communio *Ave regina*. Cetera ut infra purificationem & ſeptuageſimam. Jnfra paſche & penthecoſtes Graduale non dicitur. Sed duo *alleluja*. primum de beata virgine ſecundum de feſto, ſequentia de feſto temporis, Ewangelium Johannis *ſtabant juxta* prefatio de feſto temporis. Communio *Ave regina* cetera ut infra purificationem & ſeptuageſimam. Jnfra octavam penthecoſtes & adventum Communio *Ave regina*, cetera ut infra purificationem & ſeptuageſimam ſunt notata. Sabbatis Vigiliarum & quatuor temporum, ac novem lectionum ſeu trium feſtivorum de beata virgine non cantatur.

Ad Miſſam commemorationis ſancti Spiritus, Jntroitus *Dum ſanctificatus*. Graduale *Beata Gens. Alleluja. Veni.* ſequentia *Veni*. Offertorium *Emitte*. Communio *Spiritus Domini*. Collecta Epiſtola. Ewangelium ſecreta prefatio, complend. diei penthecoſtes Jnfra ſeptuageſimam & quadrageſimam ſine *Gloria in excelſis Alleluja* & ſequentia Tractus *Laudate Dominum omnes Gentes* communio. *Narrabo omnia*, alia ut jam ſupra.

Ad Miſſam die obitus, ſeu anniverſariorum Prepoſitorum Baronum ſeu gradus altioris defunctorum Jntroitus. *Si enim* Epiſtola machabeorum, *Vir fortiſſimus*, Graduale *ſi ambulem* Tractus, *ſicut cervus*, cetera ut in libris.

Interdicti tempore. Diebus Aſſumptionis herbe Purificationis candele benedicentur cinerum cineres dentur Palmarum rami benedicentur. Cena

Do-

Domini pedes laventur, appoſita benedicentur Paraſceve crux ponatur adoretur ſepeliatur, viſitetur. Officium legatur, Vigilia paſche Jgnis Cereus baptiſmus benedicentur publice legendo, Miſſa clauſis januis celebretur. Legendo horis debitis penitus ſine cantu.

Statuta ordinationes & conſuetudines diſcipline hujus Eccleſie, ab omnibus conſervanda.

In Nomine Domini Amen. Rex pacificus pia miſeratione diſpoſuit ſibi ſubditos, fore pudicos, pacificos & modeſtos, unde clerici, Deo immediate ſubditi exiſtentes, quia in ſortem Domini vocati, in diſciplina manſuetudine devotione ac omni morum honeſtate, que Deo gratum reddunt ſervitorem precipue in officio divino exequendo, & Deo laudes debitas reddentes cum ibi dubium non exiſtat ſanctorum adeſſe preſentiam angelorum non immerito ſunt ex toto corde, ſolliciti & intenti. Nos igitur Decanus, totumque capitulum Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis advertentes, quod ubi gubernaculum diſcipline contempnitur, ibi religio naufragetur. pro diſciplina Eccleſie noſtre reformanda, Laudabiles Eccleſie noſtre conſuetudines renovantes, ordinandum duximus ac etiam ſtatuendum, quod tam canonici quam vicarij ſeu ſocij Eccleſie noſtre predicte, chorum & Eccleſiam frequentare, & ibidem intereſſe debent, ut tenentur omnibus horis canonicis & ceteris divinis officijs inibi debitis temporibus peragendis, Jn proceſſionibus etiam & in choro diſciplinate procedent

&

Digitized by Google

& à riſibus jocis, & confabulationibus indecentibus abſtinebunt, Jn ingreſſu vero chori, ſeu egreſſu ipſius vel cum *Gloria patri & filio* aut quicquam aliud ad honorem Dei pertinens decantatur inclinationes cum capitibus verſus altare facient reverenter, nec quisquam ſolus aut cum alijs interim quod in choro communiter, qualecumque divinum officium peragitur horas canonicas, vel quicquam aliud dicere vel orare preſumant, ſed ſimul in unum cantare & legere diſtincte, & ſapienter, Domino ſtudeant pſallere univerſaliter ne per ſingularium perſonarum ſpeciales orationes, communis oratio & plurium devotio perturbetur. Nullus etiam canonicus vicarius ſeu beneficiatus in Eccleſia noſtra ſepedicta poſtquam tertia campana ad Matutinas relicta fuerit & poſt eandem campanam ad veſperas pulſatam & relictam donec completorium dictum fuerit in choro, Eccleſia noſtra vel ambitu ipſius Eccleſie absque religionis habitu audeat comparere, ymo quilibet absque religione alteri ſibi in religionis habitu obvianti quocumque loco vel tempore reverentiam exhibeat fugiendo. Nullus etiam de Eccleſia in proceſſionibus quibuſcumque calopedibus (*m*) utatur ſeu cum ipſis chorum intret, in eis ſtet, aut vadat nec aliqui de ſocijs infra

(*m*) *Calopedes.* Calcei vel ex integro lignei vel quorum pars ſuperior coriacea, inferior lignea eſt. Non portentur Calopodia in choro ſub poena diſtributionum unius diei. *Regeſt. Capituli Autiſſiod. 15. Dec. an. 1460. & ſtatuta Capituli S. Audomari.*

Digitized by Google

fra proceſſionem Dominicalem ſeu ſtationes (*n*) ſolempnes celebret, vel ſe preparet ad celebrandum, ſed proceſſionibus debent pariter omnes intereſſe, ſtatuentes quod infra Ewangelium, vel Epiſtolam chorum nullus audeat intrare vel exire, absque Decani vel alterius Prelati licentia ſpeciali, nec aliquis ſtet in ſedibus ſuperioribus inter cappatos absque cappa. Precipientes quod Miniſtri omnibus horis Canonicis primi interſint, ſi ſacerdotes non beneficiati in Eccleſia noſtra ſperantes percipere aliquas conſolationes (*o*) cappati tempore debito inceſſerint, in hoc nobis gratam exhibent voluntatem predictique Miniſtri diebus Dominicis & feſtivis, quando Chorus funus habuerit & in anniverſarijs defunctorum legant Ewangelia Epiſtolas non per ſubſtitutos ſed propriis in perſonis niſi legitimo detenti fuerint impedimento, quod quidem impedimentum, Domino Decano declarabunt, alioquin oblationibus qui negligens fuerit, per integram ſeptimanam carebit, Ad hec etiam neque Canonicus neque aliquis Vicarius vel ſocius Eccleſie noſtre Miſſam

(*n*) *Stationes* dicuntur Eccleſiæ, oratoria ſeu quævis loca ubi proceſſiones ſacræ moram faciunt, in quibus orationes fiunt aut decantantur Antiphonæ vel denique ſacrum Miſſæ miniſterium peragitur, ex quo proceſſiones ipſas *ſtationes* paſſim dictas obſervare eſt.

(*o*) *Conſolationes.* Sunt ſpeciales deſervitæ diſtributiones. Serotina cœna quæ poſt *Collationem* fiebat à monachis, dicebatur conſolatio, eo quod vice conſolationis & gratuitæ refectionis poſt impenſas orationi & lectioni horas complures ijs impertiretur.

Digitized by Google

ſam celebrare, aut Ewangelium ſeu Epiſtolam legere debet qui in matutinis non fuerit illo die, niſi Decanus Eccleſie noſtre ſi preſens fuerit, aut alter major prelatus vel Canonicus ſenior requiſitus, hoc alicui ſpecialiter duxerit indulgendum. Jtem tam Canonici quam vicarij ſint ſolliciti & intenti ut cum bona moroſitate, verſus pſalmorum diſtinguant & verba proferant integre. & perfecte & precipue, Succentor & Rector ſcolarium ſcolares ad hoc faciendum coherceat & inducat. Ceterum Rector ſcolarium, ſeu ſcolaris ab eo ſubſtitutus diebus feſtivis & etiam non feriatis relicta tertia campana ad Veſperas, ſcolares ad proceſſionem ordinabit. Jntrantes chorum, vel exeuntes, cum diſciplina verſus altare inclinent eorum capita & reclinent, ipſosque ſcolares prefatus eorum Rector ſeu ſcolaris ab eo deputatus & etiam Succentor a minimo diſcurſu extra chorum, & per chorum ac inſolentijs prohibeat ſollicite & intente Jtem quandocunque in divino officio legit vel cantat, chorus contra chorum vel ſimul cantant, & legant perſone utriusque chori ad invicem ſuos dirigant vultus, ſed alijs horis cum preces collecta, prefatio & ſimilia dicuntur, ad altare ſe vertant, Jtem in Vigilijs defunctorum, finitis tribus lectionibus & incepto ſecundo nocturno Et in anniverſario trium lectionum prima lectione finita & in Miſſa Epiſtola finita, quilibet tunc veniens noverit ſuas preſentias ſe neglexiſſe quilibet etiam ſit diligens, ad ſepulchra viſitanda Jtem inhibemus ne tempore proceſſionum audeat aliquis ingredi proceſſionem vel egredi donec proceſſio veniat ad locum ſuum nec ſtare apud

Digitized by Google

proceſſionem propter aliquem tractatum habendum ſed potius fugiat, ne ab alijs videatur. Jtem quilibet ſeptimanarius per ſe vel per alium ydoneum Canonicum vel vicarium Miſſam ſummi altaris ſtudeat celebrare. Jtem precipimus quod ſi aliquo tempore anni due miſſe in choro, una die fuerint celebrande ſuccentor debet precipere & mandare, ſeptimanario precedentis ſeptimane, ut per ſe vel per alium ſecundam miſſam celebrari procuret. Alioquin preſentijs illius ſeptimane ſe noverit fore privatum, & cum hoc pene Decani ſubjacebit. Jtem canonici vel ſocij qui per ſuccentorem ad imponendum legendum vel cantandum fuerint intitulati (*p*) ſuum officium cum diligentia exequantur, ſi autem hoc exequi non poterunt, ſaltem per alium canonicum vel chori ſocium ſuum ſuppleant defectum, ſi penam per Decanum indicendam voluerint evitare. Jtem precipiendo ſtatuimus mox elevatione fienda omnes in choro exiſtentes equaliter ſimul & ſemel ſe ponant & cum *pater noſter* incipitur ſimul ſurgant ut deformitas valeat evitari. Addentes quod in Adventu ſeptuageſima & quadrageſima in genibus maneant & jaceant proſtrati & cum Domini ſic jacent proſtrati nulli tunc intrent chorum vel exeant, niſi cauſa legittima ad hoc eos compellat quod eorum conſcientie & honeſtati duximus relinquendum. Viſitantes cum

(*p*) *Intitulati.* Qui notantur in tabella ad certum munus in choro peragendum. *Statuta Collegij S. Bernardi apud Lobinell. Tom. 3. hiſt. Paris. pag. 169. Intitulatus, ceſſante inevitabili impedimento quotidie miſſam ipſam celebret per ſe ipſum.*

cum thuribulo altare ſummum & imponens ſeu imponentes cum Cappam induunt, utique ſupperpellicijs ſint muniti. Sal benedictum more ſolito diebus Dominicis in choro Dominis miniſtretur. Jnhibemus etiam quod nulli extra chorum & armarium & ſedile poſitum ante armarium libris utantur & ut quilibet honor debitus obſervetur, ſtatuimus ut per juniores, ſenioribus & per ſimplices, prelatis reverentia debita in aſſurgendo & in alijs omnibus impendatur. Jnſuper ut vicarij Eccleſie noſtre omnes & ſinguli ſciant & ſcire valeant, quando & quibus horis ſive temporibus dicere poſſint & celebrare debeant ſuas miſſas ordinando duximus ſtatuendum quod vicarij qui in parochia & in capella Sancti Michaelis poſt matutinas immediate & ante primam miſſam plebani ſeu parochie miſſas dicere ſunt aſtricti, quod illas dicant, & celebrent infra dictum tempus & horam ſecundum quod cuilibet eorum eſt injunctum Verumptamen nolumus quod hij omnes ſuas miſſas ſimul celebrent. Sed viciſſim tam in parochia quam capella ſed ne forſitan ſuper prioritate & ordine miſſarum hujusmodi dicendarum inter eosdem Vicarios rixoſe altercationis oriatur occaſio. Volumus quod hij in utroque loco prius miſſas celebrent, quorum beneficia fuerint primitus inſtituta, nec immerito Nam ſecundum canonicas Sanxiones Qui prior eſt tempore. prior eſt & jure. Preterea infra miſſas plebani ſive parochie, nullus omnino miſſas dicere vel celebrare debebit, in ipſa parochia vel capella ſed miſſis parochie dictis totaliter & finitis. Vicarij altarium *Beate Marie Virginis & Sancte Marie Magdalene* Beati

ti *Johannis Ewangeliſte* & beati *jacobi* apoſtoli ordinate exire poterunt dicturi ad eadem altaria ſuas miſſas. Poſt offertorium vero chori Vicarij altarium Beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum Beati *Johannis Baptiſte* & Sancti *Andree* exient. Sed omnes alii vicarij in inceptione *pater noſter.* decentur precedent, celebraturi ſimiliter ſinguli ſuas miſſas. Quam primum autem vicarij qui primo & ſecundo ordine exierant miſſas ſuas compleverint, ad chorum penitus revertentur. Diebus tamen ſolempnibus, ſive dum anniverſaria peraguntur, aut quando funera fuerint, ita quod oblationes fiant, & fieri debeant, in choro, tunc nulli vicariorum ante oblationes in choro miſſam celebrare licebit, ſed oblationibus in choro peractis vicarij Et dum *Sanctus* cantatur ſecundo nominati & reliqui in inceptione *pater noſter* exire poterunt, ut premittitur ad miſſas celebrandas Eo etiam tempore quo divinum officium in choro peragitur, nullus vicariorum campanulam pulſari faciet ante elevationem vel in elevatione ſacramenti & hoſtie ſalutaris & ut premiſſa omnia eo diligentius & firmius obſerventur, inter cetera duximus ſtatuendum quod ſicut canonici Eccleſie noſtre, dum ad capitulum aſſumuntur, jurant ſtatuta & conſuetudines ipſius Eccleſie fideliter obſervare Jta ſimili ratione vicarij jam exiſtentes & quos recipi contigerit in futurum, fide data promittent loco juramenti in manibus Decani ſeu ſenioris de capitulo quod hujusmodi ordinationes conſuetudines & ſtatuta in quantum eos tangunt absque fraude & dolo firmiter obſervabunt Jn quorum omnium teſtimonium & perpetui roboris

ris firmitatem preſentes litteras conſcribi fecimus & ſigilli Eccleſie noſtre appenſione muniri. Actum & datum Anno Domini MCCCxxjjj. Vjjj. Jdus Aprilis.

Sequitur Clementina de celebratione miſſarum loquens de diſciplina in divinis officijs obſervanda.

Gravi nimirum turbatione movemur quod ex nonnullorum rectorum negligentia, que dum ſpem impunitatis permittit multam nutrire peſtilentiam conſuevit in ſubditis, plerique Eccleſiarum miniſtri, modeſtia ordinis clericalis abjectâ, dum offerre Deo ſacrificium laudis fructum labiorum ſuorum in puritate conſcientie & animi devotione deberent horas canonicas dicere ſeu pſallere transcurrendo ſincopando extranea quidem & plerumque varia prophana & inhoneſta intermiſcendo colloquia tarde ad chorum conveniendo ſeu Eccleſiam ipſam absque rationabili cauſa, ante finem officij exeundo frequentent. aves interdum portando ſeu faciendo portari, caneſque ſecum ducendo venaticos ac quaſi nichil pretendentes, de clericali milicia in corona veſtibus & tonſura divina etiam celebrare aut eis intereſſe nimis indevote preſumunt, nonnulli etiam tam clerici quam laici, preſertim in feſtorum ſanctorum Vigilijs dum in Eccleſijs orationi deberent inſiſtere, non verentur in ipſis earumque cimiterijs coreas facere diſſolutas, etiam interdum canere cantilenas, ac multas inſolentias perpetrare, ex quibus Eccleſiarum & cimiteriorum violationes inhoneſte variaque delicta quandoque ſequuntur, & eccleſiaſticum quoque perturbant of-

 ficium

ficium in divine majeſtatis offenſam & aſtantium ſcandalum populorum. Jn multis inſuper Eccleſijs, cum vaſis veſtimentis & ceteris ornamentis ad divinum cultum neceſſarijs indecentibus utique penſatis earum facultatibus deſervitur. Ne igitur transgreſſione invaleſcant hujusmodi alijsque veniant in exemplum ſacri Concilij approbatione hoc fieri prohibentes ſancimus ut illi ad quos id pertinet & in eorum ſi utique exempti non ſint negligentiam vel defectum locorum ordinarij ſi vero exempti fuerint, aut alias circa hoc privilegiati ſuperiores ipſorum omnium negligentia vel in curia penitus relegata circa reformanda premiſſa, & eorum ſingula corrigenda nec non ut in Cathedralibus regularibus & collegiatis Eccleſiijs horis debitis devote pſallatur in alijs vero convenienter, & debite celebretur divinum officium diurnum ac nocturnum ſi Dei & ſedis apoſtolice indignationem evitare voluerint. ſollicitam curent diligentiam adhibere, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam dummodo ad eos illam exercere pertineat alijsque oportunis remedijs compeſcendo facientes prout ad eos ſpectat in hijs & alijs, que ad divinum cultum, & morum reformationem pertinent ac eccleſiarum & cimiteriorum reſpiciunt honeſtatem ſacrorum ſtatuta Canonum, ad que ſcienda diligens curent adhibere ſtudium irrefragabiliter obſervari.

Magiſter Fabrice eſt officium temporale & non percipiunt preſentias, niſi ſint membra Eccleſie hos ponit & deponit capitulum & debent eſſe duo Canonici capitulares reſidentes ad hoc aptiores capitulo jurabunt & ſimiliter eorum ſubſtitutus, Jtem debent

debent petere & exigere fideliter redditus ad fabricam pertinentes, nec illos aliquatenus alienare vel vendere ſine licentia & ſcito capituli predicti ſpeciali Jtem quod ſint fideles Eccleſie Sancti Bartholomei & Capitulo & illa nullatenus verbo vel facto impediant Jtem omnes & ſingulos redditus Fabrice in uſum & utilitatem Fabrice duntaxat convertant, & non alibi, nec aliquid edificare vel facere edificari preſumant notabilis edificij, ſine ſcito ſimiliter & licentia capituli ſupradicti Jtem computum faciant de receptione & expoſitione ac alijs capitulo prefato, binis ſingulis annis vicibus per dictum capitulum ipſis aſſignandis Jtem de ſepulchris aſſignandis in Eccleſia, ſe non intromittant Jtem quecumque reformanda Eccleſie reforment, etiam ſi aliqua ad officium Magiſtri funerum pertinerent, dummodo facultas officij Magiſtri funerum ad illa non ſufficeret reformanda vel de novo ordinanda, Jtem oblationes cippi (q) recipiant Jtem omnes & ſingulos redditus fabrice, ſpecifice conſcribant & illos capitulo tradant, cum nominum mutatione quorumcunque. Jtem quod ſingulis diebus celebribus & feſtivis collectam fieri, in Eccleſia Sancti Bartholomei ad fabricam ejusdem pertinet. Jtem quod petant a plebano pecunias provenientes ex licentia violationis feſtorum que pertinet ad fabricam hujus Eccleſie.

(q) *Cippus.* Oblationes cippi hic ſumitur pro mortuis. Cippus ſignificat lapidem inſculpta defunctorum nomina præ ſe ferentem. *Non levior cippus nunc imprimit oſſa. Perſ. 1. 37.*

Forma Juramenti Magiſtrorum Fabrice & ſimiliter eorum ſubſtituti.

Ego N. & Ego N. juramus, quod ſimus fideles Eccleſie Fabrice & Capitulo Sancti Bartholomei Franckenfordenſis & quod fructus & redditus & alia cedentia ipſius Eccleſie fideliter petamus & exigamus per nos vel alios nec illos vel illa, alienemus vel vendamus ſine ſcito & licentia capituli dicte Eccleſie ſpeciali ſed illos & illa in utilitatem Fabrice & Eccleſie hujusmodi, & non alibi convertamus & expendamus. Jtem quod nichil notabilis edificemus ſeu edificari faciamus in Eccleſia predicta vel extrà niſi de conſenſu & licentia capituli prefati Jtem quod binis vicibus ſingulis annis ad minus, per capitulum requiſiti ipſi capitulo compu-tum de receptis & expoſitis & alijs computum faciamus & ſingula Fabrice neceſſaria edificanda debito tempore edificari faciamus ſine dolo. Sic me N. & me N. Deus adjuvet & hec Sancta Dei Ewangelia.

Premiſſa jurabit etiam quilibet Subſtitutus Magiſtrorum Fabrice capitulo quem etiam capitulum ponit & deponit.

Vrſel Biſchoffsheim Vechinheim, Ryedern.

Forma Juramenti plebanorum in Vrſel & in Biſchoffsheim Decano & capitulo preſtandi hujus Eccleſie Sancti Bartholomei.

Ego N. juro quod ab hac hora in antea ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfordenſis Decanoque & capitulo ac ſingularibus Canonici

nicis ipſius Eccleſie obediens in licitis & honeſtis ipſosque & ſingulares perſonas ejusdem Eccleſie, in debita reverentia teneam, & ſecreta capituli ſi ad me pervenerint ſecrete ſervem utilitatem Eccleſie predicte ac capituli predictorum procurabo & que in eorum dampna vergunt ipſis indilate notificabo, Et calices libros ac alia ornamenta & bona res atque jura, ad plebanatum in ... pertinentia & ſpectantia non alienem ſine licentia & conſenſu Decani & capituli predictorum ſpeciali, deperditaque ſubtracta & alienata juxta poſſe reformem exigam, & defendam curiamque dotis dicti plebanatus, & alia ad ipſam ſpectantia, in ſtructura cultura, & emendatione debitis conſervem Jtem omnes redditus & cenſus ipſius Eccleſie perpetuos fideliter conſcribam & conſcripta ſic omni anno decano & capitulo cum nominibus dantium tradam Jtem quod dictum plebanatum non permutabo, absque Decani & capituli prefatorum licentia & conſenſu ſpeciali Jtem quod non impetrabo quicquam contra dictos Dominos Decanum & capitulum. Aut ſingulares perſonas Eccleſie Sancti Bartholomei & non utar impetratis a quocumque. Jtem promitto quod infra annum preſentem in dicto plebanatu & amplius continuam per me faciam reſidentiam veram & non fictam. Sic me Deus adjuvet & hec Sancta Ewangelia Dei.

Simile juramentum preſtabunt ſeu jurabunt, plebanus in Vechinheim & capellanus capelle Sancte Katherine in Ryedern ſcolaſtico & cantori eorundem collatoribus mutatis mutandis. Sic quod

non

non permutent abſque Decani & cantoris licentia &c. ſic de alijs.

De Stabilario Eccleſie.

Judex ſecularis honorabilior reſpiciat feſta infra ſcripta ubi in quolibet habebit unum Thuronum pro preſencijs Nativitatis Chriſti purificationis beate Marie palmarum Paſce aſenſionis Domini Penthecoſtes Aſſumptionis Bartholomei dedicationis Eccleſie omnium ſanctorum Et ſi non fuerit preſens reſpiciendo proceſſionem nichil ei datur & ſi propter nimiam ſollempnitatem feſtorum ſcilicet nativitatis Chriſti & paſce non portet baculum Judicialem portet tamen baculum Eccleſie argenteum vel aliam virgam ligneam Et ſic ſemper obſervatum fuit in Eccleſia iſta.

Juramentum plebani Eccleſiæ poſt incorporationem.

Ego N. juro & promitto, quod tres ad minus & ſi aliquando Dominis Decano & capitulo predicte Eccleſie neceſſarium & expediens videbitur unum alium quartum capellanos ſacerdotes honeſtos & diſcretos mecum in expenſis meis habebo, qui michi in cura & regimine plebanatus dicte Eccleſie michi commiſſi fideliter aſſiſtere poſſint, verbum Dei predicando, miſſas legendo & cantando, eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrando confeſſiones audiendo & alia in talibus neceſſario faciendo.

Jtem quod apud dictam Eccleſiam perſonalem & continuam reſidentiam ac in ſummis & principalibus anni & Eccleſie feſtivitatibus ſi ad hoc diſpo-

ſitus

ſitus fuero, vel ſaltem ad minus quatuor ſolempnitatibus & honeſtis vicibus in anno propria in perſona ſermones ad populum publice in ambone faciam Et in altari Sancte Crucis miſſas celebrabo. Jtem quod in adventu Domini quadrageſimali & aliis quantumcunque opus fuerit temporibus capellanis meis in confeſſionibus audiendis in ſedibus ad hoc deputatis ſeu deputandis perſonaliter aſſiſtam, populum ad hoc debitis & oportunis exhortationibus previjs per me vel capellanos eosdem, fideliter & diligenter incitando & propterea a prima feria ſecunda poſt Dominicam *invocavit* usque ad diem Sabbati proximam ante Dominicam palmarum ſingulis diebus Dominicis duntaxat exceptis campanam ad hoc deputatam trina vice pulſare procurabo, omnem curam & ſollicitudinem poſſibilem adhibendo, quod parochiani michi ſubjecti debitis & congruis temporibus ac ſine tumultu & preſſura preſertim cum tempore paſcali ad Eucharistie ſacramentum accedere conſueverunt, & debent devote & humiliter confeſſiones ſuas faciant & ad ultimum periculoſe non retardent, Jtem quod nullum notorie excommunicatum ſcienter in cimiterio parochiali ſepeliri permittam. Jtem quod nulli ex parochianis eccleſiaſtica ſacramenta queſtus ſive lucri cauſa denegabo, nec eorum intronizationes propter jura ob hoc michi ſolvi ſolita ſi tunc illa ſolvere parati non fuerint, quomodolibet retardabo potero tamen illa poſtmodum honeſta & manſueta monitione previa prout mihi de jure competit exigere ab eisdem. Jtem quod interdictum ſeu ceſſationem divinorum pretextu quorumcunque

cunque mandatorum ſuorum proceſſuum mihi pro tempore preſentatorum & exhibitorum, nullatenus intimabo ſeu obſervabo, aut intimari vel obſervari faciam ſeu permittam in conſultis Decano & capitulo dicte Ecclesie ſi commode fieri poterit alioquin aliquibus notabilibus ex eisdem ad quos eciam ſic quociens eijs expediens & opus videbitur aliquos alios in Francfordia aut civitate Maguntinenſi exiſtentes in jure & alias peritos meis ſub expenſis in hoc caſu tunc conſulendos, omni ceſſante contradictione convocabo.

Jtem quod curiam dotis parochialis in debita ſtructura tenebo & conſervabo, ita videlicet ut ſingulis annis viginti florenos auri ad minus pro reformatione ſeu ſtructura ejusdem de ſcitu Decani & capituli predictorum aut deputandorum ab ijsdem realiter & cum effectu exponam niſi me contributiones aut ſubſidia vel aliqua alia onera gravia ſuperioribus ſolvere & ſubire contingat extunc eo anno duntaxat ad exponendum viginti florenos hujusmodi ut prefertur nullatenus ero obligatus. Jtem quod ſummam octuaginta florenorum renenſium ratione plebanatus decano & capitulo hujusmodi annuatim in certis terminis ſolvi conſuetam, absque omni contradictione realiter & in effectu perſolvam, Jtem quod omnia & ſingula papalia & epiſcopalia & alia jura contributiones & ſubſidia & alia quecumque onera dicto plebanatui pro tempore imponenda & ſolvi conſueta ſine omni contradictione dampno prejudicio & impetitione Decani & capituli predictorum expedire perſolvam. Jtem quod omnes & ſingulos fructus redditus & proventus omniaque

niaque & ſingula emolimenta mihi ratione dicti plebanatus dietim provenientia ſingulis annis fideliter & diligenter conſcribam ſeu conſcribi faciam ſine fara (*r*) & ea realiter in ſcriptis Decano & capitulo dicte Eccleſie cum effectu preſentabo. Jtem ſi aliquo tempore quod abſit apud dictam Eccleſiam perſonaliter reſidere non curavero, meque diutius ab eadem abſentavero aut in gerendo & exercendo curam & regimen plebanatus hujusmodi nec non in obſervando predicta & alia me & plebanatum meum concernentia, conſuetudines & ſtatuta, notabiliter negligens & remiſſus fuero, ſeu alias exceſſus pro me commiſſi id exegerint trinaque & legittima monitione requiſitus, a talibus non deſiſtere, nec me emendare curavero, juxta arbitrium Decani & capituli dicte Eccleſie ſeu majoris & ſanioris partis eorundem Jpſique Decanus & capitulum, me propterea a canonicatu & prebenda ac plebanatu predictis ſimul ut prefertur unitis amovere & alium loco mei ponere deliberaverint & decreverint extunc ad omnem requiſitionem & voluntatem Decani & capituli eorundem nullo alio proceſſu nec aliquo judiciali ſtrepitu previo vel exſpectato canonicatui & prebende ac plebanatui predictis eorumque cure & regimini omni contradictione & exceptione ceſſantibus realiter & cum effectu cedam, Et ſi me ſenio aut longeuo ſeu incurabili morbo, aliquo tempore gravari & detineri. Et propterea Decanum & capitulum predictos michi coadjutorem prout eijs utilius

(*r*) *Fara.* absque fara. absque ullius præjudicio. ohne gefährde.

lius viſum fuerit deputare contigerit in hac deputatione ejusque forma & modo ſine omni reclamatione contentus ero & remanebo, nec propter ammotionem ſeu coadjutoriam deputationem hujusmodi querelam cauſam ſeu actionem contra eosdem Decanum & capitulum nullo unquam tempore per me vel alios directe vel indirecte publice vel occulte quovis queſito ingenio vel colore faciam ſeu acceptabo Quin ymmo ſi ex propria & libera voluntate ut premittitur, cedere aliquo tempore deliberavero & voluero de hoc Decanum & capitulum predictos per ſex menſes diem ceſſionis hujusmodi precedentes realiter & ſine fraude certificabo & cauſabo. Jtem quod cum oneribus plebanatus geram onera canonicatus & prebende illi vinctorum ſicut alius ipſius Eccleſie canonicus ad hoc tenetur conſuetudine vel de jure. Jtem quod a juramento ſuper premiſſis & alijs articulis plebanatum & canonicatum & prebendam illi unitos concernentibus nullatenus diſpenſabo ſeu mecum diſpenſare procurabo. Jtem quod premiſſa & omnia & ſingula conſuetudines & ordinationes & ſtatuta hactenus ac per vos Decanum & capitulum predictos pro felici regimine plebanatus ac illi unitorum canonicatus & prebende hujusmodi facta & facienda edita & edenda firmiter & inviolabiliter obſervabo. Jtem quod infra ſex dies a die admiſſionis mee ſupra juramento pro me nunc dabo Decano & capitulo predictis inſtrumentum publicum ſigillo meo proprio ſigillatum &c.

Jura-

Juramentum altariſtarum capellarum Eccleſie Sancti Bartholomei.

Ego N. juro quod ab hac hora inantea ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckenfurdenſis Decanoque & capitulo ac ſingularibus canonicis ipſius Eccleſie obediens in licitis & honeſtis ipſosque & ſingulares perſonas ejusdem Eccleſie in debita reverentia teneam & ſecreta capituli ſi ad me pervenerint ſecrete ſervem, utilitatem Eccleſie ac capituli predictorum procurabo & que in eorum dampna vergunt ipſis indilate notificabo & calices libros ac alia ornamenta & bona res atque jura ad altare meum pertinentia & ſpectantia non alienem ſine licentia & conſenſu Decani & capituli ac patronorum meorum ſpeciali deperditaque ſubtracta & alienata juxta poſſe reformem exigam & defendam Jtem omnes redditus bona & cenſus ipſius altaris perpetuos fideliter conſcribam & conſcripta ſic omni anno cum nominibus novorum dantium Decano & capitulo tradam, Jtem quod non permutabo absque Decani & capituli prefatorum & Patronorum meorum licentia & conſenſu ſpeciali Jtem quod debitis temporibus in altari meo legam vel diſponam miſſas juxta inſtaurationem fundationis mee & quod non confidam nec adherebo alicui appellationi contra Decanum & capitulum, nec impetrabo quicquam contra eosdem Dominos meos aut ſingulares perſonas Eccleſie predicte, nec utar impetratis a quocumque ſic me Deus adjuvet.

Juramentum Vicariorum.

Ego N. juro quod ab hac hora inantea ſim fidelis Eccleſie Sancti Bartholomei Franckfurdenſis Decanoque & capitulo ejusdem in licitis & honeſtis obediens & obſervem ordinationes ſtatuta & conſuetudines ipſius Eccleſie facta & facienda, Et Decanum aliosque Prelatos ac ſingulares canonicos ejusdem Eccleſie in debita reverentia teneam & ſecreta capituli ſi ad me pervenerint ſecrete ſervem, neque aliquibus conſpirationibus ſeu colligationibus quibuſcunque per quaſcunque perſonas contra Decanum & capitulum factas & faciendas interero vel me immiſceam verbo vel facto ſed ipſis Decano & capitulo indilate notificabo. Jtem non faciam nec recipiam cum quibuſcumque perſonis ipſius Eccleſie legata ſeu redditus annuos quoſcumque ſeu quecumque extra verum corpus vicarie mee & preſencias communes chori dicte Eccleſie. Exceptis tamen illis ſi que per Decanum & capitulum expreſſe conceſſa ſimul vel inantea contingat indulgeri, vel ſi qua michi vero Jdem intuitu Eccleſie ſeu perſone per amicos meos fortaſſe ad augmentandum corpus dicte vicarie mee, vel alias legari ſeu donari contingat. Ea enim que adhuc intuitu Eccleſie ut premittitur ultra corpus dicte vicarie mee & preſenicas pervenerint in communes uſus dicte Eccleſie convertam, & non preciſe in uſus vicariorum canonicis excluſis. Et libros calices ac ornamenta altaris & alia ad vicariam ipſam ſpectantia non alienem ſine ſpeciali & expreſſa licentia Decani & capituli predictorum & deperdita reformem,

ac

ac fructus & redditus & proventus dicte vicarie mee pro meo poſſe exigam & defendam domumque ad ipſam vicariam ſpectantem in ſtructura & emendatione debitis obſervem, Jtem augmentationem vicarie mee & novos dantes redditus ad ipſam quociens evenerit Decano & capitulo ut libro vicariarum inſerantur manifeſtem indilate. Jtem non recuſabo quodcumque officium hujus Eccleſie acceptare & aſſumere ad quod per Dictos Dominos meos Decanum & capitulum fuero quociescumque pro tempore deputatus, & illud in forma juramenti per eosdem Dominos meos capitulum etiam preſtandi fideliter exerceam Jtem quod non permutabo niſi cum conſenſu capituli Jtem quod non adherebo alicui appellationi contra Decanum & capitulum ſed ſemper adherebo appellationi per Decanum & capitulum interpoſite circumque Jtem quod infra annum faciam reſidentiam & in eodem anno recipiam omnes ſacros ordines Jtem quod non impetrabo contra Decanum & capitulum, vel contra quaſcunque perſonas predicte Eccleſie aliquod in prejudicium ipſorum incuria Romana vel extra nec utar impetratis ſic me Deus adjuvet & Sanctorum Ewangeliorum conditores &c.

Nota: Vicarius ſancte Crucis addat hec ſequentia: & quod ſingulis ſeptimanis ad minus Dominica & ſabbato diebus infra laudes matutinales, & deinde quotiescumque michi placuerit in ebdomada in ſummo altari poſt laudes & ante primas celebrabo meas miſſas per me vel alium.

Digitized by Google

Jtem, quia ex vacatione domorum vel per certos eorum inhabitatores contingit easdem plerumque devaſtari depopulari & ex conſequenti ruinam ſepe minari vel ex toto annichilari hinc communi utilitati capituli provideri cupientes ordinamus ſtatuimus & decrevimus quod de cetero nullus Canonicus Domicellaris ad capitulum ſive actus capitulares recipiatur niſi prius domum prebendalem ſi qua tunc vacat optaverit & eam cum ejus onere & taxe ſolutione quam in continenti faciet receperit ſi vero pro tunc nulla vacat cum primum aliquam vacare contigerit illam ſibi juxta turnum ſibi contingentem infra unius menſis ſpatium recipere teneatur cum onere ut prefertur proviſo tamen quod ſenior Canonicus reſidens tempore vacationis cujuscumque domus ſi noluerit ſin autem ſequens ſecundum ordinem eam optare poſſit onere cum eodem, Jta tamen quod prior domus quam forte pro tunc reſidens optans Canonicus poſſidet, per hujusmodi optionem vacet capitulumque de ea libere diſponere poſſit & valeat contradictione non obſtante cujuscunque.

Juramentum curatorum in novo opido & Saſſenbuſen.

Ego N. juro quod ero fidelis & obediens in licitis & honeſtis Decano Capitulo & plebano Eccleſie Sancti Bartholomei eosque & ſingulares perſonas ejusdem capituli in debita reverentia tenebo & ſecreta capituli celabo Jtem quod non impetrabo quicquam quod ſit contra Decanum & capitulum

vel

vel plebanum ejusdem Eccleſie nec utar impetratis contra eosdem quovismodo Jtem quod non adherebo nec confidam alicui appellationi contra dictos Dominos meos Decanum & capitulum vel plebanum nec appellationi cui ipſi non adherent, nec confidunt ſed ſemper appellationi cui ipſi adherebunt adherebo. Jtem quod capitulum preſencias fabricam & plebanatum Eccleſie Sancti Bartholomei tenus poſſe & diligenter promovebo Jtem quod populum mihi ſubjectum diligenti cura & mihi poſſibili reſpiciam & eidem cum congruerit ſacramenta eccleſiaſtica juxta tenorem litere erectionis filialium Eccleſiarum miniſtrabo Et ſi in hoc aliquando dubitavero ad dominum plebanum Eccleſie Sancti Bartholomei recurram Jtem quod nullum interdictum vel ceſſationem divinorum in filiali Eccleſia mihi commiſſa ſine expreſſo conſenſu capituli & plebani ponam tenebo ſive publicabo. Jtem quod nihil quod aliquo modo vergere poſſit in prejudicium collegij vel parochie Eccleſie Sancti Bartholomei in filiali Eccleſia mihi commiſſa vel in ſubditis ejus vel quocumque alio modo attemptabo aut quantum poſſum attemptari permittam Jtem quod ſermones miſſam & alia mihi incumbentia non aliter quam ſecundum diſpoſitionem capituli & plebani Eccleſie Sancti Bartholomei perficiam & complebo. Jtem quod redditus & proventus perſolvendos canonicarum preſentiarum & plebani Eccleſie Sancti Bartholomei totiens quotiens requiſitus fuero in ambone diligenter monendo publicabo. Item quod nullam noctem extra domum ad inhabitandum mihi deputatam ſine expreſſa licentia Decani vel plebani

Digitized by Google

bani dormiam vel permanebo. Jtem juro quod ſi ſtipendium filialis Eccleſie mihi commiſſe dimittere voluero quod id ipſum ante hoc ad quartam anni capitulo intimabo Jtem ſi per capitulum a cura Eccleſie mihi commiſſe amoveri prout ad nutum eorum poſſunt, contingat quod tunc ipſam ſine contradictione dimittam & nec verbo nec facto directe nec indirecte contra Decanum capitulum vel plebanum aut cui expoſt commiſerint quoquomodo reſiſtam neque eos aut aliquem eorum intuitu illius in cauſam traham Jtem quod de emolumentis ſive proventibus cedentibus in filiali Eccleſia mihi commiſſa cui cedant nulli niſi de expreſſa licentia capituli vel plebani quicquam loquar nec etiam pandam. Jtem quod ſingula offertoria ſacramentalia & generaliter omnia emolumenta ſive ſint in legatis ſive in quibuscumque alijsque cedunt ratione populi vel alias in filiali Eccleſia mihi commiſſa ſive intuitu cure mihi commiſſe demptis confeſſionalibus diligenter colligam & plebano vel ad locum qui mihi deputatus fuerit per eum fideliter & integre preſentabo. Item quod nullum niſi prius habita voluntate plebani quod ſit intronisandus intronisabo. Item quod proventus ratione purificationis poſt partum ratione intronizationis vel alias ab antiquo campanatori Eccleſie Sancti Bartholomei competentes tempore quo porrigi debent recipiam & ſibi prout capitulo viſum fuerit preſentabo Jtem quod ſingulis annis de ſtipendio ſive cenſibus ratione cure mihi commiſſe exhibitis Decano capitulo & plebano Eccleſie S. Bartholomei rationem faciam & exhibebo

bo Et novos dantes & ſingulas alias circumſtantias diſtincte notificabo. Jtem quod ſtipendio illo contentabor Et nec Decanum nec capitulum nec plebanum cum eodem aggravabo ſive vexabo nec alias quicquam quod alicui eorum eſſet prejudiciale ratione ejusdem attemptabo atque nec in quocumque alio ipſis ab antiquo dari ſolito eos impediam vel inquietabo, Jtem ſi Eccleſiam cujus cura mihi commiſſa eſt, quomodocunque evenerit non rexero, ſi tunc plus de ſtipendio quam mihi debetur pro tempore quo ipſam rexi, recepero illud ſecundum ratum temporis capitulo indilate perſolvam & preſentabo Jtem quod conſuetudines & omnia ſtatuta & ſtatuenda que concernunt vel concernent curam mihi commiſſam diligenter & omni fara ſecluſa obſervabo Jtem quod hujus mei juramenti tenorem propria manu mea ſcriptum & ſigillo meo communitum infra triduum Decano & capitulo preſentabo. &c.

II.

MODUS REGEM ROMANORUM ELECTUM FRANCOFORDIE INTRODUCENDI EXALTANDI &c. SUMPTUS EX LIBRO MAGISTRI BALDMARI CANONICI HUJUS ECCLESIE. (s)

Clerus more ſolito fiende ſtationis generalis ad portam oppide obviet. Electus roncino (t) ſedens vexillo Jmperialis procedente proceſſionem ſequitur. Ante civitatem de roncino deſcendat, quem cui ſors dederit, obtinebit. Compulſetur, organis cantetur, luminaribus accenſis, altari ſummo & ſede ante medio poſita, decorato, Archiepiſcopo Moguntino à dextris Majore ſacerdote Eccleſie Sancti *Bartholomei* predicte à ſiniſtris ſtantibus, ornatu cuilibet competente; Electus veniens manibus complicatis ſede ſe proſternit, Archi-Epiſcopus ſeu major eo abſente: *Adju-*

(s) Scil: Francofordienſis ad *S. Bartholomæum.*

(t) *Roncinus. Runcinus* hic accipitur pro equo generoſo & nobili ad uſum militarem & inſignem, quod benè advertit *Alexander Taſſonus annot. ſopra la cruſca Boccacc Theſeid. l. 6.*

Coſtui montato ſopra un grand Ronzone del ſeme di Nettuno procreato, venne a Attene e incontro gli ſi feo con feſta aſſai l'amico ſuo Teſeo. & iterum:

Erano audaci, e pieni di fierezza d'intorno a lui, che ſopra un gran Ronzone moſtrava e chiarro aſſai, la ſua adornezza,

Digitized by Google

Adjutorium, clerus: *qui fecit*, chorus pſalmum: *exaudiat*, *Domine in virtute*, *Deus judicium*, proferant alternatim. Archiepiſcopus *Kyrie*, chorus *Chriſte eleyſon*, archiepiſcopus *Kyrie*, *pater noſter*. archiepiſcopus *& ne nos. Domine ſalvum fac Regem*, *Mitte ei auxilium. eſto ei turris fortitudinis. Domine exaudi orationem. Dominus vobiſcum.* oremus: *Pretende Domine famulo tuo*, oremus: *omnipotens ſempiterne Deus in cujus manu &c. per Dominum.* Deinde cruce ſuper eum facta aqua benedicta aſperſum erigat & manus cum alijs Electoribus apponentes, ſuper altare ponent exaltantes, *Te Deum laudamus* imponentes, finito pſalmo Rex de altari deſcendat, offerat & veſtem ſuperiorem deponat. Oblatum erit canonicorum, veſtis campanatoris Eccleſie prenotate. Sic fiat de Jmperatore ac Regina preter quam loco pſalmorum trium preſcriptorum pſalmus *Levavi oculos* ſolus eſt dicendus & cœteris mutatis mutandis.

Nota ſitum loca & ordinem Principum Electorum in choro Eccleſie *S. Bartholomei* Francfurdenſis tempore Electionis novi Regis Romanorum obſervanda.

Convenientibus Principibus *Francfordie* & convenientibus in choro Eccleſie ſancti *Bartholomei* capiant loca ſtandi modo quo ſequitur.

Primo in dextro choro ſede propiori altaris Dominus *Archi Epiſcopus Maguntinus*.

Jn ſecunda ſede poſt illum Dominus *Rex Bohemie*.

Jtem in tertio loco ejusdem chori *comes Palatinus Reni*.

Jn choro ſiniſtro ſede propiori altaris Dominus *Archiepiſcopus Colonienſis.*

Jn ſecundo loco ejusdem chori Dominus *Dux Saxonie.*

Jn tertio loco ejusdem chori Dominus *Marchio Brandenburgenſis.*

Jn medio chori in loco cantoris Dominus *Archi Epiſcopus Treverenſis* in medio habente aſpectum ad facies Palatini & marchionis Brandenburgenſis à lateribus dextro & ſiniſtro.

Et ſedes principum debent ornari pannis aureis & ſericis quantum Eccleſia habere de ſuis poteſt & deſuper cuilibet principi ſuum titulum in cedula affigi ſupra ſedem ſuam. Item miſſa *de ſancto ſpiritu* ſolempniter in organis decantetur pro invocatione gracie ſpiritus ſancti preſentibus principibus ibidem.

In die electionis per principes ad hoc deputatos ipſis Dominis in choro convenientibus Miſſa *de Beata Virgine* cum officio *ſalve ſancte parens* cum *Alleluja Virga jeſſe*, ſequentia *Ave preclara* etiam in organis decantetur.

Miſſa beate Marie finita principes penes altare *S. Bartholomei* & ejus capite preſente libro Evangelij jurant modo & forma juramentis ſolitis & ad hoc deputatis, quibus juratis cantor incipiet antiphonam *Veni ſancte ſpiritus* & miniſtri omnes flectant genua, qua cantata ſurgant & ad ſedes ſuas revertantur & deinde ac ſtatim ad electionem juxta mentem Bulle auree procedant, & ſi electus per eos preſens eſt, ſtatim exaltetur in altari ponendo & hoc tamen cum pſalmo *Domine in virtute & Deus*

judi-

Digitized by Google

judicium tuum &: *exaudiat*, collectis & aſperges. nec cantatur amplius alia miſſa. Si verò non eſt preſens, tunc eo venienti ſuſcipitur juxta pſalmos preſcriptos & tunc decantatur miſſa ſolempniter cum officio *Jn virtute tua*, collecta ut ſupra, Epiſtola *Beatus vir qui in ſapientia* ut in die *Karoli*. Grad. *Domine prevenisti alleluja Domine in virtute* Dominica quarta, *alleluja corona aurea* cantatur quando tempora coronat. ſequentia propria de ſancto *Karolo* primi Reſponſ. & duo ultimi verſus. Evangelium: *homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere regnum.* Offertorium: *poſuiſti Domine.* Comm. *Magna eſt gloria.*

De hijs que ſepius fiunt jure vel conſuetudine diffinitur, que autem rariſſime, ubi jus & conſuetudo definit equitate & ratione ponderantur. unde Electiones Romanorum Regum de raris exiſtunt, ideo de oblationibus in tribus miſſis provenientibus dividendis. De miſſa in exaltatione regis ibidem oblata, quod ad ornatum Eccleſie pertineat antiquitus eſt diffinitum. de miſſis *Spiritus ſancti* ac *Virginis Marie* in eisdem oblacionibus propter novas Eccleſie ſupervenientes perſonas & mutaciones quaſi continuas, diviſionis hujusmodi perijt memoria oblivionum, ne igitur propterea error vel diſcordia aliquatenus in futurum oriantur, Eccleſia ſtatuit & Decanus & capitulum in perpetuum obſervandum, quod oblaciones duarum miſſarum in auro vel argento provenientes dividantur iſto modo. primo officians miſſam & miniſtri duo partem offertorij quartam, ſecundo communes preſencie quartam

tam tertio campanatori & ſacriſte quartam, quarto cantori ſuccentori Organiſte quartam recipiunt partes. ulterius de prima quarta in parte officiantis & in parte miniſtris duobus, de ſecunda quarta preſenciarum dividatur equaliter inter perſonas Eccleſie loco preſenciarum preter officiantem & ſuos miniſtros cantorem ſuccentorem Organiſtam campanatorem & ſacriſtam, Tertia quarta campanatores & ſacriſte dividatur equaliter & ſolvatur calcantibus in organis rectori ſcolarium & clericis cappatis juxta quantitatem tertie quarte hujusmodi ad dictamen Dominorum Decani Scolaſtici & cuſtodis pro tempore preſencium, Quartam vero quartam cantor ſuccentor & organiſta equaliter parciantur ſed concinentibus Eccleſie duntaxat perſonis & ſcolaribus *Alleluja* cantantibus dividatur ad ordinacionem & taxationem eciam predictorum Dominorum. & ſic qui in una portionum hujusmodi percipit, in reliquis portionibus ſit excluſus & ita fuit obſervatum tempore *Karoli quarti* Imperatoris; in Electione & exaltatione filij ſui *Wenceslai* in Regem Romanorum ut Magiſter *Nycolaus Gerſtungen* cuſtos, qui ſe recolere & vidiſſe aſſeruit, Datū anno Domini MCCCCXI. in die ſancti *Petri ad vincula* in loco capitulari, Preſentibus Dominis *joanne muſhunt* Decano, *johanne recken* Scholaſtico, *jacobo heſſe, Nicolao Kungiſteyn*, *Nicolao Frydberg*, *Eberhardo de lapide*, *Petro cruck* ac *erneſto* cappus omnibus canonicis capitularibus prefate Eccleſie ſancti *Bartholomei*.

Preterea ſolicitudini anteceſſorum noſtrorum pro ſedandis diſcordijs exhibite intente adherere volentes conformando nos predictis, conſiderantesque

Digitized by Google

que quod cum etiam interdum preter electiones & exaltationes Romanorum Regum in magnis & arduis Principum, Cardinalium, prelatorum ac aliorum virorum ſollempnium eorumve ambaſiatorum dietis in Eccleſia noſtra ſollempnes miſſe celebrantur, ubi etiam propter notabiles obvenientes oblationes ortis jam pridem & in poſterum veriſimiliter oriundis diſcordijs more patrum obviare volentes ita prioribus addentes ſtatuimus & ordinamus, ut & tunc etiam oblaciones in quatuor dividantur partes, quarum una communibus preſencijs inter preciſe deſervientes, alijs qui in ſubſcriptis partibus recipiunt portiunculas excluſis equaliter diſtribuatur, ſecunda verò officianti cum ſuis miniſtris & pueris *Alleluja* cantantibus ſecundum morem in feſtivitatibus Decani ſervari ſolitum dividatur. Et ſi aliquis Prelatorum non membrum Eccleſie noſtre eandem miſſam celebraverit, tunc ſacriſta recipiens oblationes dividet ut ſupra dando celebranti & miniſtris ſuam portionem pretactam, quam ſi recipere noluerit conſervet in utilitatem & conſervationem ornamentorum convertendam, ſibi tamen XX Hall. pro ſua ſollicitudine conſervando. Tercia autem pars cantori ſuccentori Rectori ſcolarium Organiſte & calcantibus folles juxta dictamen Dominorum Decani ſcholaſtici & cuſtodis dividencium eandem ipſis tribuatur. Quarta pars iterum in duas dividatur partes quarum una in officium ſacriſte pro luminaribus candelis & ornatu, alia verò ipſi ſacriſte & campanatori equaliter dividenda relinquatur.

In

In Nomine Domini noſtri *jheſu Chriſti* Amen. Subſcribitur ordo & forma ad recipiendum Regem Romanorum in Eccleſia ſancti *Bartholomei* Francofurdenſi Imperiali cum omnibus cerimonijs hactenus in hijs obſervari conſuetis.

Primo exeat clerus obviam Domino Regi cum proceſſione ſollemni & reliquijs ſanctorum foris portam Galgenporten quam ſolet ingredi vel aliam portam quam intrare voluerit, & ibidem ſiet proceſſio in ordine ſolito exſpectando Dominum Regem, Quo adveniente & appropinquante deſcendat Dominus Rex in terram & flexis genibus ante presbyterum caput ſancti *Bartholomei* geſtantem, illud devote & non alias oſculetur & interim clerus cantet Reſponſorium: *Vos eſtis ſal terre*; Quo facto aſcendat equum & ſi proceſſio tueri poterit pre multitudine populi precedat Dominum Regem & ipſe ſequatur immediate & cum principibus Electoribus usque ad cancellum ferreum cimitherij Eccleſie ſancti *Bartholomei*, ſed ſi defendi non poſſet proceſſio, ſequatur à longe pacifice & precedat Dominus Rex usque prius. Poſtquam verò eques ad cancellum ferreum cimiterij pervenerit ſupradicti, iterum deſcendat equum & tranſeat ingrediendo eandem Eccleſiam per januam *ſancte Katharine* usque in chorum dicte Eccleſie & interim continue pulſentur ſtorma (*u*) & omnes campane omnium Eccleſiarum.

Deinde

(*u*) *Storma*. compulſationem omnium totius civitatis campanarum ſignificat. Jtali dicunt, *ſonare la campana à ſtormo. Buſchius de Reform. monaſt. apud Leibnit.*

Deinde vero aſcendat ſedes chori dexteri ſuperiores ibidem expectando omnes principes Electores in opido Imperiali Francofordenſi exiſtentes, qui cum convenerint, recipiant ipſum Dominum Regem inter ſe ducendo Dalmaticis ſeu vario ymmo hermelino finiſſime deſuper duplicato indutus ut moris eſt, usque ante altare ſancti Bartholomei & ibidem ſuper gradibus ſuperioribus genua flectet, Electoribus quibus ad latera ejus ſtantibus condecenter.

Et tunc ſtatim ipſi Domino Regi genuflectenti dicat Epiſcopus ſuffraganeus Domini ArchiEpiſcopi Maguntini & in ejus abſentia Prepoſitus aut Decanus Eccleſie ſupradicte quorum intereſt in abſentia alterius: *Adjutorium noſtrum in nomine Domini.* Reſpondeant Electores: *qui fecit celum & terram.* Deinde dicant legendo pſalmum ſequentem usque verſum ſcilicet: *pones eos ut &c.* exclusive: *Domine in virtute tua letabitur Rex & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer, Deſiderium cordis ejus tribuiſti ei & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum. Quoniam preveniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo, vitam petijt à te & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum & in ſeculum ſeculi, Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo gloriam & magnum decorem impones ſuper eum, quoniam dabis eum in benedictionem in ſeculum*

ſeculi

Leibnit. Tom. 2. ſcript. Brunſv. pag. 852. Ecce ſubito audierunt ſonum valde terribilem campanarum in turri, proprie ſtorme, per certos fratres monaſterij, reformari procurantes, procuratum.

Digitized by Google

ſeculi letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam Rex ſperat in Domino & in miſericordia altiſſimi non commovebitur. Jnveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt. Gloria Patri & filio & ſpiritui ſancto, ſicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum amen. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Pater noſter. & ne nos. Domine ſalvum fac Regem, Reſpondeatur per Electores & *exaudi nos in die in qua invocaverimus te; ſalvum fac populum tuum Domine.* Reſpondeatur: & *benedic hereditati tuæ. & rege eos & extolle illos usque in eternum. Domine exaudi orationem meam.* Reſpondeatur: & *clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum.* ℟. & *cum ſpiritu tuo*; & legunt hos verſus alternatim cum ſuffraganeo incipiendo & ſi reſpondeant circumſtantes pre electoribus non eſt vis; Attamen principaliſſime trium intereſt Archiepiſcoporum ad illa reſpondere; quo *Dominus vobiſcum* dicto & *cum ſpiritu tuo* Dicat ſuffraganeus legendo collectam oremus: *Deus qui conteris bella & impugnatores in te ſperantium potentia tue defenſionis expugnas, auxiliare queſumus famulo Tuo Regi noſtro populoque ſibi ſubjecto pro quibus ſuppliciter miſericordiam tuam imploramus ut te parcente remiſſionem peccatorum percipiant & cuncta adverſantia te adjuvante ſuperare valeant. per &c.*

Deinde ſtatim aſpergat aqua benedicta & tunc immediate Prepoſitus dexterum Decanus vero ſiniſtrum cornu altaris adprehendat, mappam altaris tenendo quousque Dominus Rex de altari deſcen-

dat

dat & hoc pertinet honori Ecclesie in hoc actu Regali.

Quo facto ſtatim Electores cedente ſuffraganeo & quibuscunque alijs nullo preter Electores manum apponente, ipſum Dominum Regem cum ſolempnitate elevando in altum ſuper altare ſancti *Bartholomei* chori ponatur, ut in medio altaris reſideat, cruribus verſus terram protenſis & ſic reſideat ibi donec *Te Deum laudamus* totaliter per clerum chori, quod tunc in exaltatione hujusmodi per cantorem Eccleſie incipietur, cantabitur & finietur. Eo quoque ſic exaltato & Electoribus circumſtantibus campanarius ſeu ſubcuſtos prefate Eccleſie ſit ſui ipſius ſtatim ſupra altare retro Dominum Regem exiſtens ſuperiori veſte qua tunc Dominus Rex indutus exiſtit eum exuat & diſſolvat pro jure ſuo ſibi debito retinendo, quo exuto adſtatim ſint alia preparata veſtimenta pretioſa quibus induatur Dominus Rex loco ablatorum.

Ipſo quoque Domino Rege induto & *Te Deum laudamus* finito, deſcendat Dominus Rex de altari & flexis genibus in gradibus inferioribus ante altare Cantor Eccleſie incipiat: *Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium.* & tunc incepto: *& tui amoris in eis ignem accende*, ſurgat & Electores ducant ipſum ad ſuperiores ſedes dexteri chori, ſede ſua ſibi regaliter cum purpura & Dalmaticis aureis & ſericis ut decet preparata, in qua juxta morem permaneat usque ad finem miſſe, ſalvo quod ad offertorium altaris chori tempore debito offerendo, quod ſui honoris eſt & gratie, accedat & revertatur;

 tur;

Digitized by Google

tur; hujusmodi oblationes ipſorum Dominorum Regis & Electorum ac omnium aliorum illo die in pecunijs in auro & argento pertinent ad ornatum dicte Eccleſie in perpetuam rei memoriam.

Finito cantu ſupradicto incipietur miſſa de ſpiritu ſancto per cantorem ſuper ambone Eccleſie & ibi ſolet eſſe chorus propter evitare preſſuram & ibi & in organis peragatur miſſa ipſa modo ſollemniori quo fieri poteſt in omnipotentis Dei & ſanctorum ejus ac Eccleſie ſue laudem Dominorum Regis & Electorum gloriam & honorem omniumque Chriſtianorum pacem & ſalutem quam tribuat nobis qui vivit benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

Anno Domini MCCCCLXXIV. die *converſionis Pauli Fredericus* Romanorum Imperator Dux auſtrie &c. intravit civitatem Francfurdenſem per portam galgenporten quia venit de partibus inferioribus, & perſone de tribus collegiis una cum monachis de tribus ordinibus dederunt ſibi obviam usque ad portam pretactam cum reliquijs & pulſatis omnibus campanis, nichil cantantes usque ad *forum equorum.* Ibidem Dominus Imperator venit ſedens in curru & quando vidit reliquias, deſcendit de curru ad terram ante aſpectum capitis *ſancti Bartholomei*, oſculando caput. Tunc ſuccentor incepit: *advenisti deſiderabilis.* quo finito Reſponſorium: *juſtum deduxit.* Reſp. *vos eſtis ſal terre.* Ant. *O vitis &c,* & introeundo iterum omnes campane pulſabantur per totam civitatem & Imperator ſequebatur proceſſionem in curru usque ad cimiterium noſtrum, tunc deſcendit & ivit ad chorum geniculando ante altare.

altare. tunc ſuccentor iterum incepit: *Ecce advenit Dominator Dominus &c.* poſt hoc Organiſta incepit: *Te Deum laudamus*, quo finito portans caput *S. Bartholomei* legit Reſp. *Domine ſalvum fac Regem, ſalvum fac populum tuum Domine, Domine exaudi orationem, Dominus vobiſcum*, Oremus: *Deus qui conteris bella &c.* quo finito Imperator exivit eccleſiam aſcendens ad currum eundo ad hoſpitium ſuum *Brunfels.*

Item quando clerus exivit de Eccleſia noſtra tunc claudebantur omnes janue usque ad adventum noſtrum; Tunc conſules ordinarunt armatos circa januam ſuperiorem circa altare *Sancte Katherine* & etiam ante chorum ſic quod tumultus populi non potuit intrare, nec monachi nec ſcolares intrabant Eccleſiam ſed manſerunt in capella *S. Michaelis* & in cemiterio, quod Principes, Comites, Barones, militares & alij nobiles replebant chorum.

Item circa proceſſionem fuerunt ordinate certe perſone reſpiciendo proceſſionem, primo unus canonicus circa portantes reliquias & tres vicarij de Eccleſia noſtra una cum ſuccentore noſtro circa perſonas Eccleſie noſtre & aliarum duarum Eccleſiarum. Item quilibet ordo habuit etiam unum ſtabilerer reſpiciendo perſonas ſuas & circa ſcolares rectores & locati.

Item hi ſubſcripti principes intraverunt cum Domino Imperatore: Primo Dominus *Maguntinus*, filius Domini Imperatoris nomine *Maximilianus*, *Ludewicus*, Dux Bavarie & comes in *Feldentz*, Epiſcopus *Eyſtetenſis* & unus verus *filius* Imperatoris

Turcorum & plures alij comites Barones nec non multi nobiles.

Item clerus propinavit Domino Imperatori XVI. quartalia vini & quatuor quartalia malmaſeti (*x*) & filio Domini Imperatoris Duci *Maximiliano* XX quartalia vini terreſtri & Domino Maguntino XX quartalia vini terreſtri. *Scriptum per manum Caſparis ſeldenum canonici bujus Eccleſie qui portavit tunc temporis caput S. Bartholomei.*

Item eodem anno MCCCCLXXjjjj. Sabbatho poſt *Katherine* quod fuit XXVj menſis novembris Idem Imperator *Fredericus* iterum revenit ad *Francofurtum* eundo verſus *Nuſſiam* civitatem contra Ducem B*urgundie* & venit de *Aſchaffenburg* per aquas de ſero circa octavam horam & clerus non dedit obviam Majeſtati ſue quia erat mox & ipſe ivit ad Domum Theutonicorum Dominorum.

Item clerus Francofurtenſis videlicet tria collegia iterum propinarunt Majeſtati ſue XX quartalia vini terreſtria & filio ſuo *Maximiliano* eciam XX quartalia & Domino Moguntino etiam XX quartalia.

Item poſt hoc in die *Barbare* que fuit quarta Decembris venit Marchio *Albertus* Brandeburgicus cum

(*x*) *Malmaſetum* idem ac Malfaticum, Arviſium vinum, *Malvoiſie.* Bernhardi de Breydenbach iter Hieroſ. p. 237. *In radice Malee eſt civitas que Malfaſia dicitur, juxta quam creſcit precipuum vinum quod nominant Malfaticum & ab hoc vino tranſtulit vulgus nomen in vinum creticum quod nunc per mundum dicitur Malfaticum, quod tamen non eſt de Malfaſia ſed de Creta vel Candia vel Motona.*

Digitized by Google

cum magno exercitu hora prima poſt prandium, ſed exercitus manſit in villa *Bergen* & circumcirca VI^m virorum cum curribus & equitibus & ipſe ivit ad civitatem. Dominus Imperator & Dominus Moguntinus & Dominus Treverenſis dederunt ſibi obviam foras portam Fredeburgenſem ubi intravit forte cum ducentis viris.

Item poſt in profeſto *Lucie* videlicet XII Decembris venit Dux *Albertus* de *ſachſen* ad *Francofordiam* forte cum LX viris, ſed exercitus ſuus qui erat etiam valde magnus manſit in *Geylnhuſen* & circumcirca.

Item Dominus Treverenſis etiam venit ad Francfurdiam prima Decembris forte cum XXX equis & exercitus ſuus manſit in partibus ſuis.

Item civitates Imperiales miſerunt etiam ſuos quilibet ſecundum poſſe ſuum eundo cum Domino Imperatore.

Item feria ſexta poſt *Lucie* Dominus Imperator cum certis alijs principibus & civitatibus exivit *Francfurdiam* verſus *Coloniam* & *Nuſſiam* contra Ducem Burgundie, ſed iſta nocte manſit in *Wiſsbaden*. Expeditis negocijs circa *Nuſſeam* taliter qualiter, Idem Dominus *Fredericus* Imperator revenit ad *Francfordiam* ipſo die ſancti *ſeverini* veceſima 3tia menſis octobris anno 1475. Clerus Francfurdenſis una cum monachis & omnibus reliquijs iterum dedit ſibi obviam verſus bockenheymer porten & manſit clerus in Eccleſia ſancte *Katherine*, ibi exſpectabat adventum Imperatoris, ſed cum Imperator appropinquabat circa *Reddelnheym*, nox etiam

 ſuper-

ſupervenit & ſic Imperator dixit ad proconſules, quod clerus deberet intrare ad Eccleſias ſuas, ipſe vellet facere ſuas orationes iſto ſero in Eccleſia beate Virginis; ſic factum fuit & quando ipſe acceſſit Eccleſiam beate Virginis, ipſi de Eccleſia cantarunt: *Te Deum laudamus &c.* ℣ & *coll.* Et ipſe Dominus Imperator manſit usque ad quartum diem; Clerus non propinabat ſibi aliquid, ſed conſules propinarunt ſibi ſolempniter &c.

Anno Domini MCCCCLXXXV. Dominus Archiepiſcopus Maguntinus poſt electionem ſuam primum ingreſſus *Francfordiam* ſolemni proceſſione cleri receptus eſt ut in libro clauſo nigro, quid ibi factum fuerit ſignatum eſt folio xxxjjj. In memoria enim hominum nullus Epiſcopus Moguntinus apud nos intoniſatus fuerat. Ubi tamen notandum, quod ex parte cleri fama exiſtente de adventu Domini, clam miſſus fuit G. *Schwarzenberg* Canonicus in *Aſchaffenburg* ad exponendum Domino affectum cleri in exhibendo ſibi honorem & obedientiam & paratos eſſe ad recipiendum illum cum introniſatione conſueta, & fuit accepta apud Dominum cleri hujusmodi humilis exhibitio atque aviſatio, & cum ſic eis aſſentiret, clerus ſe diſpoſuit ut &c.

Anno Domini MCCCCLXXXV. in vigilia *Andree* Imperator venit *Francofurtum*, ubi vocatus ad pulſam magne campane (quia nocte ſuperveniente circa VII. horam) clerus non convenit, reliquijs tamen cum capite S. *Bartholomei* in altari expoſitis & exſpectato ceſare, donec in hoſpitium præteriſſe eum nuntiatum eſt. Ad craſtinum miſſo ad ceſarem

rem per Dominos ſi velit audire miſſam inquiritur, & accepto reſponſo miſſa dici incepta preciditur & exſpectato ceſare de feſto ſancto inchoatur denuo in organis adventu non obſtante. Qua finita per . . . *Henſel* Plebanum facta eſt pro clero excuſatio de receptione heſterna pretermiſſa, exhibitio de vino propinando & humilis cleri recommendatio, miſſis tandem XX. quartalibus vini ad hoſpitium.

Item: ſexta feria ſequente ad horam primarum intravit chorum caeſar improviſe volens cantari ſibi miſſam de S. *Bartholomeo*, quod poſtpoſitis horis omnibus etiam anniverſario chori factum eſt & pro defunctis collecta defunctorum inferebatur. Caeſar perſonis ad convivandum ſub divinis obtulit VI. florenos & peracta miſſa ad reliquias altaris iij. flor. preter offertoria altaris.

Notandum hic pro futuro quod accedente principe ad caput S. *Bartholomei*, ſertum deponendum eſt, ut aperta teſta, factaque digitis credencia intro reſpicere & illud oſculari valeat.

Item Dominica poſt *Andree* que fuit ſecunda Adventus miſit ceſar exſpectari preſentiam ſuam & officium cantari ſibi de ſancta *Barbara*, ubi cantatis horis omnibus exſpectatum eſt ſilencio usque poſt Decimam horam & officium tandem peractum de ſancta *Barbara*; ſed magis expediebat miſſam diei peregiſſe in capella Beate *Marie* usque ad ingreſſum Ceſaris & tunc aliam ſibi pro voto in choro incepiſſe. Eodem die Ceſar abijt. *ita Codex MSS.*

Digitized by Google

III.

G. ARCHIEPISCOPUS MAG. CONFERT PRÆPOSITURAM B. M. V. AD GRADUS &c.

In Nomine Domini Amen. Hec copia litterarum Reverendi Patris Domini *Gerhardi* Archiepiſcopi Maguntini & honorabilium virorum *Philippe de Schonecke* & *Heinrici de Libisberg* canonicorum Eccleſie Maguntine ſigillis pendentibus munitarum petita a me Notario infraſcripto ex parte honorabilium virorum Decani & capituli Eccleſie ſancte *Marie de Gradibus* Maguntinenſis. *Gerhardus* Dei Gratia ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius dilectis in Chriſto *Philippo* dicto de *Schonecke* & Heinrico dicto de *Libisberg* canonicis Eccleſie Maguntine ſalutem in Domino. Cum nos Prepoſituram Eccleſie ſancte *Marie* ad *Gradus* Magunt. noſtre collacionis ſeu proviſionis ex obitu bone memorie... Cantoris Eccleſie Maguntine quondam Prepoſiti dicte Eccleſie ad gradus vacantem *Heinrico* dicto de *Rodenſtein* canonico Eccleſie Maguntine viro ydoneo & honeſto contulerimus propter Deum ac ſibi providerimus de eadem vobis in virtute ſancte obediencie diſtricte precipimus & mandamus quatenus dictum *Heinricum* de *Rodenſtein* de Prepoſitura predicta inveſtiatis ac ipſum in corporalem poſſeſſionem ejusdem Prepoſiture inducatis & inductum

ductum defendatis amoto ab eo ſi opus fuerit quolibet illicito detentore facientes eidem a ſubditis tam in ſpiritualibus quam in temporalibus debitas obedienciam & reverenciam exhiberi tamquam Prepoſito adhibitis circa premiſſa ſollempnitatibus debitis & conſuetis contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, quod ſi ambo hijs exequendis non potueritis intereſſe alter veſtrum ea nichilominus exequatur. Datum *Pinguie* Anno Domini MCCC. Kalendis Novembris. Item *Philippus de Schonecke* & *Heinricus de Libisberg* canonici Eccleſie Maguntine executores in hac parte à Reverendo Patre ac Domino *Gerhardo* Archiepiſcopo Maguntino conſtituti honorabilibus viris Dno *Conrado* Decano *jacobo* ſcolaſtico *Friderico* cantori *Conrado* cuſtodi *Thilmanno Wigando* dicto *Riſe* Magiſtro *Wigando*, *Stephano*, *Folzoni de longa curia*, Magiſtro *Arnoldo*, *Eberhardo de Erpha*, *Trutwino*, *Criſtiano joanni* dicto *Stampp Thilmanno* nato Vice-Domini, *johanni de Nuheim*, *Franconi*, Magiſtro *johanni* canonicis atque fratribus Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. ſalutem in Dno. Cum nos virum honorabilem *Heinricum de Rodenſtein* canonicum Maguntinum juxta formam proviſionis deſuper nobis traditam de Prepoſitura Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. Auctoritate Reverendi Patris & Domini noſtri Archiepiſcopi Magunt. inveſtiverimus & in poſſeſſionem Prepoſiture ejusdem Eccleſie ſancte *Marie* ipſum miſerimus corporalem adhibitis ſollempnitatibus debitis & conſuetis vobis auctoritate qua fungimur in hac parte in virtute ſancte obedientie & ſub pena ſuſpenſionis officij

I 5 veſtri

veſtri diſtricte precipiendo mandamus & monemus vos *Conradum* Decanum, *jacobum* Scolaſticum, *Fridericum* Cantorem, *Conradum* Cuſtodem, *Thilmannum*, *Wigandum* dictum *Riſe*, Magiſtrum *Wigandum*, *Stephanum*, *Volzonem de longa curia*, Magiſtrum *Arnoldum* ceteroſque canonicos atque fratres Eccleſie ſancte Marie ſupra nominatos tenore preſencium litterarum & hortamur attente, quatinus prefatum *Heinricum de Rodenſtein* canonicum Magunt. in veſtrum & Eccleſie veſtre recipiatis Prepoſitum obedientes ſibi tanquam Prepoſito veſtro congrue & convenienter, alioquin Vos *Conradum* Decanum, *jacobum* Scolaſticum, *Fridericum* Cantorem *Conradum* Cuſtodem, *Thilmannum*, *Wigandum* dictum *Riſe*, Magiſtrum *Wigandum*, *Stephanum*, *Volzonem de longa curia*, Magiſtrum *Arnoldum*, *Ebirhardum* de *Erpha*, *Drutwinum*, *Criſtianum Johannem* dictum *Stampp*, *Thilmannum* natum Vice Domini *Johannem de Nuheim Franconem* & Magiſtrum *Johannem* canonicos atque fratres Eccleſie prelibate, quos trium dierum monitione premiſſa in hijs ſcriptis excommunicamus excommunicatos ab omnibus Chriſti fidelibus precipimus ex tunc ut ex nunc arcius evitari. Actum Anno Dni M°CCC° in craſtino *omnium animarum*.

Et Ego *Fridericus Friderici de Argentina* clericus ſacri Imperij & Alme Urbis Prefecti auctoritate notarius publicus habens auctoritatem exemplandi acta prothocolla litteras & inſtrumenta predictas litteras originales ſigillatas ſigillis predictis vidi non abolitas non cancellatas nullam raſuram habentes

ſuſpe-

Digitized by Google

ſuſpectam easque fideliter de verbo ad verbum transſcripſi ſive exemplavi de originalibus litteris nichil addens vel minuens quod ſenſum immutet vel viciet intellectum in teſtimonium me ſubſcribens & ſignum meum conſuetum apponens rogatus.

IV.

APPELLATIO OB MODO DICTAM COLLATIONEM.

In nomine Domini noſtri jheſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo indictione quarta decima Pontificatus ſanctiſſimi Patris Domini *Bonifacij* Pape octavi anno ſexto die quinta intrante menſe Novembri que fuit ſabbato poſt feſtum *Omnium ſanctorum* in preſencia mei *Friderici* publici Notarij & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum discretus vir *Dudo* Clericus Maguntinus ſcolaris Domini *jacobi* ſcolaſtici Eccleſie ſancte *Marie ad gradus* Magunt: Venerabilibus viris *Conrado* Decano *jacobo* ſcolaſtico ſupradicto & *Friderico* Cantore, *Thilmanno* & *Stephano* conſanguineis ejusdem Cantoris Magiſtro *Arnoldo Wigando* dicto *Riſe*, Magiſtro *Wigando de Frideberg*, *Thilmanno* nato vice Domini *johanne de Nuheim* & *jacobo zu Landecke* Canonicis dicte Eccleſie ſancte *Marie* preſentibus volentibus & mandantibus nomine procuratorio eorundem legit publice de verbo ad verbum litteras infra ſcriptas eorundem Dominorum ſigillo pendenti munitas, appella-

pellavit, apoſtolos pecijt, juramentum preſtitit & proteſtatus fuerat ſub hac forma: Noverint univerſi preſentes litteras inſpecturi quorum intereſt vel poterit intereſſe, quod nos *Conradus* Decanus *jacobus* ſcolaſticus *Fridericus* Cantor, *Conradus* Cuſtos, *Thilmannus Wigandus* dictus *Riſe*, Magiſter *Wigandus*, *Stephanus*, *Volzo de longa curia*, Magiſter *Arnoldus Eberhardus de Erpha Drutwinus Criſtianus Thilmannus* natus vice domini *johannes de Nuheim* & Magiſter *johannes de Corbecke* ac *jacobus de Landecke* Canonici Ecclefie ſancte *Marie ad gradus* Magunt: ab iniqua collacione & proviſione, ſi collacio & proviſio dici poſſunt, factis per Reverendum Patrem Dominum *Gerhardum* Archiepiſcopum Maguntinum ut dicitur Dno. *Heinrico de Rodenſtein* Archipresbitero & Canonico Maguntino de Prepoſitura noſtre Ecclefie ſupradicte nec non ab iniquo proceſſu Dominorum *Philippi de Schonecke* & *Heinrici de Libisberg* Canonicorum Ecclefie Magunt: executorum ſuper hec deputatorum ut aſſerunt à Domino Archi-Epiſcopo memorato ſi proceſſus dici poſſunt, appellare ſeu Appellationem legere & interponere intendentes *Dudonem & Heilmannum* fratres Clericos Maguntinos noſtros facimus & conſtituimus procuratores & quemlibet eorum in ſolidum ita quod non ſit melior conditio occupantis, dantes eis & eorum cuilibet plenariam poteſtatem appellandi ſeu interponendi appellacionem pro nobis & noſtra Ecclefia ſub hac forma: In nomine Domini Amen, Vacante Prepoſitura in Ecclefia ſancte *Marie ad gradus* Magunt: per mortem recolende memorie Dni *Eberhardi* quondam Prepoſiti ibidem, cujus

jus corpus Anno Dni M°CCC. in vigilia *omnium ſanctorum* traditum fuit Eccleſiaſtice ſepulture Reverendus Pater Dnus *Gerhardus* Archi-Epiſcopus Magunt: de eadem Prepoſitura Decano & capitulo Eccleſie ſancte *Marie* predicte ad quos electio libera Prepoſiti ibidem pertinere dinoſcitur (*y*) abſenti-

(*y*) Electiones Præpoſitorum ad Decanum & Capitulum Eccleſiæ *B. M. V. ad Gradus* ab antiquiſſimis jam temporibus pertinuiſſe, demonſtramus ex chartis ſequentibus.

Judices Sancte Maguntine ſedis univerſis preſentes litteras viſuris ſalutem in Domino. Notum facimus quod nos litteras Reverendi Patris bone memorie Domini noſtri *Sifridi* Archi-Epiſcopi Maguntini integras & illeſas non abolitas non cancellatas non viciatas nec in aliqua parte ſui ſuſpectas vidimus & de verbo ad verbum legimus in hunc modum: *S.* Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archi-Epiſcopus dilectis filiis Capitulo ſancte Marie Maguntinenſi ad gradus ſalutem & ſincere dileccionis affectum. Electionem Canonicam & concordem quam feciſtis in veſtrum Prepoſitum ex Decano, ratam habentes plurimum & acceptam in ipſo Prepoſito confirmamus, ſicut veſtra petijt devotio & facti veſtri ratio exigebat. Vobis itaque Prepoſitum veſtrum remittimus & ſicut tenemur injungendo mandamus quatinus omni honore debito & conſueto preveniatis eundem cum reverentia & amore. Credimus enim quod qui vobis in Decanatu profuit plus debeat in majori prelatione prodeſſe. Ne igitur hujusmodi originale ex proceſſu temporis valeat deperire, ad preces predictorum Decani & Capituli ipſas litteras ad cautelam futurorum exemplari fecimus & transſcribi ac transſcriptum ipſarum in noſtre viſionis teſtimonium ſigillo noſtro duximus

ſentibus non vocatis nec citatis ex abrupto ſine cauſe cognicione & juris ordine penitus pretermiſſo juribus & defenſionibus dictorum Decani & capituli non auditis Dno *Heinrico de Rotenſtein* Maguntino canonico qui etiam eſt inhabilis ad hujusmodi beneficium ſeu dignitatem obtinendam ſeu obtinendum utpote qui habet pluralitatem beneficiorum eccleſiaſticorum videlicet cum ſit canonicus & Archipresbiter Maguntinus Prepoſitus Eccleſie *S. Gingolfi* Magunt. & plura alia beneficia eccleſiaſtica curam habentia animarum annexam obtineat ſine diſpenſacione ſedis Apoſtolice de facto, cum de jure non poſſet, providere preſumpſit, mandans honorandis viris *Philippo de Schonecke* & *Heinrico de Libisberg* canonicis Eccleſie Magunt. ut ipſum de dicta

ximus roborandum. Datum Maguntie Anno Dni M°CC°XXXIIII° Kalend. Novembris.

Ad aſſerta noſtra firmiter ſtabilienda ſubjungimus alias litteras prioribus quidem juniores, triginta tamen annos & ultra litigioſam Præpoſiti nominationem ſub nris III. & IV. &c. tranſcendentes, hujus autem tenoris ſunt.

Judices ſancte Maguntine ſedis univerſis has litteras viſuris ſalutem in Domino. Notum facimus quod nos litteras Reverendi Patris bone memorie Domini noſtri *Wernheri* Archi-Epiſcopi Maguntini integras & illeſas non abolitas non cancellatas nec in aliqua parte ſui viciatas non ſuſpectas vidimus & legimus in hunc modum.

W. Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archi-Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archi Cancellarius. In Nomine Domini Amen. Examinata Electione a Decano & Capitulo *ſancte Marie ad gradus*

dicta Prepoſitura inveſtirent ac in poſſeſſionem ejusdem Prepoſiture ducerent corporalem in dictorum Decani & capituli prejudicium non modicum & gravamen, qui quidem *Philippus* & *Heinricus* monuerunt Decanum & capitulum & ſingulos canonicos Eccleſie ſancte *Marie* predicte feria quinta poſt dictum feſtum *omnium ſanctorum* ut predictum *Heinricum de Rodenſtein* in Prepoſitum dicte Eccleſie ſancte *Marie* reciperent & ſibi tanquam ſuo Prepoſito obedirent, alioquin dictos Decanum & capitulum & ſingulos canonicos Eccleſie prelibate trium tantum dierum monitione premiſſa à tempore monitionis

dus Magunt. de dilecto in Chriſto *Eberhardo* Cantore Magunt. in eorum Prepoſitum celebrata, quia invenimus electionem eandem de perſona idonea Canonice celebratam, ipſam electionem confirmamus pariter & electum. Actum *Aſchaffenburg* Anno Domini M° CCLXII. Kalendis Maji.

W. Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi-Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius dilecto in Chriſto Magiſtro *A.* Scolaſtico Maguntino familiari ſuo ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Examinata electione a dilectis in Chriſto Decano & Capitulo *ſancte Marie ad gradus* Magunt. de *Eberhardo* Cantore Magunt. in eorum Prepoſitum celebrata, quia invenimus electionem eandem de perſona idonea Canonice celebratam, ipſam electionem confirmamus pariter & electum, tue diſcrecioni mandantes, quatenus inſtalles dictum Prepoſitum vice noſtra & facias ei exhiberi reverenciam, obedienciam debitam & honorem contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Datum *Aſchaffenburg* Anno Dni M°CCLXII. Kalendis Maji.

Digitized by Google

nitionis hujusmodi in ſcriptis excommunicarunt, ex quibus quidem collacione & proviſione ſi collacio & proviſio dici poſſunt mandato & proceſſibus prediƈti Dni Archiepiſcopi & diƈtorum ***Philippi*** & ***Heinrici de Libisberg*** licet nulli ſint ipſo jure, ego *Dudo* procurator diƈtorum Decani & capituli & ſingulorum canonicorum prediƈtorum ſentiens ipſos & Eccleſiam ſuam prediƈtam nimis eſſe gravatos, timens ipſos nichilominus & diƈtam Eccleſiam de facto per prediƈtos Dnum Archiepiſcopum & ***Philippum*** ac ***Heinricum*** executores prediƈtos poſſe in futurum ulterius pregravari nomine procuratorio prediƈtorum Dominorum meorum habens ad hoc ſpeciale mandatum a prefatis Domino Archiepiſcopo & executoribus ſuis ad ſedem Apoſtolicam in hijs ſcriptis appello & Apoſtolos cum inſtantia michi dari peto nomine Dominorum meorum prediƈtorum. Juro eciam ad ſanƈta Dei Ewangelia que in manibus meis teneo in animas diƈtorum Dnorum Decani & capituli & ſingulorum canonicorum quorum procurator exiſto, quod ipſi Domini mei omnia ſuperius expreſſa credunt eſſe vera & ſe poſſe ea probare, Proteſtor etiam quod preſcriptam appellationem de verbo ad verbum legam & interponam coram diƈto Domino Archiepiſcopo Magunt. & ſuis executoribus ſupradiƈtis quam primum commode habere potero copiam eorundem, Inſuper diƈtis procuratoribus & cuilibet eorundem in ſolidum preſtandi in animas noſtras juramentum juxta tenorem appellationis preſcripte & quodlibet aliud neceſſarium juramentum, Apoſtolos petendi proteſtandi ac innovandi Appellationem prediƈtam,

alium

alium procuratorem ſibi ſubſtituendi & revocandi eundem quociens ſibi placuerit & viſum fuerit expedire, nec non omnia & ſingula alia faciendi & exercendi que circa premiſſa fuerint oportuna promittentes nos ratum & firmum habere & tenere, quidquid predicti procuratores noſtri vel alter eorum ſubſtitutus ab eis vel eorum altero fecerint in premiſſis & quolibet premiſſorum. Jn cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtre Eccleſie preſentibus litteris duximus appendendum.

Actum Anno Dni M°CCC ſabbato poſt feſtum *Omnium ſanctorum* predictum. Hijs itaque litteris lectis & expeditis omnibus ſupradictis in modum preſcriptum prefati *Conradus* Decanus *Jacobus* Scolaſticus *Fridericus* cantor & canonici ſupradicti à me infra ſcripto Notario requiſiti ea omnia rata habebant & in ea conſenſerunt expreſſe. Acta ſunt hec Maguntie in curia honorabilis viri Dni *Ottonis* Decani Eccleſie Magunt. in qua Dominus *Marquardus de Bruningisheim* canonicus Eccleſie ſancti *Stephani* Magunt. judex ſancte Magunt. ſedis inhabitat in ſtupa hora poſt prandium ante veſperas preſentibus eodem Dno *Marquardo Walthero* Decano *Heinrico* ſcolaſtico *Petro de Wilnowe* & *Eberhardo* dicto *Blerring* dicte Eccleſie ſancti Stephani canonicis, *Johanne* Scolaſtico Eccleſie *S. Petri* Magunt. Magiſtro *Helfrico* canonico Eccleſie *S. Johannis* Magunt. & *Anzone* presbitero vicario dicte Eccleſie ſancti Petri filio piſtoris & pluribus alijs fide dignis ad hoc vocatis teſtibus & rogatis.

Et Ego *Fridericus Friderici* de *Argentina* clericus ſacri Imperij & Alme Urbis prefecti auctori-

tate Notarius publicus premiſſis preſens interfui & ea ſcripſi & publicavi ſeu in hanc publicam formam redegi ac prefato Domino *Heinrico de Rodenſtein* petendi copiam feci procuratorij & appellationis preſcriptorum meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus &c.

V.

SENTENTIA DEFINITIVA IN CAVSA PRAEPOSITVRAE.

In Nomine Domini Amen. Cauſam Appellationis & negotij principalis que vertebatur & vertitur inter Venerabiles viros Decanum & Capitulum Eccleſie ſancte *Marie ad gradus* Magunt: ex parte una & *Heinricum de Rodenſtein* Canonicum Maguntinum ex altera ſuper Prepoſitura ipſius Eccleſie ſancte *Marie ad gradus* ſanctiſſimus Pater & Dominus Dnus *Bonifacius* Divina providentia *Papa* octavus nobis Magiſtro *Onufrio de Trebis* Decano Meldenſi Cappellano ſuo ac ipſius ſacri palatij cauſarum auditori audiendam commiſit & fine debito terminandam. Comparente itaque coram nobis Magiſtro *Petro de Laude* procuratore dictorum Decani & Capituli procuratorio nomine pro eisdem ac petente ut dictum *Heinricum de Rodenſtein* faceremus in publica audientia evocari, Nos ad ipſius Magiſtri *Petri* inſtantiam eundem *Heinricum* primo ſecundo & tertio per-

em-

emptorio ac quarto ex habundanti ad convincendam ejus malitiam citari fecimus in audientia publica ut eſt moris & cum pro ipſo *Henrico* nullus compareret procurator ſufficiens in cauſa predicta ipſum reputavimus exigente juſtitia contumacem ac per dictum Magiſtrum *Petrum* productis & exhibitis coram nobis quibusdam inſtrumentis & litteris in contumaciam *Henrici* prefati per que docere & probare intendebat cauſam ipſam ad Romanam curiam eſſe legitime devolutam & in ea tractari & finiri debere, Tandem idem Magiſter *Petrus* coram nobis contra prefatum *Henricum* citatum ad certum terminum de mandato noſtro in audientia ſupradicta ad dandum ſi vellet & recipiendum libellum in cauſa eadem & reputatum per nos in ipſo termino contumacem cum nec ipſe compareret nec alius pro eodem quendam libellum obtulit in hac forma: Coram vobis Venerabili viro Domino *Onufrio de Trebis* utriusque juris profeſſore Decano Meldenſi Domini Pape Cappellano & ſacri Palatij auditore ac in cauſa infra ſcripta auditore ſpecialiter deputato proponit *Petrus de Laude* procurator & procuratorio nomine venerabilium virorum Dominorum Decani & capituli Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. contra Dnum *Henricum de Rodenſtein* canonicum & Archipresbiterum Magunt. & legitimam perſonam legitime in judicio intervenientem pro eo & omnes alios quorum intereſt vel intereſſe poteſt, quod quamvis libera electio Prepoſiti in dicta Eccleſia dum vacat ad dictos Decanum & capitulum dicte Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. pertineret pertineat & pertinuerit

 etiam

etiam ab antiquo per tempus & tempora & a tempore cujus principij memoria non exiſtit in poſſeſſione vel quaſi libere eligendi Prepoſitum in dicta Eccleſia dum vacat eſſent & fuiſſent per tempora ſupradicta, tamen vacante nuper Prepoſitura de facto & de jure dicte Eccleſie per mortem Domini *Eberardi* olim dicte Eccleſie Prepoſiti Venerabilis Pater Dominus *Gerardus* Archiepiſcopus Magunt. predicta non attendens ex arrupto & ſine cauſe cognitione & juris ordine penitus pretermiſſo & juribus dictorum Decani & capituli non auditis nec examinatis de facto tantum cum de jure non poſſet dicto Dno *Henrico de Rodenſtein* alias inhabili & indigno ad Prepoſituram predictam de dicta Prepoſitura providere preſumpſit certis ſibi ſuper predictis executoribus deputatis ut ipſum de dicta Prepoſitura inveſtirent ac in poſſeſſionem ejusdem Prepoſiture inducerent corporalem prout ſic vel aliter in ſua commiſſione dicitur contineri in dictorum Decani & capituli prejudicium & gravamen quibus executoribus in dicta executione de facto procedentibus contra dictos Decanum & capitulum & monentibus eosdem Decanum & capitulum & ſingulos canonicos dicte Eccleſie ut predictum Dnum *Heinricum de Rodenſtein* in eorum & dicte Eccleſie ſancte *Marie* Prepoſitum reciperent & ſibi tanquam ſuo Prepoſito obedirent, alioquin dictos Decanum & capitulum & ſingulos canonicos dicte Eccleſie trium tantum dierum monitione premiſſa a tempore monitionis hujusmodi de facto in ſcriptis excommunicaſſe & interdixiſſe dicuntur prout ſic vel aliter plus vel minus in dictis eorum proceſſibus dicitur

Digitized by Google

citur contineri, a quibus proviſione & collatione ſi proviſio & collatio dici poſſunt mandato & proceſſibus prefati Dni Archiepiſcopi & dictorum executorum quamvis nullis ipſo jure per procuratorem dictorum Decani & capituli & ſingulorum canonicorum predictorum ſentientem ipſos Decanum & capitulum & Eccleſiam predictam de facto eſſe gravatos & timentem nichilominus & ipſos & dictam Eccleſiam per prefatum Dnum Archiepiſcopum & executores predictos poſſe in futurum ulterius pregravari nomine predictorum Decani & capituli & canonicorum fuit ad ſedem Apoſtolicam legitime appellatum, quare petit dictus procurator dicto procuratorio nomine per vos Domine Auditor & veſtram ſententiam auctoritate Apoſtolica pronuntiari & declarari pro parte predictorum Decani & capituli bene & legitime fuiſſe appellatum à dictis collatione & proviſione & proceſſibus predictorum Dominorum Archiepiſcopi & executorum & dictos collationem & proviſionem & proceſſus nullos fuiſſe & non tenuiſſe nec tenere de jure & ſi aliqui eſſent vel in aliquo de jure tenerentur caſſari & irritari ſeu caſſos & irritos nuntiari & remedio appellationis ſeu appellationum infringi & dicto Dno *Henrico* ſuper predicta Prepoſitura & ejus juribus perpetuum ſilentium imponi cum nullum jus habeat ſeu ſibi competat in eiſdem Predicta petit dictus procurator dicto procuratorio nomine omni jure & modo & omni cauſa quibus melius de jure poteſt cum dampnis expenſis & intereſſe ſalvo jure addendi, corrigendi &c. Demum comparentibus coram nobis Magiſtro *Petro* procu-

ratore prediĉto procuratorio nomine quo ſupra ex una parte & Magiſtro *Accurſio Ubaldi* de *ſancto Geminiano* procuratore Archi-Epiſcopi & *Henrici de Rodenſtein* Canonici Maguntini prefati ſubſtituto pro eisdem Dominis à Domino *Erwino de Carben* plebano Eccleſie in *ſtirſtad* & a *Nicolao* dicto *Hungaro de Metis* Canonico Eccleſie Cardonenſis ac *Arnoldo de Wachenem* cum ſufficientibus procurationibus ex altera, tandem idem *Arnoldus* & *Nicolaus* dictus *Hungarus* procuratores Dni *Henrici de Rodenſtein* ſupradicti habentes poteſtatem pro ipſo *Henrico* procuratores ſubſtituendi ipſosque revocandi, revocaverunt Magiſtrum *Accurſium* ſupradictum & ſubſtituerunt loco eorum Magiſtrum *Andream de Piperno* ad omnia que a dicto *Henrico* in mandatis habebant; Conſtitutis igitur in judicio coram nobis Magiſtris *Petro de Laude* & *Andrea de Piperno* procuratoribus ſupradictis nos eidem Magiſtro *Andree* ad litem conteſtandum ſuper libello per eundem Magiſtrum *Petrum* oblato vel ad dicendum cauſam qua re ſuper eo lis conteſtari non deberet certum terminum duximus aſſignandum, lite itaque per Magiſtros *Petrum* & *Andream* ſuper libello prefato legitime conteſtata & de calumpnia & de veritate dicenda preſtitis juramentis factis poſitionibus & ad eas reſponſionibus ſubſecutis formatis inſuper & datis articulis hinc & inde eisdemque procuratoribus ad producendum omnia acta litteras jura & inſtrumenta quibus uti in cauſa hujusmodi intendebant certum peremtorium terminum duximus aſſignandum, quo adveniente termino exhibitis per eundem Magiſtrum *Petrum* quibusdam litteris quas in cauſa voluit

luit producere memorata & per eundem *Andream* nichil exhibito vel oſtenſo & per eundem Magiſtrum *Andream* ſigillis appenſis litteris productis per Magiſtrum *Petrum* procuratorem prefatum recognitis Nos procuratoribus ipſis ad concludendum in eadem cauſa vel ad proponendum quare non deberet in ea concludi certum terminum duximus aſſignandum, in quo dicto Magiſtro *Andrea* non comparente ipſum quantum ad ipſum actum reputavimus contumacem & cum predicto Magiſtro *Petro* procuratore concludente in cauſa predicta concluſimus & habuimus pro concluſo in contumaciam Magiſtri *Andree* predicti ac deinde viſis & diligenter examinatis juribus partium predictarum nec non viſis auditis & plenius intellectis omnibusque partes ipſe coram nobis dicere allegare & proponere voluerunt oretenus & in ſcriptis factaque ſuper his coauditoribus ſocijs noſtris dicti Palatij relatione fideli & ab eis habito conſilio & obtento dictisque partium procuratoribus diem certam prefiximus peremptoriam ad hanc noſtram diffinitivam ſententiam audiendam qua die adveniente dictis Magiſtris *Petro* & *Andrea* procuratoribus coram nobis in judicio conſtitutis ac Magiſtro *Petro* prefato ſententiam ferri cum inſtantia poſtulante, de ipſorum coauditorum noſtrorum conſilio & aſſenſu & aliorum juris peritorum communicato conſilio per ea que vidimus & cognovimus nunc videmus & cognoſcimus Chriſti nomine invocato in hijs ſcriptis diffiniendo pronuntiamus pro parte Decani & capituli predictorum bene & legitime fuiſſe & eſſe appellatum de collatione proviſione & proceſſibus Dominorum Archiepiſcopi

& Executorum prediƈtorum & diƈtas collationem proviſionem & proceſſus occaſione hujusmodi factos nullos eſſe & fuiſſe declaramus ipſosque caſſamus & irritamus caſſos & irritos nuntiamus diƈto Magiſtro *Andree* procuratori & in perſonam ejus diƈto *Henrico* Principali ſuper Prepoſitura prediƈta juribus & pertinentijs ſuis perpetuum ſilentium per hanc noſtram ſententiam imponentes diƈtum *Andream* & per eum ipſum *Henricum* eidem Magiſtro *Petro* & per ipſum eisdem Decano & capitulo ſupradiƈtis taxatione a nobis prius habita & juramento a diƈto procuratore preſtito in quinquaginta florenis auri pro expenſis in cauſa hujusmodi faƈtis ſententialiter condempnamus. In cujus rei teſtimonium hanc noſtram diffinitivam ſententiam per ſervum Dei noſtrum Notarium infra ſcriptum ſcribi & publicari mandavimus & noſtri ſigilli appenſione muniri. Leƈta lata & in ſcriptis pronuntiata fuit diƈta ſententia per venerabilem virum Dominum *Onufrium* Auditorem prediƈtum procuratoribus partium prediƈtarum preſentibus ſub Anno Domini Milleſimo Tricenteſimo ſecundo Indiƈtione XV. menſe Aprelis die nona Pontificatus Domini *Bonifacij Pape* oƈtavi anno oƈtavo *Laterani* in Palatio Domini Pape preſentibus diſcretis viris Dominis *Porrina de caſutis Andrea de Mediolano* advocatis in Romana magiſtris *Ciſtofano de fundis Georgio de Interran* procuratoribus in diƈta curia & Magiſtris *Curſino de Vingiali Nicolao de fraƈtis* ac *Leone de ſeccia* Notarijs diƈti Domini Auditoris teſtibus ad prediƈta vocatis & rogatis.

Et

Digitized by Google

Et ego *ſervus Dei Camby de Caſtro firmano* firmanenſis Dioceſis publicus imperiali auctoritate notarius & nunc venerabilis viri Domini *Onufrij* Auditoris prefati ſcriba lectioni & prolationi ſupra ſcripte ſententie in ſcriptis late per eundem Dominum auditorem una cum ſupra ſcriptis teſtibus preſens interfui & de ipſius Domini Auditoris mandato ſcripſi & in hanc publicam formam redegi & meo conſueto ſigno ſignavi. Confirmata eſt hæc ſententia à *Clemente V. Pictavis* Jdus januarij Pontificatus anno tertio.

VI.

H. DE R. RENUNTIAT LITI SUPRADICTAE.

Judices ſancte Maguntine ſedis recognoſcimus & tenore preſencium conſtare cupimus univerſis, quod in noſtra & honorabilium ac diſcretorum virorum Decani & Capituli Eccleſie ſancte *Marie ad gradus* Magunt. conſtitutus preſencia honorandus vir *Heinricus de Rodenſtein* Canonicus & Archipresbiter Magunt. eſt confeſſus publice & expreſſe, quod in cauſis, litibus, queſtionibus ſeu controverſijs inter eosdem Decanum & Capitulum ex parte una & dictum *Heinricum* ſuper Prepoſitura ejusdem Eccleſie ſancte *Marie* ex altera, de qua quidem Prepoſitura Reverendus Pater Dominus *Gerhardus* quondam Archiepiſcopus Magunt. ipſi *Heinrico* dicitur providiſſe jam dudum ſubortis ac in Romana

 curia

curia diucius ventilatis habuerit & habeat malam conſcientiam atque fidem & quod nichil juris ſibi competat in Prepoſitura predicta ratione proviſionis ut dicitur ſibi facte & ideo informatus plenius & inſtructus ut aſſeruit, cum proviſionem ſeu collacionem dicte Prepoſiture non ad Dñum Maguntinum ſed ad Decanum & Capitulum predictos invenerit pertinere, cauſis litibus queſtionibus & controverſijs utpote ſibi male conſcius ceſſit & renunciavit cedit & renuntiat preſentibus ſponte ſimpliciter & in totum. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi fecimus & ad peticionem predictarum partium ſigilli dicte ſedis robore communiri. Actum Anno Dñi M°CCCVII. VI. Jdus julij.

VII.

COMMISSIO PETRI ARCHIEP. MOG. AD CONCORDIAM SUPER PRÆPOSITURA ANTEDICTA TENTANDAM.

Petrus Dei Gratia Sancte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius devoto ſuo *E.* Scolaſtico Maguntino ſalutem cum effectu ſincero. De tue devotionis circumſpectione gerentes fiduciam ſpecialem, cauſam que inter dilectos noſtros *Heinricum de Rodenſtein* canonicum & Archipresbiterum Maguntinum

num ex una necnon Decanum & capitulum Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* in Maguncia ex parte altera ſuper Prepoſitura ejusdem Eccleſie ſancte *Marie* vertitur, diſcrecioni tue committimus in amicicia vel juſticia decidendam, Et ſi ad eandem Prepoſituram novum eligi contigerit Prepoſitum, per eos ad quos ejus electio dinoſcitur pertinere, tibi damus preſentibus poteſtatem electionem hujusmodi noſtro nomine confirmandi, confirmatum in poſſeſſionem corporalem ducendi, defendendi inductum, contradictores eciam & rebelles ſi qui fuerint per cenſuram eccleſiaſticam proinde compeſcendi adhibitis circa premiſſa ſollempnitatibus debitis & conſuetis. Datum *Maguncie* Anno Dni Milleſimo CCC°VII°. Xjj. Kalend. junij.

VIII.

COMMISSORIVM IN CAUSA SÆPE FATÆ PRÆPOSITURÆ.

P*etrus* Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi-Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archi Cancellarius devoto ſuo *E.* Scolaſtico Maguntino ſalutem cum affectu ſincero. De tue devotionis circumſpectione gerentes fiduciam ſpecialem, cauſam que inter dilectos noſtros *Heinricum de Rodenſtein* Canonicum & Archipresbiterum Maguntinum ex una, nec non Decanum & Capitulum ſancte

ſancte *Marie ad gradus* in Maguncia ex parte altera ſuper Prepoſitura ejusdem Eccleſie ſancte *Marie* vertitur, diſcretioni tue committimus in amicicia vel juſticia decidendam, & ſi ad eandem Prepoſituram novum eligi contigerit Prepoſitum per eos ad quos ejus electio dinoſcitur pertinere tibi damus preſentibus poteſtatem electionem hujusmodi noſtro nomine confirmandi, confirmatum in poſſeſſionem corporalem ducendi, defendendi inductum, contradictores eciam & rebelles ſi qui fuerint per cenſuram Eccleſiaſticam provide compeſcendi, adhibitis circa premiſſa ſollempnitatibus debitis & conſuetis. Datum *Maguncie* Anno Dni Mill. CCC° VII°. XII Kal. junij.

IX.

CONFIRMATIO PRÆPOSITI A CAPITVLO B. M. V. AD GRADVS ELECTI.

E*micho* ſcolaſticus Eccleſie Moguntine a Reverendo in Chriſto Patre ac Domino Dno *Petro* Archi-Epiſcopo Moguntino ad infra ſcripta judex ſeu executor ſpecialiter deputatus univerſis ad quos preſentes littere pervenerint ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus, cum diſcreti & honorabiles viri Cunradus Decanus totumque capitulum Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Mogunt. vacante Prepoſitura ibidem diſcretum & honeſtum virum

virum *Rudolſum de Rodinſtein* canonicum Eccleſie Herbipolenſis in Dyaconatus ordine conſtitutum in ſuum ac dicte Eccleſie ſancte *Marie* Prepoſitum duxerint eligendum, ijdem decretum ſeu proceſſum ejusdem electionis & ipſum electum nobis infra tempus a canonibus diffinitum preſentare curarunt, ſupplicantes, ut electione hujusmodi prout ad noſtrum ſpectaret officium per nos canonica reputata eidem electo munus confirmationis impendere curaremus, examinato itaque & intellecto plenius dicte electionis proceſſu, conſideratis etiam meritis tam eligentium quam ipſius electi quia eandem electionem de perſona ydonea canonice atque juſte invenimus celebratam nec eis de inſtitutis canonicis aliquid obviare dictum *Rudolſum* electum auctoritate nobis tradita in hac parte confirmavimus & in hijs ſcriptis in nomine Domini confirmamus ac ipſum de cura ejusdem Prepoſiture per librum inveſtivimus ac preſentibus inveſtimus ipſumque nichilominus in poſſeſſionem ejusdem Prepoſiture induximus corporalem adhibitis ad hoc ſollempnitatibus debitis & conſuetis, Quo circa diſcretis & dilectis in Chriſto Archipresbiteris camerarijs Eccleſiarum ſeu capellarum Rectoribus nec non eorum vices gerentibus ac alijs clericis ac laycis univerſis cujuſcunque conditionis vel ſtatus exiſtunt infra terminos Prepoſiture * dicte Eccleſie ſancte *Marie* conſiſtentibus ſive demorantibus in virtute ſancte obediencie & ſub pena ſuſpenſionis quam preſen-

* Conf. Commentatio octava Diœceſis Moguntinæ in Archidiaconatus diſtinctæ.

Digitized by Google

preſentibus ferimus in rebelles canonica monitione premiſſa precipiendo mandamus per hec ſcripta firmiter & diſtricte quatenus eidem Rudolfo tamquam ſuo vero Prepoſito in omnibus obediant & intendant ac ei reverentiam debitam exhibeant & honorem. Datum & Actum Anno Dni M°CCCVjj. pridie ydus Auguſti.

X.

INSTRVMENTVM ELECTIONIS JOANNIS DE LYSVRA PRÆPOSITI B. M. V. AD GRADVS MOGVNTIÆ. 1439.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino noſtro Dño *Theoderico* ſancte Maguntinenſis ſedis Archi-Epiſcopo *Hermannus* Decanus *Henricus* Scolaſticus *Petrus* Cantor *Hermannus Stummel Petrus Echter Wigandus Stalberg jacobus Steynhuſer Conradus Rade johannes Schutzberg Bertoldus Cantrifuſoris* Nicolaus *Kolbe* & *Hermannus Roſenberg* Canonici Capitulares Eccleſie beate *Marie ad Gradus* Maguntinenſis quicquid poterimus ſervicij reverencie & honoris. Quanto major Eccleſijs atque perſonis eis preſidentibus cura imminet & ſollicitudo tanto accuracius convenit ut ne prolixe vacacionis opprobrijs opprimantur de perſonis utilibus & ydoneis providere, Nuper ſiquidem Prepoſitura Eccleſie noſtre per obitum quondam Domini *Hermanni*

ni Roſt Prepoſiti Eccleſie noſtre dum viveret extra Romanam curiam defuncti vacante Nos *Hermannus* Decanus *Henricus* Scolaſticus *Petrus* Cantor *Henricus Schonburg Hermannus Stummel*, *jacobus Steinhuſer Conradus Rade johannes Schutzberg Nicolaus Kolbe johannes de Lyſura* & *Hermannus Roſenberg* Canonici capitulares & capitulum dicte Eccleſie facientes ad hoc vocati & congregati de morte dicti quondam Domini *Hermanni Roſt* certificati diem jovis que erat craſtina ſanctorum. *Symonis & jude* Apoſtolorum anni preſentis in horam octavam ejusdem diei in loco capitulari Eccleſie noſtre prefiximus pro electione futuri noſtri & Eccleſie noſtre Prepoſiti celebranda, quem quidem diem horam atque locum omnibus ac ſingulis Canonicis Capitularibus Eccleſie noſtre actu reſidentibus ut moris eſt intimavimus, atque eosdem ut hujusmodi electioni intereſſent fecimus legitime evocari, qua quidem die & hora ſive terminis advenientibus nos Decanus & Canonici ſupra nominati in dicto loco capitulari capitulariter convenientes in unum ad electionem futuri noſtri & Eccleſie Prepoſiti canonice celebrandam nos omnes & ſinguli ſupradicti, qui hujusmodi electioni debuimus voluimus & potuimus de jure vel conſuetudine intereſſe habitis inter nos diverſis tractatibus de forma eligendi, tandem placuit nobis omnibus & ſingulis ſupradictis per viam ſcrutinij & compromiſſi mixtim procedere, ita videlicet ut electis & aſſignatis tribus ex nobis poteſtas daretur eisdem & facultas ut ſcrutatis votis ſingulorum illum eligerent & electum pronuntiarent in quem omnes ſeu major pars conſentirent,

facta

facta eciam primum coram nobis per honorabilem Dominum *Conradum Bensheim* ad hoc per nos deputatum curſorem fideli relacione ſe omnes & ſingulos canonicos citaſſe vocaſſe & requiſiviſſe ut ad illum diem & horam qui intereſſe poſſent vellent & deberent venirent ad electionem de futuro Prepoſito celebrandam, & dum deinde Venerabilis Dnūs *Henricus de Erenfels* Scolaſticus propoſuit & dixit an aliquis eſſet qui aliquid dicere proponere vellet ſeu allegare cur ad hujusmodi non deberet electionem procedi, omnibusque & ſingulis reſpondentibus ſe nil contra hoc dicere velle, tunc lecto coram nobis & per nos debite ponderato juramento decreti ſacri Baſilienſis Concilij de eligendis Prelatis * Nos Hermannus Decanus ad manus Scolaſtici Nos vero Scolaſticus & ceteri capitulares ſupra nominati ad manus Decani preſidentis dictum juramentum in forma juravimus & quilibet noſtrum juravit, deinde ſcrutatis votis ſingulorum omnibus conſentientibus Venerabiles & circumſpectos viros Dominos *Henricum de Erenfels* Scolaſticum *Petrum Echter* & *Bertoldum Cantrifuſoris* concanonicos noſtros in ſcrutatores & compromiſſarios noſtros in hujusmodi electionis negotio elegimus atque deputavimus, ita videlicet ut ſuis & noſtrorum ſingulorum votis ſcrutatis in quem ex nobis plura numero vota concurrerent & concordarent illum ſuo & noſtris nominibus in noſtrum & Eccleſie noſtre Prepoſitum eligerent & pronunciarent ſeu unus ex eis de voluntate aliorum eligeret & pronuntiaret, injungentes eisdem Dominis Scrutatoribus & compromiſſarijs ſub fide

fide jam preſtiti per eosdem juramenti quatenus hujusmodi vota diligenter & fideliter ſcrutarentur atque in hujusmodi negotio ſincere procederent, Qui quidem Domini compromiſſarij & ſcrutatores ad partem ſecedentes aſſumpto ad hoc Notario publico infra ſcripto omnium noſtrorum ſupra nominatorum atque *johannis de Lyſura* concanonici noſtri vota ſcrutati ſunt collegerunt & in ſcriptis redegerunt, ipſis noſtris votis per eos collectis factisque per eos collationibus numeri ad numerum meriti ad meritum zeli ad zelum atque comperto quod in venerabilem virum Dominum *johannem de Lyſura* Decretorum Doctorem concanonicum noſtrum major pars noſtrum vota ſua direxit & in eum plura numero vota concordarunt, eundem egregium virum Dominum *johannem de Lyſura* per organum dicti Domini Scolaſtici *Henrici* ad hoc collegarum ſuorum ibidem preſencium & aſſidencium conſenſum habentis in noſtrum & Eccleſie noſtre Prepoſitum elegerunt & pronuntiarunt ſimul & nos elegimus & pronuntiavimus ſub hac verborum forma: Ego *Henricus* Scolaſticus unus ſcrutatorum & compromiſſariorum in preſenti electione Prepoſiti datus, Quia ego & College mei repperimus majorem partem concurrere votorum in Dominum *johannem de Lyſura*, ideo de mandato & conſenſu dictorum meorum collegarum nomine meo & ipſorum ac totius capituli juxta traditam nobis poteſtatem eundem Dominum *johannem de Lyſura* in noſtrum & Eccleſie noſtre Prepoſitum eligo & pronuncio in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, quam quidem ele-

Digitized by Google

ctionem ſic factam tamquam de perſona nobis & Eccleſie noſtre utili & ydonea litterarum ſcientia, rerum experiencia ac laudabilibus alijs probitatis & virtutum meritis multipliciter inſignita nos omnes & ſinguli approbavimus gratamque ratam & acceptam habuimus, ipſumque Dnūm *johannem de Lyſura* ſic electum attente rogavimus ut hujusmodi electioni de perſona ſua ut premittitur facte conſenſum ſuum & voluntatem adhibere dignaretur. Qui quidem Dnus *johannes* electus licet ſe ex humilitate indignum aſſerens tunc excuſaverit terminum tamen ad deliberandum an in hujusmodi electione de ſe facta conſentire vellet recepit. Acta ſunt hec in loco noſtro capitulari ut premittitur Anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono, indictione ſecunda die & hora ſupradictis Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dn̄i *Eugenij* Divina providentia Pape *Quarti* anno nono preſentibus ibidem honorabilibus viris Magiſtro *Conrado Bensheim* & *Jacobo Welder* canonicis Eccleſie noſtre teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Deinde vero Anno & indictione & Pontificatu quibus ſupra die vero martis decima ſeptima menſis Novembris hora veſperorum vel quaſi dictus venerabilis Dominus *Johannes de Lyſura* electus coram nobis Decano & Capitulo predictis capitulariter in dicto loco capitulari congregatis conſtitutus dixit & propoſuit quod alias hujusmodi electioni de ſe facte conſenſiſſet eamque cum humilitate & reverentia acceptaſſet & hoc in noſtram deducens noticiam iterum

ex

ex ſuper habundanti electioni de perſona ſua ad Prepoſituram Eccleſie noſtre predicte ut premittitur facte conſenſit ipſamque dignitatem ſponte & libere acceptavit. Quapropter veſtram Reverendiſſimam Paternitatem rogamus & exhortamur in Domino quatenus hujusmodi electioni tam canonice & concorditer celebrate veſtre confirmationis & approbationis robur adjicere ipſumque Dominum electum in noſtrum & Eccleſie noſtre Prepoſitum inſtituere & inveſtire aliaque prout ad Rmam Paternitatem veſtram ſpectat & pertinet facere dignemini adhibitis ſolempnitatibus debitis & conſuetis ut autem omnium noſtrum vota in premiſſis concordaſſe cognoveritis preſentes noſtras litteras ſigillo noſtri capituli majore ſigillatas & per Notarium publicum infra ſcriptum ſubſcriptas & ſignatas veſtre Reverendiſſime Paternitati duximus preſentandas. Acta ſunt hec Anno indictione die menſe hora loco & pontificatu quibus ſupra, preſentibus ibidem honorabilibus viris Magiſtro *Conrado Bensheim* canonico Eccleſie noſtre & *Henrico Lutzelnburg* clerico Trevirenſis Dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Theodericus* Meynhardi de Aſſendelff clericus Trajectenſis Dioc. publicus Imperiali auctoritate Notarius quia juramentorum preſtationi ſcrutinio electioni. conſenſus adhibitioni omnibusque alijs & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque cum ipſis ſic fieri vidi & audivi, idcirco hoc publicum Decreti inſtru-

 mentum

mentum per alium fideliter conſcriptum exinde confeci & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli majoris capituli ſupradicti conſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

* Legi meretur Decretum de Collationibus beneficiorum *Triceſimæ primæ ſeſſionis Concilij Baſileenſis*, quod incipit: *Placuit Divinæ pietati* cum alijs Decretis de *qualificationibus & ordine promovendorum* loquentibus.

XI.

COMMISSORIUM PRO CONFIRMANDA ELECTIONE PRÆDICTA.

Theodericus Dei Gratia Sancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius honorabili *Petro de Udenheim* Ecclefie noſtre Magunt. Scolaſtico devoto nobis in Chriſto ſincere dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Cum vacante Ecclefie beate *Marie Virginis ad Gradus* Magunt. Prepoſitura per mortem bone memorie Magiſtri *Hermanni Roſt* jam dicte Ecclefie Prepoſiti noviſſimi honorabiles devoti nobis in Chriſto dilecti Decanus & capitulum ejusdem Ecclefie beate *Marie ad Gradus* honorabilem in Chriſto dilectum *Johannem de Lieſer* in Decretis Doctorem prefate Ecclefie canonicum in Prepoſitum

tum ipſius Eccleſie ut intelleximus concorditer elegerunt, ex parte cujus electi & ejus electionis nobis fuit ſupplicatum quatenus de meritis dicte electionis cognoſcere ipſamque approbare confirmare & eidem electo impendere ea que noſtro officio ordinario incumbunt in hac parte gratioſe dignaremur, nos vero in preſenciarum Eccleſie noſtre ac noſtris alijs negocijs diverſis & adverſis multipliciter prepediti predicte electionis cognitioni confirmationi & alijs premiſſis vacare non valentes, de tua legalitatis honeſtate confiſi tibi vices noſtras in dicto electionis negocio & in omnibus emergentibus dependentibus & connexis plenarie committimus per preſentes, honeſtatem tuam in Domino exhortantes quatenus in dicto negocio rite & canonice procedens, de meritis dicte electionis & ipſius electi cognoſcas & eandem electionem, ſi faciendum videbitur confirmes & eidem electo impendas & facies ea que ſibi in dicto electionis negocio fuerint impendenda & facienda cum ſolempnitatibus & cerimonijs in talibus ſervari ſolitis & conſuetis faciens quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari, Teſtes vero qui nominati fuerint ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili compellas veritati teſtimonium perhibere. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum *Francfurt* die decima menſis Novembris Anno Dni Milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono. *

* An. MCCCXXV. *Wernhero de Bolandia* Præpoſito Eccleſiæ *S. Victoris* extra muros *Moguntiæ* vitâ functo, electio novi Præpoſiti dictæ Eccleſiæ dubia red-

 debatur.

debatur, cum ſanctæ Mognntinæ ſedis Archiepiſcopus *Mathias* jus nominandi Præpoſitum ad ſe pertinere crederet. Is tandem facta rei diſquiſitione recognovit, quod capitulum *S. Victoris* ſuper jure eligendi Præpoſitum Auctoritate ordinaria inpoſterum impediri non debeat, jure tamen ordinario in caſibus negligentiæ vel ſi capitulum eligendo in forma vel in materia peccare contigerit, ſemper ſalvo. Chartas deſuper confectas vid. in *Rebus Moguntiacis Chriſtiani johannis Tom. II. p. 604. & 617.*

An. MCCCXXXVII. *Henricus* Archi-Epiſcopus Mog. ex jure devoluto providit de Præpoſitura Eccleſiæ *S. Petri* extra muros Mog. inſimul recognoſcens, quod jus nominandi dictæ Eccleſiæ Præpoſitum non ad Archi-Epiſcopum Mog. pro tempore exiſtentem ſed ad capitulum *S. Petri* pertineat, niſi iterum & de novo per negligentiam vel aliam juſtam cauſam ad Archi-Epiſcopum devolvatur. Joannis *l. c. p. 484.*

Interim è Diplomatibus manifeſtum eſt, quod Archi-Epiſcopi Mogunt. plures contulerint Præpoſituras. Sic apud *de Gudenus* legitur Proviſio de Præpoſitura *Limburgenſi ad Lahnam Tom. III. pag. 39.* confer. Commentatio octava Diœceſis Moguntinæ in Archidiaconatus diſtinctæ. De collatione Præpoſituræ *B. Mariæ Virginis Erfordiæ* factâ per *Henricum* Archi-Epiſcopum vid. de *Gud. Tom. III. pag. 150.*

Neque deſunt exempla, quod capitula poſt concordata Germaniæ juri ſuo eligendi Præpoſitos tenacius inſtiterint. Nam

An. MCCCCLX. *Thomas Pürckheimer* Præpoſituram Eccleſiæ collegiatæ *B. M. V. ad Gradus* Moguntiæ in Romana curia impetrabat, ſed cum capitulum juri ſuo antiquiſſimo non ceſſiſſet, proviſus dignitatem dimiſit, quam capitulares dedere *Georgio Pfinzing* primo Univerſitatis Moguntinæ Cancellario, qui ob. 1478.

An.

Digitized by Google

An. MCCCCLXXX. *Henricus Comes de Schwarzburg* Dominus de *Arnſtadt* & *Sondershauſen* Canonicus Moguntinus, Proviſor Erfurtenſis & ſupremus *Eichsfeldiæ* præfectus Præpoſituram *S. Petri* reſignando dimiſit & Capitulum elegit *Henricum Reuſs de Plauen* Canonicum Moguntinum & Decanum Colonienſem.

An. MDLIX. Decima quarta januarij vita functus eſt *Marquardus* de *Stein* Præpoſitus *S. Victoris* extra muros Mog., cui per electionem Capitularem ſucceſſit *Richardus Comes Palatinus Rheni* præfatæ Eccleſiæ Canonicus. Is ipſe

Anno eodem Præpoſituram reſignavit & Capitulum elegit *Alexandrum Fugger* Baronem de *Kirchberg*.

Anno MDLXIV. poſt obitum *Luberti Scheifert* Præpoſiti Eccleſiæ *B. M. V. ad gradus* Mog. electus eſt à Capitulo *Georgius de Schönenburg* Canonicus Moguntinus, factus dein Decanus & Præpoſitus Major nec non Epiſcopus Wormatienſis. Is è vivis abijt

An. MDXCV. die undecima Auguſti, & Capitulum *B. M. V. ad Gradus* Præpoſitum elegit *joannem ſuicardum de Cronberg* Eccleſiæ majoris Decanum, in ſpiritualibus vicarium Generalem, qui *joanni Adamo* in Archi-Epiſcopatu ſucceſſit. *ita protocolla.*

Aliquarum ſolummodo Eccleſiarum electiones attulimus, certi cæteroquin, quod idem & alibi viguerit & partim adhuc vigeat jus, uſus & obſervantia. Ex his autem & infra ſequentibus exemplis de alijs dignitatibus poſt concordata per electionem collatis Germanus legum Eccleſiaſticarum ſtudioſus genuinas deducat ſequelas & reflectat maturius in illum ſum concordatorum: *De cæteris Dignitatibus*, aliasque meditationes deſuper inſtituat.

XII.

INSTITUTIO DECANI ET ORDINATIO CIRCA NUMERUM PRÆBENDARUM ECCLESIÆ CELLENSIS.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Eberhardus* Dei gracia Abbas Hornbacenſis Eccleſie. Cum divine diſpenſatio providencie tales in Eccleſia ſua prelatos velit inſtitui, qui ad religionis promotionem ſollerter intenti bonum earundem ſtatum eccleſiarum roborare vel in melius ſtudeant reformare. nos in Eccleſijs noſtre commiſſis humilitati ipſarum conſulentes neceſſitatibus oculum circumſpectionis claudere non debemus. Quia ergo dilectiſſimorum commonitione fratrum & inſtanti peticione canonicorum videlicet *Eccleſie Cellenſis* eandem eccleſiam à predeceſſoribus noſtris Abbatibus Hornbacenſibus fundatam diverſis donationibus & privilegijs ſublimare curavimus, adhuc quoque ipſorum pie devotioni & juſte poſtulationi paterne decrevimus annuere. & utilitatibus eorum honeſte providere. Auctoritate igitur Dei omnipotentis & beati *Pirminij* & noſtra qui in loco regiminis vice ſua licet indigni preſidemus ſtatuimus & inviolabiliter in poſterum volumus obſervari Ne capitulum memorate eccleſie poſtmodum ſit absque Decano. Verum per nos ſive per noſtros ſucceſſores Abbates canonice inſtitutos idonea ad idem officium inſtituatur perſona. unus videlicet de fratribus qui cum primis chorum intrantibus & cum noviſſimis appareat egredientibus; quod ſi inſtitutus in hijs

&

& alijs ad officium ſuum pertinentibus negligens exſtiterit & ſecundo vel tercio ab Abbate commonitus non ſe correxerit convictus quoque de hijs aut confeſſus ab eodem per Abbatem deſtituatur officio & alius ei ydoneus ſubſtituatur; Jdem vero Decanus omni jure Decanie fungatur. duarum ſtipendia prebendarum integraliter percipiat & minorem tocius parrochie decimam. cum dote & oblacionibus & ut legitimus paſtor ſynodos frequentabit & de cathedratico jure. de lumine de tecto chori parrochie reſpondebit. Decima vini & annone in *Nivera* ad uſus fratrum cedente; cum vero fratres defuncti alicujus qui bona ſua ſive in fundis ſive mobilibus beato *Philippo* legavit commendationem celebraturi fuerint omnium oblationum preſente funere in prima & communi miſſa habitarum Decanus terciam partem & quod reſiduum fuerit capitulum ſorcietur. in reliquis miſſis. quidquid oblatum fuerit teneant quibus offertur; nunc vero paterne ſollicitudinis exigente officio ac pie Karitatis devocione nos ad hoc invitante ſtipendiorum eccleſie perſpecta tenuitate & ut ibidem militantes tam libencius quam efficacius velint & poſſint in Dei laudibus militare numerum quindecim prebendarum ibidem à noſtris predeceſſoribus inſtitutarum redegimus ad numerum duodenum; ſtatuentes eciam ut non reſidentes ſint ſimili modo non percipientes; ſi quis autem fratrum deceſſerit. ordinet de anno gratie ſecundum quod voluerit & proventus anni ſequentis cedent in uſus fratrum; officia quoque dignitatum & inveſtituram prebendarum absque ipſorum electione. ſicut extitit ab an-

L 5 tiquo

Digitized by Google

tiquo. Nobis ſunt recognoſcentes Decanus in ſuſceptione Decanie. conventui ſervicium tenebitur ad unius libre eſtimationem; Dominorumque ſancti *Pirminij* ſi quis obierit, honorabiles exequias XXX videlicet miſſarum eidem defuncto celebrabunt de facultatibus eccleſie ac ipſius allodijs nichil alienabunt; hec itaque preſente & conſentiente eccleſie noſtre conventu & Cellenſi capitulo ſtatuentes hanc noſtre inſtitutionis cartam ſcribi juſſimus ſigilli noſtri & eccleſie noſtre in preſſione ac teſtium ſubſcriptione ipſam munientes; ſunt autem hij teſtes. *Arnoldus* Prepoſitus. *Rudolfus* Decanus. *Fridericus* Cellararius. *Erbo* Cantor alijque fratres univerſi conventus ſcti *Pirminij* & capitulum ſcti *Fabiani*. Capitulum Cellenſe. *Symon* comes *ſarapontis*. Comes *de Liningen*. Actum Anno Dni M°CC°XXX° Indictione jjj. nono ordinacionis noſtre Anno. Datum in *Hornbach* Nonis julij.

XIII.

ECCLESIA EIMBECCENSIS SUPPLICAT PRO CONFIRMATIONE ELECTI DECANI.

Reverendo in Chriſto patri ac Domino Domino *Henrico* ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopo capitulum eccleſie ſancti *Alexandri Eimbec.* ſue dioceſ. cum debita ſubjectione reverentiam in omnibus & honorem Decano noſtro defuncto elegimus nobis in Decanum Magiſtrum *Thidericum de Marsfelde*

Digitized by Google

felde concanonicum noſtrum, prout in decreto electionis noſtre paternitati veſtre transmiſſo plenius continetur, & cum multa inſtantia conſenſum ipſius obtinuimus & quia proventus decanatus ſunt ita tenues & exiles & ſtatus vie malus eſt, Ita quod dictus electus pro confirmatione ſua non poteſt ſe commode & tute veſtro conſpectui perſonaliter preſentare ob id paternitati veſtre duximus humiliter ſupplicandum, quatinus confirmationem dicte electionis committere alicui prelatorum prepoſiture Northun. dignemini coram quo dictus electus electionis ſue negotium proſequatur Datum *Emberke* feria ſexta poſt Petri ad vincula ſub noſtro ad cauſas. *

* Dignitatem Decanalem etiam poſt concordata in menſe Papali vacantem eligibilem eſſe, demonſtrant caſus in protocollis collegiatarum Mogunt. obvij, è quibus tantum paucos ſeligere placuit.

An. MCCCCLXXXI. die 24. Martij *joannes Darts* Decanus S. Stephani mortuus eſt. *joannes de Monte* aliàs de *Bergen* Decanatum in curia Romana impetravit; ſed capitulum ea propter litigans tandemque triumphans lapſo abhinc triennio *Hermannum Sternberger* ex Cantore Decanum elegit.

An. MCCCCLXXXIII. die 18vâ Martij vitâ exceſſit *j. jacobus Welder* de *Siegen* Primus Academiæ Moguntinenſis Rector, Decanus S. *Petri*, *Bernardus Gros* vi precum Imperialium poſſeſſionem Decanatus petijt ſed non impetravit à capitulo, hinc maluit jus ſuum dimittere, quam in judicio deſuper contendere. Electus igitur eſt *joannes Wisberger* Decanus.

An. MCCCCXCIII. die 5. Septembris Obijt *Henricus de Lebenſtein* Decanus S. *Victoris*, cujus capitulum elegit *Henricum Silberberg* Præpoſitum *Monaſte-*

naſterij in *Eiſlia* digniſſimum in Decanatu ſucceſſorem.

An. MDXV. die ... januarij ſupremum vitæ diem explevit *joannes Hebelin* Decanus *S. Mauritij*, in cujus locum elegit capitulum per compromiſſarios *Eberhardum Schieſer*.

An. MDXXIV. die 17. nov. Decanus *S. joannis joannes Büren* Romæ ſedis Apoſtolicæ cauſarum procurator officio illic immortuus eſt; *Philippus Glan* unanimibus capitularium votis defuncto meruit ſurrogari.

An. MDXXV. *Theodericus Sparr* Decanus *S. Stephani* Romæ ultimum poſuit ſpiritum, huic ſucceſſit per viam electionis *joannes Breithart*.

An. MDXXXII. die 7. Septembris *Rudolfus Rulini* Decanus *B. M. V. ad gradus* fatis functus eſt, capitulum elegit in Decanum *Antonium Wiedmeyer* qui anno 1545. à *Sebaſtiano* Archiep. Mog. Romam transmiſſus eſt ut peteret pallium.

An. MDXXXVIII. die . . . januarij Rebus humanis exemptus eſt *Melchior Wasmuth* Decanus S. *joannis*, cujus in locum capitulariter electus eſt *Gerhardus Iſing*.

An. MDLXI. die 24. julij obijt *Petrus Adel* Decanus *B. M. V. ad gradus*, poſt longam vacaturam capitulum elegit *joannem Berneburg*.

An. MDLVIII. die 9. nov. *jodocus Selbach* Decanus *S. Petri* mortuus eſt. Capitulum elegit *Philippum Acker* ſive *Agricola*.

An. MDXC. 1. julij obijt *joannes Berneburg*, Decanus *B. M. V. ad gradus* & capitulum poſtulabat Domicellarem *Ethereum Hofmann*.

An. MDCXIX. die 3. Martij mortem obijt *Georgius Fridericus Fauſt*, deceſſori electione facta ſurrogatus eſt *Petrus Renartus*.

An.

An. MDCLXXIV. die 30. Septembris morte ſublatus eſt *Henricus Engels* Decanus *S. Petri*; capitulum elegit *Chriſtianum Lindla. &c.* conferantur ea quæ ſupra poſt nrum XI. notavimus.

XIV.

STATUTUM SUPER STATU SCHOLASTICORUM ET PROMOTORUM SEU PROMOVENDORUM NOVITER AD PRÆBENDAS &c. *

G*erlacus* Dei gratia ſanćte Moguntinae ſedis Archi Epiſcopus, ſacri Jmperij per Germaniam Archicancellarius, Univerſis & ſingulis Præpoſitis, Decanis, Scholaſticis, Cantoribus & alijs Prælatis, Canonicis & Clericis quibuscunque per noſtras civitatem & Diœceſin Moguntinam conſtitutis, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officij noſtri cura continua quam in cunćtis agendis & reformandis per noſtras Civitatem & Diœceſin habere nos oportet, die noćtuque pervigil ad hoc accelerat, ut etiam ſpreto proprij noſtri corporis commodo per voluntarios labores ſubditorum removeamus ſcandala & gravamina ac ipſis utilitates & commoda in pacis fiducia quantum nobis ex alto conceditur, mente avida procuremus; Tunc enim verè & rite in ſubditorum poſſumus gloriari ſalute, cum & ipſi relatione viciſſitu-

* Ex libro antiquo Statutorum Eccleſiæ collegiatæ Bingenſis ad S. Martinum.

ciſſitudinaria de procurata à nobis eis pace & concordia congratulari poterint inconvulſè. Dudum ſiquidem à longævis temporibus juſte, providè, ac religioſe Jnſtituta Prælatura Scholaſteria tam in Eccleſia noſtra Moguntina, quam in alijs Eccleſijs Collegiatis noſtrarum Civitatis & Diœceſis ipſis Prælaturis annexa fuerint quædam concernentia labores & onera, quædam verò honores & emolumenta, ac inter alia ipſis Prælaturis annexum invenimus, quod Scholaſtici exiſtentes pro tempore, minores promotos ad canonicatus & præbendas in ſuum regimen ac gubernationem reciperent, ipſosque in ſcientia, moribus & honeſtate diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſuarum Eccleſiarum pijs admonitionibus informarent; ſed heu quod ordinatum eſt & fuerat circumſpectè ad minorum eruditionem & profectum, jam laxatis habenis ultra protrahitur ad majorum & ut plurimum provectorum graviſſimum detrimentum. Hoc enim docet experientia efficax rerum Magiſtra, quod plures ſcholaſtici noſtris temporibus non in tantum quærunt minorum informationem ſicut avaritiæ cœcitate burſarum ſuarum repletionem & ſubſtantiarum tam minorum quàm provectorum evacuationem. Tanto quoque tempore maxime adultis eſt interdicta ab ipſis ſcholaſticis præbendarum ſuarum adminiſtratio, quamvis ſecundum leges & canones inſpecta ipſorum ætate tutores ſeu curatores eis dandi non eſſent, quod decurſo ut in pluribus ſtatu eorum perfectiori vacuis manibus incedunt, reſpicientes aliquando per quinquennium & ámplius ſcholaſticorum ſuorum eman-

emancipationem nec habentes de præbendarum ſuarum fructibus poteſtatem aliquam diſponendi; propterea nos providè attendentes quod virtus naturalis à primaevo procreata in hominibus debilitatur de die in diem & quod humana eſſentia tantum rigorem in inſtanti tempore ſuſtinere non poteſt, præmiſſis inſolentijs, gravaminibus & incommodis taliter occurrere volumus, ut promoti maximè adulti ſe gaudeant relevatos, & ſcholaſtici de conſtitutione noſtra præſenti conqueri non valeant ſe fore gravatos; ſtatuimus igitur & matura ac diligenti deliberatione præhabita perpetuo ordinamus ut quandocunque aliquis infra ſextum decimum annum excluſivè ad aliquam præbendam promotus fuerit pacificè, in hoc vel alijs ſubſcriptis caſibus quod ſcholaſticus illius Eccleſiæ illum juvenem usque ad decimum octavum annum & non ultra, dum tamen promoveatur ad ſacros ordines, à quo etiam ipſe vel capitulum in ſubſcriptis caſibus prohibere eum non poſſit, liberè valeat retinere, ſibique curet more ſcholaſtico præeſſe prout & prodeſſe. ſi verò aliquis nullam prærogativam ſtatus habens in ſexto decimo anno vel ulterius aſcendendo usque ad viceſimum tertium annum incluſivè præbendam canonicalem in aliqua Eccleſia conſecutus fuerit, hunc ſub jugo ſcholaſtici per biennium tantum & non ultra numerando vel computando à tempore integræ perceptionis fructuum ad minus dimidiorum usque ad biennium ex tunc plenè elapſum, & non admiſſionis vel receptionis pacificæ eſſe volumus, dummodo ad ſacros ordines interim promoveatur etiam contra Scholaſtici

Digitized by Google

ſtici voluntatem, quem etiam Scholaſticus pro tempore exiſtens ſimiliter poterit retinere ut ſuperius eſt expreſſum; ſi qua autem ſimplex perſona ſacerdotium perſonatum ſeu ſtatum alium non habens in viceſimo quarto anno vel ulterius aſcendendo, deinceps præbendam canonicalem conſecutus fuerit, hunc per unum annum tantum & non ultra, dummodo ad ſacros ordines juxta præmiſſa promoveatur, ſub jugo Scholaſtici volumus remanere. Non eſt enim mirum, quod talis cum moderamine præſenti ad præmiſſa habilis reputetur, qui etiam ad curam parochialis Eccleſiæ juxta ſanctiones Canonicas in hujusmodi ætate eſt habilis & idoneus præſignatus, qui verò ceſſante dolo & fraude ante promotionem ad hujusmodi præbendam, perſonatum vel ſacerdotium habuit, vel locum capitularem in diœceſi noſtra ſeu aliena per annum poſſedit, eo ipſo à jugo Scholaſtici ſit exemptus, ſalvo eo, quod ad impendendam ſibi reverentiam & obedientiam tanquam ſuo prælato, ſi idem Scholaſticus hoc deſideraverit ſub expenſis ipſius Scholaſtici in hoſpitio ejusdem ſtare debebit, cnm decentia debita & honeſta. Cœterum quandocunque aliquem ſuper præbenda ſua litem habere contigerit, illum durante lite vel etiam ſi tempora hujusmodi conſtitutionis effluxa fuerint totaliter, per Scholaſticum peti nolumus, nec eum, ut apud ipſum remaneat, arctari quomodolibet vel compelli, ne illum nunc per litem nunc per retentionem Scholaſtici oporteat dupliciter aggravari; ſi verò ſedata lite tempora hujusmodi conſtitutionis nondum plenè fuerint effluxa, ſtatuimus, quod promotus, tempus quod

ſuper-

Digitized by Google

ſupereſt tantum ſub jugo Scholaſtici adimplere teneatur, hoc ſemper obſervato ut idem promotus ſi noluerit, poterit infra hujusmodi tempora ad ſacros ordines promoveri; hujus autem præbendæ fructus integre, ut ſupra eſt expreſſum, habito reſpectu ad tempus elapſum Scholaſticus recipere poterit juxta ratam temporis ſubſequentis. Si quis autem Scholaſticus quemquam promotum ultra hujusmodi tempora & promotionem ad ordines ſacros, qui ipſo jure absque quolibet ejus facto, ab eo eſſe emancipatus dignoſcitur, retinere præſumpſerit, vel in receptione ſacrorum ordinum prohibuerit ac ſine exactione aliqua eum non dimiſerit, nulla tam præſentationis per eum facienda, ſeu aliquá alia contra præmiſſa etiam in Eccleſijs diutius obſervata ſibi ſuffragante, ad reſtitutionem dupli ejus, quod ab eo recepit, ſine remiſſione aliqua teneatur & nihilominus ipſo facto ſit excommunicationis ſententia innodatus; Poſtquam verò prædicta tempora in ſimplicibus perſonis apud Scholaſticum elapſa fuerint & promotio ad ordines ſacros, id eſt, ſubdiaconatus intervenerit, ut præfertur, volumus, ut Decanus & Capitulum Eccleſiæ in qua hoc evenerit, taliter emancipatum ipſo jure à jugo Scholaſtici per lapſum temporis & promotionem ad ordines prædictos examinationi debitè ſubjiciant & per menſem vel duos ad longius de ejus ſcientia experiantur & ſuper eo debitè ſe informent, & ſi invenerint eum habilem & idoneum in legendo & cantando, in quo cultus divinus conſiſtit & honor chori perficitur, ac in quibus diſciplina chori maximè adimpletur; niſi talis promotus ad altius ſtu-

 dium

dium properet voluntariè, talem non obſtante contradictione ſeu exceptione cujuscunque de media præbenda vel alias quomodocunque ipſum poſtquam eos ſuper hoc rèquiſiverit, coram publico ſingulariter vel communiter ex tunc infra octo dies proximè ſubſequentes ad capitulum recipiant, ac eum tractatibus capitularibus permittant una cum alijs liberaliter intereſſe; hoc ſemper ſalvo, quod ſi Decanus & Capitulum vel major pars ipſius ad numerum perſonarum & non effectum juris quoquo modo ſenſerint, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, quod ex miſſione promoti ſeu beneficiati ad ſtudium utilitas perſonæ vel Eccleſiæ oriatur, quod ex tunc juxta conſuetudinem ipſius Eccleſiæ ad ſtudium per eosdem liberè transmittatur. In conſtitutis autem in perſonatibus ſeu Prælaturis vel actu ad ordinem ſacerdotalem ordinatis vel qui alias capitulum ubicunque per annum intraverunt, ut præmittitur, conſtituimus quod absque difficultate qualibet, cum ſecundùm præmiſſa alias ſufficienter probati noſcantur, ad capitulum ceſſantibus impedimentis legitimis ſine pertractatione aliqua requiſiti ut præmittitur, admittantur. Licet autem in dando vel recipiendo taxum præbendarum vacantium ad nos optio vel electio primò de jure pertinere poſſet, tamen ne circa præmiſſa aliquod obſtaculum ingeratur, ſtatuimus, quod ſine omni optione vel electione taxus medietas præbendæ, quæ vacaverit, exiſtens in corpore una cum præſentijs ad promotum perveniat, reliqua verò medietas nobis pro annis biennalibus vel alias ubi beneficia vacantia cedere debebunt, legitimè conferatur.

feratur. Volumus autem quod quandocunque ſecundum præmiſſa ſuper ætate dubium oriri contigerit, deficientibus alijs probationibus, ſuperior habito judicio de aſpectu promoti ſuper probatione ſuæ ætatis juramentum ſibi deferre valeat & quod, ut ſic per delatum juramentum & per eum præſtitum ſecundum credulitatem & informationem parentum in hoc caſu ætas ipſius efficaciter ſit probata. Præmiſſa autem omnia & ſingula ex cauſis rationabilibus & legitimis conſtituimus ac ex certa ſcientia ordinamus, nolentes quibuſcunque perſonis contra præmiſſa ſtatuta conſuetudines vel privilegia ſeu appellationes vel diffugia quæcunque Eccleſiarum vel perſonarum in aliquo ſuffragari, etiamſi firmata fuerint juramentis, quæ contra prædicta rationabiliter jam conſtituta, irrationabiliter videntur eſſe ſervanda, & ideo ea minime ſervari declaramus & eadem tollimus, relaxamus ac ſuper eis præſentibus diſpenſamus. Capitulum verò quod contra hanc noſtram conſtitutionem quicquam attentare præſumpſerit, cum effectu ſuſpenſionis ſententia ſe ſciat firmiter innodatum. Hanc autem noſtram conſtitutionem non ſolum ad futura extendi nolumus, ſed arctius in præcedentibus obſervari, ac quod nobis non licet ad præſens in præcipiendo jure Metropolitico Eccleſijs & perſonis per noſtram provinciam conſtitutis, hoc eis ſaltem ut ipſam conſtitutionem ratione æquitatis & juſtitiæ obſervent præſentibus indicamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc præſentem paginam noſtræ conſtitutionis, voluntatis & diſpoſitionis legitimè infringere vel ei auſu temerario contraire;

 Quis-

Quisquis autem hoc attentare præſumpſerit ultra præmiſſa indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ac ſancti Martini noſtri Patroni ſe noverit incurſurum. Datum XI. Kal. Decembris anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Quinquageſimo quinto.

An. MCCCLXXXIII. Capitulum Metropolitanæ Mog. de antiqua, approbata & hactenus pacifice obſervata conſuetudine ad Scholaſteriam ex obitu *Ottonis de Schonenburg* vacantem elegit *Conradum de Winſperg*, qui fuit Apoſtolice confirmatus. vid. *joann. Tom. 2. pag. 890.*

An. MDCX. die 10. Nov. *Eberhardus Pleſs* Scholaſticus ad *S. Petrum* vivos reliquit, cui ſucceſſit per electionem 13. Dec. ejusdem anni *Valentinus Füll.* &c. Vide notata ſuperius poſt nrum XI.

XV.

ORDINATIO CANTORIÆ ET CVSTODIÆ CELLENSIS.

Hugo miſeratione divina Abbas Horenbacenſis Eccleſie ordinis ſcti *Benedicti* Metenſis Dyoceſis Venerabilium patrum predicte Horenbacenſis eccleſie Abbatum noſtrorum predeceſſorum veſtigijs inherentes Cellenſem Eccleſiam in Maguntina Dyoceſi conſtitutam, quam predicti patres ab ipſis fundatam a primaria ſui inſtitutione paternis proſequentes affectibus tanquam filiam ſpecialem diverſis donationibus & privilegijs ſublimarunt & Nos quoque eisdem patribus divina favente gratia in onere

onere ſucceſſimus & honore, licet impares meritis pari tamen auctoritate fungentes pijs conſolacionibus ſublevandam ac ipſius emendacioni debita ſollicitudine duximus inſiſtendum. Hinc eſt, quod privilegia que pie memorie Dnus *E.* Abbas noſter predeceſſor predicte cellenſis Eccleſie liberaliter olim conceſſit diligencius revolventes Prepoſituram que in ipſa cellenſi Eccleſia olim tanquam inutilis fuit in Decanatum quo tunc eadem eccleſia caruit provide commutatam, numerum quoque quindecim prebendarum qui in eadem eccleſia exſtiterat propter nimiam tenuitatem in numerum duodenum prudenter redactum duarum prebendarum decanatui, unius prebende ad fabricam Eccleſie & unius prebende reditus ad officium rectoris Scolarum per eundem noſtrum predeceſſorem de ſui conventus & Cellenſis Eccleſie conſenſu invenimus deputatos, quam ordinationem ſive conſtitutionem utpote utiliter & laudabiliter incoatam ac feliciter conſummatam non immerito approbantes ipſam per nos & noſtros ſucceſſores inviolabiliter dignum duximus obſervandam, Verum quia parum actum eſſe videtur, quam diu ſupereſt aliquid ad agendum Nos eidem eccleſie plenius conſulere volentes ea que circa Cantorie & cuſtodie officia per negligenciam obmiſſa reperimus per noſtram ordinacionem ſupplere & in ſtatum reducere decrevimus meliorem, ſane quamquam predicta officia in prefata Eccleſia permaxime neceſſaria eſſe noſcantur, eo quod per alterum eorum chorus in diſciplina debita, per reliquum vero theſaurus eccleſie conſervatur ipſis tamen officijs per noſtrorum predeceſſorum ordina-

 cio-

cionem nulli hactenus fuerunt ſpeciales reditus deputati. Conſiderantes igitur quod officium ſuum nulli debet eſſe dampnoſum & quod nemo militare de proprijs ſtipendijs eſt cogendus de tocius noſtri conventus & prenominate Cellenſis eccleſie capituli connivencia & conſenſu ſtatuimus ac in perpetuum volumus inviolabiliter obſervari ut de ſupradictis duodecim prebendis per prefatum Dominum *E.* noſtrum predeceſſorem in jam dicta eccleſia juxta formam prehabitam inſtitutis unius prebende reditus cum omni integritate preſencijs duntaxat exceptis ad uſus predictorum officiorum ſcilicet cantorie & cuſtodie cedant de cetero inter ipſa officia equaliter dividendi ut perſone ad hujusmodi officia jam aſſumpte & per nos ſeu noſtros ſucceſſores Abbates Horenbacenſes in poſterum aſſumende ipſis officijs liberius & efficacius preeſſe valeant & prodeſſe & ſic tam predeceſſorum noſtrorum quam per noſtram ordinacionem conſtitutionem & approbationem octenarius canonicorum & duodenus numerus prebendarum dividendarum inter ſingula predicta officia quemadmodum eſt pretactum in antea ſtabit & permanebit incommutabiliter in eccleſia memorata, ſalvis omnibus alijs privilegijs per noſtros predeceſſores eidem eccleſie usque ad hoc tempus conceſſis liberaliter & indultis, ut autem hec noſtra ordinacio ſeu conſtitucio perpetuis temporibus permaneat illibata noſtro ſigillo una cum conventus noſtri & capituli predicte Cellenſis eccleſie ſigillis preſens ſcriptum fecimus communiri, Datum & actum apud *Horenbach* anno Dni M°CC°LX. Kalendis Aprilis.

XVI.

XVI.

ELECTIO CANTORIS CELLENSIS.

In Nomine Domini Amen per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis ipſum intuentibus pateat evidenter quod anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Indictione octava die vero viceſima menſis Septembris hora nonarum vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri Domini *Bonifacii* divinâ providentiâ pape *noni* anno ſuo undecimo in loco capitulari eccleſie ſancti *Philippi* Cellenſis Meque notario publico & teſtibus ſubſcriptis preſentibus honorabiles viri domini dominus *Druſchelius de Wachenheim* Decanus eccleſie Cellenſis *Petrus* Theſaurarius *Henricus* de *Dyppurg* Magiſter *Johannes* de *Wachenheim Johannes* de *argentina* Canonici capitulares eccleſie ſancti *Philippi* Cellenſ. ſupradicte capitulariter ibidem congregati & capitulum repreſentantes proponentes & dicentes ſe certos tractatus capitulares & deliberationes ſuper Cantoriam Eccleſie ſue cellenſis vacantem ex morte quondam domini *Johannis* de *Meyſenheim* ultimi eorum cantoris pro futuro cantore elegendo habuiſſe cum ejusdem cantorie collatio ad venerabilem & religioſum virum Dominum Abbatem Hornbacenſem Metenſis dioceſis pertineat que per eum de preſenti effectum ſortiri non valeat ut timetur propter ſciſma quod proh dolor ſuſtinet ex parte eccleſie Metenſis cum ipſe dominus Abbas ſubeſſe cenſetur proteſtantes memorati domini capitulares

quod pro eorum cántoris futuri electione quam proſequi intenderent ipſi Domino Abbati prejudicare non preſumerent ex cauſa prenotata ne ergo ex diutina dicte eccleſie Cellenſis cantorie vacantia ipſis & dicte ſue eccleſie incommoda plurima nec non pericula alia evenire poſſent quibus amice, quantum in eis eſſet ut dixerunt finale capitulum ſuper electione futuri cantoris indixerunt ad quod omnes quorum intererit & ſua intereſſe putantes fuerint vocati ut aſſeruerant, quam ob rem dicti domini capitulares ipſis elegerint honorabilem virum dominum *Johannem de Argentina* eorum concanonicum & eorum cantorem tamquam perſonam ydoneam pro utilitate & ſtatu eccleſie ſue predicte ad regimen cantorie. Et ijdem domini capitulares prenotati ſe dixerunt non eſſe inter eos realior & legalior in cantorem eligendum pro ſtatu & honore & utilitate eccleſie & perſonarum quam dominus *Johannes de Argentina* eorum concanonicus quem iidem domini capitulares pro ſe & eorum eccleſia vice & nomine, mediante invocatione ſancti ſpiritus in cantorem predicte eccleſie Cellenſis elegerunt & nominaverunt ſuper quibus predicti domini capitulares capitulariter congregati nullo excluſo pecierunt a me notario publico ſubſcripto ipſis unum vel plura confici publicum vel publica inſtrumentum vel inſtrumenta ſemel vel pluries tociens quociens fuerit oportunum ſubdeinde memorati domini capitulares prenominatum dominum *johannem de Argentina* cantorem eorum electum Reverendiſſimo in Chriſto patri ac Domino domino ſuo gratioſo domino

mino *Johanni* Dei gratia ſancte ſedis Magunt. Archiepiſcopo mediante preſenti inſtrumento publico duxerunt preſentandum humiliter eum deprecantes quatinus eorum electionem in eundem *johannem* de *Argentina* Cantorem electum factam de ſua benignitate & gratia confirmare & approbare cum ſolempnitatibus in talibus fieri conſuetis. Jn cujus electionis teſtimonium ſigilli ſui capituli preſenti inſtrumento publico duxerunt appendendum. Acta ſunt hec anno Indictione die menſis pontificatu hora & loco preexpreſſis preſentibus diſcretis viris dominis *Johanne de Enſelcheim*, *Johanne Heſen* vicarijs eccleſie Cellenſis *petro de Dypach* campanatore *Gerhardo* de *Hornbach* presbiteris teſtibus ad premiſſa rogatis &c.

Et ego *Johannes de Caſſel* clericus Maguntinenſis dioceſis publicus Imperiali autoritate notarius quia dictorum conſtitutioni proteſtationi ratihabitioni electioni aliisque omnibus & ſingulis premiſſis dum ſic fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi Ideoque hoc preſens publicum inſtrumentum exinde confeci propria manu mea conſcripſi & in hanc publicam formam redegi quam ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli capituli prefatorum dominorum capitularium eccleſie Cellenſis conſignavi requiſitus in teſtimonium & fidem omnium premiſſorum &c.

An. MCCLXXXVI. *Hugo* dictus *Slump* Cantor S. *Victoris* per compromiſſum electus eſt. vid. *joann. T. II. p. 638.*

Poſt concordata,

An. MCCCCL. die 10. *Sept.* fato ſuo functus eſt *Joannes Kachel* Cantor S. *Stephani*; cujus in locum capitulum elegit *Hermannum Sternberger.*

An. MCCCCLXIX. die 12. Novembr. extremum vitæ ſpiritum edidit *Udalricus de Bickenbach* Metropolitanæ Mog. Cantor. Capitulum elegit *Ewaldum Faulhaber* de *Wechtersbach. &c.*

XVII.

CONSTITVTIO ALEXANDRI PAPÆ QVARTI CONTRA PLVRALITATEM DENOMINATIONIS CANONICORVM, QVI IN ECCLESIIS NECDVM HABENT BENEFICIVM, INHIBENS, NE PLVRES QVAM QVATVOR DENOMINENTVR.

Judices Sancte moguntine ſedis Tenore preſentium proteſtamur, quod litteras Dñi *Alexandri* pape non cancellatas non abolitas, nec in aliqua ſui parte viciatas vidimus in hec verba *Alexander* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus vniverſis. Patriarchis. Archiepiſcopis. Epiſcopis. & dilectis filijs. Abbatibus. Prioribus. Decanis. Archidiaconis, & alijs Eccleſiarum prelatis, nec non Capitulis, conuentibus, & collegijs earundem Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Execrabilis quorundam ambitio que ſemper plus ambiens eo fit magis inſaciabilis, quo ſibi amplius indulgetur, Et importuna improbitas, cau-

ſam

ſam dediſſe noſcuntur, quod in nonnullis Eccleſijs decem, in aliquibus viginti, in alijs verò pauciores, aut plures, ſive ſedis Apoſtolice vel legatorum ejus Auctoritate, aut proprio motu capitulorum ipſarum, ſeu per alios, ad quos eorundem ſpectat receptio in Canonicos ſunt recepti, qui nondum adepti ſunt beneficia in ejsdem, ſicque tales ſub diutinâ, cum multi ſint, exſpectatione manentes, fruſtrati ſpe, quam de ſuâ prouiſione conceperant, vix poſſunt aſſequi, quod intendunt, & illis, ad quos beneficiorum ſeu prebendarum in eisdem Eccleſijs collatio ſpectare dinoſcitur, facultas adimitur, eadem cum vacauerint perſonis idoneis conferendi; Cum igitur Apoſtolice ſedis benignitas illo affectu dirigi debeat in prouiſionibus clericorum, quod eis conſolatio ſic perueniat, ut Eccleſijs turbatio vel diſpendium non incumbat.

Nos attendentes, quod iſtorum numeroſitas, que propter importunitatem petentium in immenſum excreuit, nonnullis parit ſcandalum & errorem, cum in plerisque Eccleſijs tanta ſit exſpectantium multitudo, quod excedat numerum prebendarum, cogimur excogitare remedium, per quod Eccleſiarum obvietur diſpendijs, & earum perſonis quies & tranquillitas procuretur.

Hâc itaque conſideratione inducti, de fratrum noſtrorum conſilio ſic duximus ordinandum, ut in Eccleſijs, in quibus plures, quam quatuor recepti fuerint, ſiue litterarum dicte ſedis, vel legatorum ipſius Auctoritate, aut proprio motu capitulorum ipſarum vel aliorum, ad quos receptio pertinet eorun-

eorundem, quatuor duntaxat in ipſis Eccleſijs jam admiſſi remaneant, & ſint Canonici in eisdem receptiones factas de reliquis in dictis Eccleſijs de fratrum noſtrorum conſilio penitus irritantes, ac decernentes eos, ad quos in ipſis Eccleſijs prebendarum ſeu beneficiorum ſpectat collatio, ad prouiſionem reliquorum aliquatinus non teneri.

Declaramus quoque Auctoritate preſentium ad omnem jurgiorum materiam amputandam, ut hij, qui per litteras Apoſtolicas in ipſis Eccleſijs recepti fuerint Canonici remaneant in eisdem usque ad quaternarium numerum ſupradictum, eciam ſi poſt receptos legatorum Auctoritate, vel per alios quoscumque in ipſis Eccleſijs ſunt recepti.

Volumus autem, ut ſi ultra quatuor auctoritate ſedis Apoſtolice litterarum in aliquibus Eccleſijs recepti fuerint ex ipſis tantum quatuor primo recepti, remaneant, prebendas ſeu beneficia iuxta receptionis ſue ordinem percepturi, niſi aliqui ex predictis quatuor eadem auctoritate recepti fuerint iure aliquo pociores, quod ſi pauciores ſint quatuor, qui per litteras Apoſtolicas ſunt recepti de alijs auctoritate legatorum dicte ſedis, vel motu proprio Capituli ſeu quovis alio modo primo receptis in ipſis Eccleſijs, tot duntaxat remaneant in eisdem, quod quaternarius numerus impleatur. In illis vero Eccleſijs, in quibus aliqui ſolummodo per litteras legatorum prefate ſedis vel Capituli earundem, ſeu alios ad quos Canonicorum ſpectat receptio, recepti fuerint in Canonicos & in fratres, quatuor tantum primo in eisdem receptos volumus rema-

remanere, & eis de prebendis vel beneficijs ſibi in eisdem Eccleſijs iuxta receptionis ordinem debitis provideri. Cùm autem prioritas vel poſterioritas receptorum hujusmodi in Eccleſijs diſcerni non poteſt, puta quia recepti ſunt aliqui à Capitulis ipſarum, vel aliorum, ad quos Canonicorum receptio pertinet ſimul ita quod neſcitur, quis primo ibidem ius habeat Canonie & cui primo vacatura prebenda vel beneficium debeatur, uel forſitan ità condictum eſt inter ipſos, ut in aſſecutione prebendarum, vel beneficiorum ibi vacantium nullus alteri preferatur illi tantum usque ad quaternarium numerum in ſingulis Eccleſijs, vbi talis receptio facta fuerit, ius habeant canonie, qui Capitulis vel maiori & ſaniori parti eorum, aut alijs ad quos ſpectat receptio, magis idonei videbuntur, quos infra tres menſes poſt publicationem preſentium eadem Capitula vel maior & ſanior pars eorum, aut illi, ad quos Canonicorum predictorum receptio pertinet, approbent digniores, alioquin ex tunc proximus eis ſuperior hos approbandi liberam habeat facultatem, & provideatur eis iuxta ordinem, quem diſponent Capitula, vel major & ſanior pars ipſorum, vel illi, ad quos ſpectat prouiſio, aut proximo ſuperior, ſi ipſi ſuper hoc fuerint negligentes de prebendis vel beneficijs primo in eisdem Eccleſijs vacaturis. Caveant autem taliter Prelati, Capitula, & ceterarum Eccleſiarum Collegia, in quibus eſt certus prebendarum vel beneficiorum numerus inſtitutus, ne aliquem nullâ in eorum Eccleſiâ prebendâ vacante motu proprio recipiant

cipiant in Canonicum & in fratrem, ut canonicam poſſint effugere ultionem, & nos ſuper hoc providere non cogamur. Si verò aliqua Eccleſia paucitatem prebendarum vel beneficiorum habuit, que in receptionem quatuor canonicorum, vel Clericorum reputet ſe gravatam, puta, quia habet tantum denarium prebendarum vel beneficiorum numerum inſtitutum, ſi ſuper hoc ad ſedem Apoſtolicam voluerit habere recurſum, Nos prout expedire videbimus, curabimus prouidere.

Datum *Neapoli* nonas April. Pontificatus noſtri anno primo.

In cujus rei teſtimonium ſigillo noſtro muniuimus preſens ſcriptum.

Alexander * Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio Decano eccleſie ſancti *Guidonis* Spirenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filij Decanus & Capitulum eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. petitione monſtrarunt, quod licet receptiones quam plurium qui auctoritate litterarum felicis recordationis J. PP. predeceſſoris noſtri & legatorum ſedis Apoſtolice ac proprio motu Capituli recepti fuerunt in ipſa eccleſia, pro eo quod quaternarium excedebant numerum per conſtitutionem a nobis editam ſint caſſate, nichilominus tamen ſic recepti per executores ſibi deputatos faciunt adhuc in dictos Decanum & Capitulum excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti ſententias promulgari, alias ipſos occaſione hujusmodi contra juſtitiam moleſtantes, propter quod duxerunt ad noſtram providentiam recurrendum.

Ideoque

Digitized by Google

Ideoque Diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi ita eſt, eisdem executoribus ex parte noſtra inhibere procures, ne de cetero contra eosdem Decanum & Capitulum procedant auctoritate hujusmodi litterarum ac revoces nichilominus ſi quid per eos ſuper hoc contra tenorem conſtitutionis prefate adverſus dictos Decanum & Capitulum fuerit attemptatum, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam Appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum *Anagnie* V. Jdus Februarij Pontificatus noſtri anno ſexto.

* Eſt Bulla Alexandri IIII. PP.

De odioſis expectativis & reſervationibus ſalubriter ſtatuerunt Decreta Concilij Baſileenſis Moguntiæ anno MCCCCXXXIX. acceptata & *Tridentinum ſeſſ. 24. de ref. cap. XIX.* quod expectativas penitus eſſe abrogandas cenſuit.

XVIII.

RESERVATIO IIII^or^ PREBENDARVM PER EPISCOPVM.

Petrus Dei gracia ſancte Mogunt. ſedis Archi-Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archi-Cancellarius diſcretis viris Decano & Capitulo Eccleſie ſancti *johannis* Mog. ſalutem in Domino. Cum in ſtatuto Fritzlarienſi (z) per nos in Concilio noſtro

quod

(z) Concilium Frideslarienſe An. MCCXXXVI. celebratum *Canone VI.*

Statuit:

quod nuper celebravimus in Moguntia innovato in penam eorum qui Canonicos ad vacaturas prebendas contra juris communis ſanctiones preſumunt recipere ſit proviſum, ut hujusmodi receptiones ipſo jure ſint irrite & loci Epiſcopis in quo talia committentur in tot dicti ſtatuti virtute prebendis providere habeant in hijs Eccleſijs quibus Canonici recepti fuerint ad prebendas vacaturas, unde quia in viſitatione in jam dicta veſtra Eccleſia nuper vice noſtra peracta per eos quibus eandem viſitationem commiſimus eſt repertum quod vos quatuor Canonicos contra juris communis & ſupradicti ſtatuti tenorem & finem ad prebendas recipere preſumpſeritis vacaturas, quod nos, ne ſimilia preſumantur à ceteris in juris noſtri negligenciam ſine debita correctione preterire volentes, vobis cum ſepedicti ſtatuti virtute propter veſtre hujus preſumpcionis temeritatem quatuor prebendarum collatio nobis competere dinoſcatur ſub pena ſuſpenſionis, quam in vos canonica premiſſa monitione, ſi huic noſtro contraveneritis mandato, fermius in hijs ſcriptis diſtrictius inhibemus, ne in collationibus quatuor prebendarum que in veſtra proximo vacare contigerint Eccleſia ſimul vel ſucceſſive quocunque modo vos intromittere vel in ipſis prebendis quas predicti ſtatuti au-

ctoritate

Statuit: Quod nullus in Canonicum eligi debet beneficio non vacante niſi juſta neceſſitas vel utilitas Eccleſiæ id requirat & tunc unus tantum & non plures aſſumi debent, ſi qui autem contra hoc ſtatutum præſumpſerint, quod factum eſt, ipſo jure non teneat & Epiſcopus tot præbendas conferre poteſtatem habeat quot perſonæ fuerint ſic aſſumptæ.

Digitized by Google

ctoritate noſtre preſentibus reſervamus collationi, preſumatis aliquid attemptare, decernentes nichilominus irritum & inane quicquid per vos vel quemlibet veſtrum contra hanc noſtram inhibitionem in premiſſis fuerit attemptatum. Datum *Moguntie* anno Domini MCCCXII. III° nonas julij.

XIX.

LITTERA PETRI ARCHIEPISCOPI SUPER PRIVATIONE IIII[or] PREBENDARUM.

Petrus Dei gracia ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius Cantori & Capitulo Eccleſie ſancti *johannis* in Mog. devotis ſuis dilectis ſalutem in Domino. Cum in Eccleſia veſtra predicta quatuor prebendarum proviſiones virtute Concilij Aſchaffenburgenſis per nos in noſtro Concilio Moguntino (*a*) innovati

(*a*) Concilium Mogunt. ſub *Petro* Archiep. an. MCCCX. celebratum. De Conceſſione præbendarum non vacantium. *ex Concilio Aſchaffenburgenſi.*

Item nullus in Canonicum eligatur beneficio non vacante, niſi juſta neceſſitas vel utilitas id poſtulaverit, & tunc unum tantum & non plures aſſumi permittimus, & hic qui taliter aſſumptus fuerit, ſtatim ad reſidentiam compellatur. Si qui contra hoc ſtatutum aliquos vel ſucceſſive vel ſimul plures elegerint, quod factum eſt, ipſo jure non teneat, & Epiſcopus ad tot præbendas poteſtatem habeat eli-

 gendi

vati nobis reſervaverimus ex eo quod vos quatuor perſonas ad prebendas vacatas contra ejusdem ſtatuti prohibitionem ſicut in ſancta viſitatione reperimus in Canonicos recipere preſumpſiſtis, nosque virtute ejusdem reſervationis *Otlino* de *Treveri* clerico de prebenda in ipſa veſtra Eccleſia vacante ex reſignatione *Nycolai de Cadano* providerimus utpote de prima illarum quatuor prebendarum & nunc *johanni de Acſpelt* clerico dicto *Muſeler* de prebenda vacante ex morte quondam johannis veſtri Decani utpote de ſecunda quatuor prebendarum predictarum providerimus propter Deum ipſumque per noſtrum annulum inveſtiverimus de eadem, Devocioni veſtre precipimus & mandamus quatenus dictum johannem vel procuratorem ſuum ejus nomine infra tres dies quorum unum pro primo, alium pro ſecundo & tertium pro tertio monitionis termino deputamus in veſtrum recipiatis concanonicum & confratrem aſſignando eidem prebendam per nos ſibi ut premittitur collatam cum omnibus ſuis juribus & pertinentijs, dandoque ſibi ſtallum in Choro & vocem in Capitulo juxta veſtre Eccleſie conſuetudinem cum ſollempnitatibus debitis & conſuetis, alioquin vos univerſos & ſingulos qui huic noſtro mandato non paruerint cum effectu ex nunc prout ex tunc in hijs ſcriptis ſuſpendimus ab officijs

Divi-

gendi, quot perſonæ ſic fuerint aſſumptæ hujus auctoritate Concilij ſtatuentes, ut ante receptionem perſonæ in Canonicum aſſumendæ perſonæ neceſſitas & utilitas ex receptione hujus ſecutura loci Epiſcopo primitus exponantur, ne ſurreptionis aſtutia in fraudem hujus Concilij aliquid attentetur.

Digitized by Google

Divinorum. Datum *Moguntie* Anno Domini MCCCXIII. XI. Kal. Maji.

XX.

SOLVENDA ECCL. CELLENSI A NEO-CANONICIS ET VICARIIS. &c.

Nos *Blickerus* permiſſione divina Abbas monaſterij ſancti *Pirminij* in *Hornbach* ordinis ſancti *Benedicti* Metenſis Dyoceſis honorabilibus in Criſto nobis devotis ac ſincere dilectis Decano & Capitulo eccleſie ſancti *Philippi* Cellenſis Moguntinenſis Dyoceſis nobis & monaſterio noſtro immediate ſubjectis ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus & vero ſalutari. Sollicitudinis nobis commiſſe depoſcit officium ut ad ea operoſis ſtudijs pervigilique cura intendamus per que eccleſie nobis immediate ſubjecte & eccleſiaſtice perſone nobis fideles & devote felicia in ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiant incrementa, oblata ſiquidem nobis veſtra peticio continebat, quod cum Eccleſia veſtra que à noſtris predeceſſoribus Abbatibus monaſterij Hornbacenſis laudabiliter & fructuoſe fundata inſtaurata eidem inmediate ſubjecta & ab eisdem predijs allodijs nec non omnibus decimis & preſertim paſtorie in Ditelsheim & alijs copioſius dotata exiſtit easdemque decimas predia & allodia nec non omnia & ſingula ſtatuta privilegia gratias & libertates ſepedicte veſtre eccleſie a noſtris predeceſſoribus eidem & vobis rite & rationabiliter donatas indultas conceſſas ac

 donata

donata indulta & conceſſa & ſignanter illud eccleſie veſtre ſtatutum quo inter alia cavetur, quod quilibet canonicus de novo in eccleſia veſtra predicta recipiendus ſtatim & immediate poſt hujusmodi receptionem florenos duodecim renenſes in augmentum preſenciarum & decem florenos conſimiles ad fabricam * nec non quilibet vicarius ſimiliter recipiendus ſex florenos ſimilis monete mox poſt ſuam receptionem in eadem ſimiliter in augmentum preſencie ſepedicte veſtre eccleſie det tradat & aſſignet dareque tradere & aſſignare quacunque contradictione non obſtante debeat & teneatur auctoritate noſtra Abbatiali & ordinaria pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus Abbatibus monaſterij Hornbacenſis & conventu auctorizare approbare gratificare & confirmare dignaremur. Nos igitur *Blickerus* Abbas predictus hujusmodi veſtris rationabilibus ſupplicationibus inclinati ac intra cordis hoſpicium attentius revolventes quod juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus ſupra memoratas decimas & paſtoriam ceteraque predia & allodia nec non ſtatuta privilegia gratias libertates & indulta vobis & eccleſie veſtre ſepedicte à ſepedictis noſtris predeceſſoribus rite & rationabiliter datas donatas indultas & conceſſas ac data donata indulta & conceſſa & ſignanter ſtatutum de duodecim & decem florenis per canonicos & ſex florenis per vicarios de novo recipiendos & admittendos ad fabricam & augmentum preſentie ut premittitur dandos in Dei nomine auctoritate noſtra Abbatiali ordinaria & ex certa ſcientia pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus

Abba-

Digitized by Google

Abbatibus & conventu monaſterij Hornbacenſis predicti approbamus confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. In quorum omnium & ſingulorum robur, fidem & evidens teſtimonium premiſſorum ſigilla noſtrorum Abbatis nec non & conventus predictis preſentibus ſunt appenſa. Datum & Actum in eccleſia Cellenſi feliciter Anno a nativitate Dni Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo ipſo die converſionis Pauli Apoſtoli.

* Pecuniæ in receptione Canonicorum ſolvendæ die Statuten-Gelder pro præſentiarum & Fabricæ augmento, alijsve pijs neceſſitatibus, prout temporum circumſtantiæ exigebant, ſubin augebantur.

XXI.

PRÆBENDARUM CELLENSIUM REDUCTIO CONFIRMATUR.

Heinricus de *Jgſtad* ſancti *Petri* & *Jacobus Buman* beate *Marie in campis* extra muros Moguntin. eccleſiarum Decani commiſſarii ad infraſcripta à Reverendiſſimo in Chriſto patre & Domino noſtro domino *Johanne* ſancte Maguntinenſis ſedis archiepiſcopo ſpecialiter deputati recognoſcimus & ad univerſorum notitiam per preſentes cupimus pervenire Quod conſtituti in noſtri preſentia honorabiles & diſcreti viri domini *Johannes Strasburger* Decanus & *Johannes Eltvil* canonicus eccleſie Cellenſis Magunt. dioceſ. ſuorum & nomine totius capi-

tuli ecclesie cellenſis predicte ut aſſeruerunt, quandam litteram confirmationis per felicis recordationis quondam dominum *Girhardum* tunc Archiepiſcopum Maguht. ſuoque ſigillo oblongo vero & integro in cordula ſerica ut prima facie apparebat appendente ſigillatam, de & ſuper numero certarum prebendarum pretacte ecclesie nec non certis aliis punctis, clauſulis & articulis in ipſa confirmationis litera contentis nobis ſanam integram non cancellatam non abraſam, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes ut apparuit realiter facto & in ſcriptis exhibuerunt, & oſtenderunt, cujus tenor ſequitur in hunc modum: *Girhardus* Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius dilectis in Chriſto Decano & Capitulo ecclesie Cellenſis Mogunt. dioceſ. ſalutem in Domino juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum & vota que rationis tramite diſcordantis effectum proſequentes compleri, ea propter devotis veſtris precibus inclinati ordinationem quam Venerabilis Pater Hornbacenſis Abbas Metenſis dioceſ. veſter patronus in ecclesia veſtra fecit videlicet quod quindenum numerum prebendarum veſtrarum, eo quod fructus ipſarum propter multitudinem nimis forent tenues & exiles in duodenum reſtrinxit & abrogata prepoſitura que paucos admodum habebat redditus decaniam qua ecclesia caruerat ab antiquo prudenter inſtituit ad eandem duarum redditibus prebendarum & ad uſus communes omnium illarum duodecim prebendarum

decimam

decimam in villa *nyveren* aſſignatis ſtatuto inſuper ut canonici non deſervientes perſonaliter nihil percipiant de fructibus prebendarum & morientes anno gratie gaudeant ſicut uolentes duobus ex tunc annis adinſtar aliquarum eccleſiarum noſtre civitatis & dioceſ. ad eccleſie fabricam convertendis prout in Literis ſuper ordinatione ipſa confectis, dicitur plenius contineri auctoritate preſentium confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ſe noverit incurſurum Datum *Maguntie* anno dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo Kalendas Decembris. Poſt cujus quidem litere confirmationis preſentationis & receptionis nobis & per vos ut premittitur factis fuit nobis per prefatos Dominos Decanum & *johannem Eltuil* canonicum nomine quo ſupra humiliter ſupplicatum; quatinus dictam confirmationis Litteram ac omnia & ſingula contenta in eadem auctoritate nobis in hac parte commiſſa nomine ſupradicti domini noſtri Domini *Johannis* Archiepiſcopi Maguntin. approbare collaudare & ratificare dignaremur. Nos vero Commiſſarii ſupraſcripti conſiderantes quod dignum eſt, deſideriis juſtis petentium facile prebere conſenſum ea propter precibus dictorum ſupplicantium inclinati ex premiſſis, & aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum ad hoc moventibus auctoritate, qua fungimur in hâc parte dictam litteram confirmationis, ac omnia & ſingula in eadem con-

ſcripta tamquam rationabilia approbamus, collaudamus & validamus, ipſamque litteram in ſuo robore & firmitate permanere decernimus, & declaramus per preſentes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri *Heinrici* Decani predicti quo nos *Jacobus* predictus utimur ad preſens preſentibus eſt appenſum ſub anno Domini M°CCCC°xiiij. die decima menſis Novembris.

XXII.

BENEFICIVM SACERDOTALE FVNDATVR.

Nos *Walthervs* divina permiſſione & gratia ſedis apoſtolice abbas Monaſterii Hornbacenſis ordinis ſancti *Benedicti* Metenſis diocesis pro nobis & noſtris ſucceſſoribus Abbatibus, & nos *Emericus* Decanus, totumque capitulum eccleſie Cellenſis Magunt. dioceſ. omnibus tam preſentibus, quam futuris preſentem literam inſpecturis cupimus fore notum. Cum nemo mortalium omnipotenti Deo, condignas pro receptis bonis gratias valeat exhibere, nullum tamen gratius eidem obſequium impendere quis probatur quam ſi divini cultus miniſterium de rebus ſuis pro viribus ſtudeat ampliare hinc eſt, quod diſcretus vir dominus *Eberhardus* ſacerdos paſtor parochialis eccleſie ville *Enſelncheim* Magunt. dioceſ. predicte, pia devotione ductus in ſue, ſuorum progenitorum ac beneficiorum animarum ſalutis remedium, divinique cultus augmentum,

bene-

beneficium ſacerdotale perpetuum in dicta Eccleſia Cellenſi officiandum & deſerviendum per ydoneum ſacerdotem apud altare beatorum *Martini Nycolai* & ſancte *Katherine* virginis & Martiris inſtituit & dotat per preſentes eum redditibus quadraginta maldrorum ſiliginis annue penſionis Cellenſis menſure & unius carrate vini pro dimidia carrata franconici pro reliqua vero dimidia parte hunatici crementi ejusdem cellenſis menſure dandis & aſſignandis, ad beneficium prenotatum ſalva reemptione eorundem reddituum cum certa ſumma pecunie per nos abbatem noſtrosque ſucceſſores Abbates, ac conventum Monaſterii noſtri predicti facienda, & in alios redditus beneficiales ad dictum beneficium dandos commutanda prout in literis noſtri abbatis & conventus noſtri predicti ſigillis ſigillatis deſuper editis & confectis plenius continetur. Preterea prefatus *Eberhardus* beneficium per ipſum inſtitutum per ſe vel per alium ydoneum ſacerdotem fructus & redditus beneficii hujusmodi beneficii recipientem ad tempora vite ſue officiabit, ſeu officiari procurabit vel ſi voluerit ad predictum beneficium & quociens opus fuerit ipſo vivente duntaxat, ydoneum ſacerdotem bone converſationis & literature competentis ipſum beneficium poſſidendum ſua collatione Decano & capitulo Eccleſie noſtre Cellenſis preſentabit eodem vero *Eberhardo* mortuo, cum deinceps prefatum beneficium vacare ceperit, ejusdem beneficii collatio & inveſtitura alternatis vicibus facienda, in modum ſubjacentem, ad nos Abbatem noſtrosque ſucceſſores Abbates Hornbacen-

 ſes,

ſes, & Decanum eccleſie Cellenſis pro tempore exiſtentes libere pertinebit. Ita ſane quod ſi poſt mortem memorati ***Eberhardi*** redditus beneficiales predicti per nos Abbatem noſtroſque ſucceſſores Abbates & conventum Monaſterii hornbacenſis predicti non fuerint reempti, tempore vacationis prime beneficii prelibati Decanus Eccleſie Cellenſis pro tempore exiſtens, predictum beneficium ſacerdotale conferet prima vice ydoneo ſacerdoti honeſte converſationis & literature competentis infra duos menſes poſt notoriam ſibi vacationem beneficii predicti proxime ſubſequentes, & deinde Abbas Hornbacenſis pro tempore exiſtens beneficium hujusmodi cum proxime vacare ceperit conferet vice altera ydoneo ſacerdoti ut preſcribitur infra duos menſes elabendos poſt notoriam vacationem ſibi per Decanum Eccleſie Cellenſis tunc exiſtentem notificandam, ſi vero poſt mortem memorati ***Eberhardi*** beneficio preſcripto prima vice vacante ejusdem beneficii redditus reempti fuerint per nos Abbatem aut noſtros ſucceſſores abbates & conventum Monaſterii noſtri, prefati extunc abbas Monaſterii hornbacenſis conferre beneficium prenotatum prima vice, cum vacare ceperit ydoneo ſacerdoti infra duos menſes poſt notoriam vacationem ſibi denuntiandam per decanum ut prefertur, & Decanus Cellenſis pro tempore exiſtens, conferet altera vice infra terminum duorum menſium preſentatum, & ſi hujusmodi beneficii collatio per Abbatem Hornbacenſem facta fuerit in perſonam actualiter in ſacerdotio non exiſtentem ipſa collatio ſit facta

ſit

ſit nulla, irrita & inanis & Decanus Cellenſis pro tempore exiſtens, defectum Abbatis ſupplendo, beneficium conferet ydoneo ſacerdoti infra terminum duorum menſium deinde proxime ſubſequentium ut prefertur & ſi Decanus Cellenſis conferret beneficium hujusmodi in perſonam actualiter in ſacerdotio non exiſtentem, Abbas pro tempore exiſtens defectum Decani ſupplendo, beneficium conferet ydoneo ſacerdoti infra terminum duorum menſium prelibatum, ſic quod Abbas Monaſterii hornbacenſis & Decanus eccleſie Cellenſis pro tempore exiſtentes collationem predicti beneficii provide faciant vicibus alternatis tempore perpetuo in ydoneos ſacerdotes ſecundum Deum & in ſuas conſcientias prout verius divinam gratiam voluerint promereri, ceterum beneficiatus in dicto beneficio exiſtens, nobis Abbati, & noſtris ſucceſſoribus Abbatibus & Decanis eccleſie Cellenſis pro tempore exiſtentibus obedientiam faciat debitam & conſuetam in licitis & honeſtis omnibusque horis Canonicis legendis aut muſice in Eccleſia Cellenſi cantandis interſit preſencias Chorales ut reliqui vicarii prebendati ibidem deſerviat & percipiat, miſſam cottidie in ſuo altari aut in ſummo cum in ſuo altari celebrare commode non poterit celebrabit, niſi minutus aut infirmus, vel alias legis impedimentis fuerit prepeditus. In teſtimonium & robur evidens perpetue duraturum omnium & ſingulorum premiſſorum nos predicti Waltherus Abbas E*mericus* Decanus & Capitulum Eccleſie Cellenſis & *Eberhardus* fundator beneficii prenotati, preſentes literas noſtris ſigillis, una cum ſigillo officiali-

tatis

tatis prepoſiture Eccleſie Wormatienſis, quod ad preces noſtras preſentibus eſt appenſum preſentes literas dedimus ſigillatas, Et nos Officialis recognoſcimus preſentes Litteras ad preces dominorum & capituli predictorum nobis factas ſigillo officialitatis noſtre ſigilaſſe. Datum & actum Anno domini M.CCC. Quadrageſimo nono Jn vigilia beatorum *Symonis & jude* apoſtolorum.

XXIII.

TVRNVS MAIOR * VLTRA SECVLVM CONCORDATA TRANSCENDENS.

In nomine Domini Amen. Solet ſepe contingere experiencia edocente, quod ea que circa minora proviſa ſunt, in majoribus plerumque magis ſibi locum vendicant & requirunt, ſane dudum per nos ex certis cauſis & racionabilibus tunc nos moventibus per certam ordinacionem noſtram in ſcriptis redactam & per nos juratam ac ſigillo noſtri Capituli ſigillatam proviſo de vicarijs ac alijs beneficijs in & extra eccleſiam noſtram inſtitutis ad collacionem preſentacionem ſeu quamvis aliam diſpoſicionem noſtri Decani & Capituli communiter ſpectantibus conferendis, ſummo opere expedire arbitramur ut de majoribus beneficijs ſcilicet Canonicatibus & prebendis ejusdem noſtre eccleſie cum vacaverint conferendis ſalubriter diſponamus, attendentes igitur quanta retro actis temporibus tam in

in ſpiritualibus quam in temporalibus propter aſſumpcionem & eleccionem perſonarum quandoque minus potencium quandoque minus litteratarum & ydonearum ad canonicatus & prebendas ejusdem noſtre eccleſie ad importunas preces & inſtancias magnatorum ipſa noſtra eccleſia pericula & incommoda eſt perpeſſa & quod diſciplina choralis perijt & divinus cultus eſt diminutus ex eo quod quandoque hujusmodi perſone quibus hujusmodi canonicatus & prebende ſunt collati & ad eos aſſumpti vel de eorum potencia confiſi vel alias ignari noluerunt vel non potuerunt in divinis officijs prout locus & ordo ac tempus requirebant miniſtrare aut alias deſervire nec ad hec potuerunt juxta conſwetudines & ſtatuta ipſius eccleſie coherceri, Nos *Fredericus* Decanus *johannes* Scolaſticus totumque capitulum Eccleſie *Sancte Marie ad gradus* Magunt. premiſſa in noſtro Capitulo volventes ſepius & revolventes multis capitularibus tractatibus inter nos prehabitis qualiter hujusmodi periculis dampnis & incommodis providere valeamus cupientesque eisdem quantum cum Deo poſſumus obviare, cum ubi majus vertitur periculum ſit caucius providendum, tandem ad obviandum predictis dampnis & incommodis nec non ad honorem & utilitatem dicte eccleſie noſtre & diſcipline chori obſervantiam ac divini cultus conſervacionem & augmentum omnes & ſinguli in hoc concordavimus pari conſenſu & unanimi voluntate nemine diſcrepante & hac in perpetuum valitura ordinacione ſtatuimus volumus & preſentibus literis ordinamus ut omnes & ſinguli canonicatus & prebende ejusdem noſtre eccleſie quan-

docun-

Digitized by Google

docunque & quotienscunque inpoſterum vacaturi per Decanum & Capitulum ipſius noſtre eccleſie ſeu per perſonas preſentes in ac de noſtro capitulo exiſtentes abſentibus non vocatis nec eciam aliquatenus expectatis ad peticionem ſingularum perſonarum dicti capituli Primo videlicet Decani & deinde aliorum prelatorum & Canonicorum Capitularium in aſſecucione prebendarum eccleſie noſtre ſeniorum & priorum ſecundum ordinem ſucceſſive dilacione contradiccione & impedimentis quibuslibet ceſſantibus vice & nomine prefati noſtri capituli conferantur. ita videlicet quod ille quem ordo tetigerit aliquibus canonicatu & prebenda vacantibus infra tempus duorum menſium a tempore noticie vacacionis hujusmodi Canonicatus & prebende computandum pro una perſona ydonea & litterata, in quo petentis conſcienciam oneramus, petat & petere poſſit & debeat ejusque preces per Decanum & capitulum ſeu perſonas capitulares preſentes eciam ſi tres dumtaxat exiſterent quas in preſenti caſu vices tocius capituli repreſentare volumus, debeant modis omnibus ut prefertur exaudiri, Verum ſi aliquem ex dicto noſtro Capitulo, quem tunc ordo tetigerit tempore vacacionis aliquorum canonicatus & prebende & peticionis per ipſum faciende pro hujusmodi canonicatu & prebenda ex quacunque cauſa abeſſe contigerit eidem talis ſua abſencia prejudicare non poterit neque debet quin ipſe pro hujusmodi canonicatu petere valeat extra locum & ſimiliter exaudiri, ſi autem eundem in tali loco eſſe contigerit quod vacacionem dictorum canonicatus & prebende non poſſit infra

duo-

duorum menſium ſpacium ad ipſius noticiam devenire, tunc idem abſens expectabitur per capitulum per alios duos menſes predictos duos immediate ſubſequentes, infra quos ſi perſonaliter venire non valuerit per ſuas certas & indubitatas literas pro aliqua perſona ydonea ad tales Canonicatum & prebendam per Capitulum recipienda & admittenda poterit ſupplicare cujus preces penitus debent exaudiri ac ſi preſens eſſet ut prefertur. Porro ſi talis quem tunc ordo petendi tetigerit pro canonicatu & prebenda tunc vacantibus infra quatuor menſium ſpacium à tempore vacacionis hujusmodi computandum petere ſcienter negligeret ſeu non curaret ex tunc jus petendi quod tunc ſibi compecierat ad alium ſuum ſucceſſorem proximum Capitularem in aſſecucione prebende ſeniorem illico devolvetur. Inſuper ſi idem petens per potenciam vel proviſionem Apoſtolicam vel alias quocumque modo absque culpa ſua impediretur in peticione ſua quo minus effectum debitum ſortiretur illi ſalvum erit jus petendi pro alijs canonicatu & prebenda proxime vacaturis, volumus eciam peticiones pro hujusmodi canonicatibus & prebendis fieri absque omni labe & vicio Symonie, ſpecialiter quoque ob tranquillitatem & pacem inter nos conſervandam duximus ordinandum quod ſi quod abſit aliquis vel aliqui ex noſtro Capitulo illum quem tunc ordo petendi tetigerit ex odij fomite vel alias injuſte in peticione ſua preſumeret vel preſumerent impedire nos omnes alij & ſinguli dicto petenti contra prefatos impedientes per juramenta noſtra fideliter aſſiſtemus, Premiſſa quoque omnia & ſingula juravimus tactis ſacro-

ſacroſanctis Dei Ewangelijs nos perpetuis temporibus firmiter ſervaturos & ordinavimus ſpecialiter & expreſſe ut omnes & ſinguli qui ad noſtrum Capitulum ex nunc in antea recepti fuerint & admiſſi premiſſa omnia & ſingula ſimiliter jurent & jurabunt ſe una nobiſcum perpetuo ſervaturos. In quorum evidenciam & memoriam pleniorem ſigillum Capituli noſtri preſentibus duximus appendendum. Actum in loco Capitulari Eccleſie noſtre antedicte Anno Dni Milleſimo trecenteſimo triceſimo ſeptimo quarto Kalendas Decembris.

* Turnus in genere eſt ordo, quo quisque vice ſua aliquid peragit, *chacun à ſon tour.* ſic apud *Lobinellum Tom. 3. hiſt. pariſ. p. 138. col. 1. Capellani Canonicorum ad ſuæ turnum hebdomadæ ad totum teneantur ſervitium.* & ibid. p. 156. col. 2. *Completo uno turno incipit alius.* Turnus in materiâ præſenti eſt ordo à Capitulo ſtatutus, ſecundum quem Capitulares ad beneficia vacantia nominant.

Turnus major comprehendit beneficia majora, Canonicatus nempe & præbendas; vid. nros. XXIII. XXVI. &c. *Turnus minor* autem Vicarias, capellas, altaria &c. vide nros XXIV. XXV. & XXVII. Qui in ordine nominandi eſt, Turnarius appellatur; hic dum nominat ad canonicatum vel vicariam &c. nomine & vice totius capituli nominat. Ordo nominandi plerumque juxta ſenium poſſeſſionis primæ inter capitulares obſervatur. Poſt *Primum in turno* ſi nominaverit, vel nominare noluerit aut ante nominationem vitâ exceſſerit, turnus ſequentem in ordine capitularem ad nominationem vocat, & ſic pergitur usque ad ultimum. Turnus ſubin renovatur antequam ad ultimum in turno fuerit perventum; Reſidui prioris turni ponuntur primi in turno novo. Quod ſi hi reſidui ju-

re

Digitized by Google

re ſuo nominandi uſi fuerint &c. incipit Turnus novus. Inventus eſt turnus, ut ſervaretur pax & concordia capitularium & ne beneficia diu nimis vacarent.

Singularis eſt nominandi modus per *turnum* ſic dictum *errantem*, quando nempe capitularibus certi dies aut menſes per annum aſſignantur, intra quos ſi canonicus &c. deceſſerit, turnarius illius temporis aſſignati nominare poterit ad canonicatum tunc vacantem. *Turnus errans* occurrit infra nro XXVIIII. Sic quoque Capitulum Metropolitanum Mog. noviſſimè anno ſc. MDCCLXIX. ſtatuit erigere Turnum errantem pro conferendis varijs beneficijs & officijs ſuo tempore vacaturis, cuilibet XXIV. Capitularium aſſignatis triginta diebus integris à die prima januarij 1770. incluſivè usque ad horam 12mam nocturnam 22. menſis Decembris 1771.

In quibusdam eccleſijs majoribus Maguntinâ &c. uſuveniunt *nominationes utiles*, vi quarum capitulares turno inſcripti vel ſucceſſivè vel ſimul ac ſemel unâ eâdemque horâ, prout libuerit, candidatos utiliter nominare poſſunt ad canonicatus ſuo tempore vacaturos. Qui ſic utiliter nominavit, uſus eſt jure ſuo, licet nominatio effectu careat. Si v. c. nominatus morte præveniatur, aut ſtatui clericali ſe mancipare nolit &c. hæ nominationes ſecundum ordinem turnariorum ad effectum deducuntur.

XXIV.

TURNUS MINOR DE ANNO MCCCXXXV.

In nomine Domini Amen. Quoniam ſepe multa negotia ad collegia vel univerſitates ſpectancia preſertim eccleſiaſticorum beneficiorum collationes

Digitized by Google

plus debito retardantur propter quod interdum fidelibus animabus inſurgunt pericula alieque inconvenientie pullulant Divino cultui oneroſe, hinc eſt quod nos *Fridericus* Decanus *johannes* Scolaſticus totumque capitulum Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. premiſſa in noſtro Capitulo volventes ſepius & eciam revolventes tandem ad utilitatem & honorem predicte noſtre Eccleſie omnes & ſinguli in hoc concordavimus pari conſenſu & voluntate unanimi nullo penitus diſcrepante & hac in perpetuum valitura ordinacione volumus & preſentibus litteris ordinamus ut omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica ad collacionem vel preſentacionem ſeu quamvis aliam diſpoſicionem noſtram communiter ſpectancia, ex nunc quocienſcunque imposterum vacatura exceptis canonicatibus ejusdem noſtre eccleſie & prebendis ac dignitatibus, perſonatibus & officijs nec non quibusdam certis beneficijs ſubnotatis per Decanum & Capitulum dicte noſtre eccleſie ſeu per perſonas preſentes in ac de noſtro Capitulo exiſtentes abſentibus non vocatis nec etiam aliquatenus expectatis ad peticionem ſingularum perſonarum dicti capituli primo videlicet Decani & deinde aliorum Prelatorum & Canonicorum Capitularium in aſſecutione prebendarum eccleſie noſtre ſeniorum & priorum ſecundum ordinem ſucceſſive dilatione contradictione & impedimentis quibuslibet penitus ceſſantibus vice & nomine prefati noſtri Capituli conferantur, ita videlicet quod ille quem ordo tetigerit, aliquo vacante beneficio infra tempus duorum menſium a tempore noticie vacacionis hujusmodi beneficij computan-

dum

dum pro uno ſacerdote vel alio ydoneo qui infra tempus a jure ſtatutum ad ſacros ordines prout ejusdem vacantis beneficij onus requirit, promoveri valeat, petat ac petere poſſit & debeat ejusque preces per Decanum & Capitulum eccleſie noſtre ſeu perſonas capitulares preſentes ut prefertur modis omnibus debeant exaudiri non obſtante ſi aliquis Eccleſie noſtre canonicus in aſſecutione prebende ejusdem eccleſie dicto petente prior & ſenior poſt vacacionem hujusmodi beneficij ad Capitulum noſtrum receptus fuerit & admiſſus, qui ipſum petentem in peticione ſua impedire non poterit ſed alterius beneficij vacacionem juxta ordinacionem expectabit ſupradictam, verum ſi aliquem ex dicto noſtro Capitulo quem tunc ordo tetigerit, tempore vacacionis alicujus beneficij & peticionis per ipſum pro hujusmodi beneficio faciende ex quacunque cauſa abeſſe contigerit, eidem talis ſua abſentia prejudicare non poterit neque debet quin ipſe pro beneficio hujusmodi petere valeat extra locum, ſi autem eundem in tali loco eſſe contigerit, quod vacacio dicti beneficij non poſſet infra dictorum duorum menſium ſpacium ad ipſius noticiam devenire, ex tunc Capitulum noſtre eccleſie hujusmodi beneficium alicui ydoneo Clerico commendabit quo usque dictus abſens perſonaliter vel per litteras ſuas certas & indubitatas pro aliqua perſona ydonea cum tali beneficio beneficianda duxerit ſupplicandum. Porro ſi talis quem tunc ordo petendi tetigerit pro beneficio hujusmodi infra duorum menſium ſpacium petere ſcienter negli-

geret ſeu eciam non curaret ex tunc jus petendi quod ſibi tunc competierat, ad alium ſuum ſucceſſorem proximum Capitularem in aſſecutione prebende ſeniorem illico devolvetur, & ſi idem petens per potenciam vel proviſionem Apoſtolicam vel alias, quocunque modo impediretur in peticione ſua, quo minus effectum debitum ſorciatur, illi ſalvum erit jus petendi pro alio beneficio proxime vacaturo. Volumus eciam peticiones pro hujusmodi beneficijs fieri absque omni labe & vicio ſymonie, ſpecialiter quoque ob tranquillitatem & pacem duximus ordinandum, quod ſi quod abſit aliquis vel aliqui ex noſtro Capitulo illum quem tunc ordo petendi tetigerit ex odij fomite vel alias injuſte in petitione hujusmodi preſumeret vel preſumerent impedire, nos omnes alij & ſinguli dicto petenti contra prefatos impedientes per juramenta noſtra fideliter aſſiſtemus, Per premiſſam autem ordinacionem Prelatis noſtre Eccleſie preſentibus & futuris in jure ipſorum conferendi beneficia que ad ipſorum collacionem ſpecialiter pertinent, nolumus in aliquo derogare. Item in premiſſis ſpecialiter excludimus beneficia infra ſcripta videlicet in *inferiori Heymbach* & in *Drechlingeshuſen* parrochias, Capellam in *ſuperiori Wylebach* nec non altare ſitum in Eccleſia *Beckelnheim* quia eorundem beneficiorum & parrochiarum fructus ſunt nimis tenues & exiles, Premiſſa quoque omnia & ſingula juravimus tactis ſacroſanctis Dei Ewangelijs nos perpetuis temporibus firmiter ſervaturos. Et ordinavimus ſpecialiter & expreſſe ut omnes & ſinguli qui ad noſtrum Capitulum ex nunc in antea recepti fuerint

rint & admiſſi, premiſſa ſimiliter jurent, ſe una nobiſcum perpetuo ſervaturos. In quorum evidenciam ſigillum Capituli noſtri predicti preſentibus duximus appendendum. Actum & Datum Anno Dni M°CCC°XXXV° IIII° Kalend. Maji.

XXV.

INNOVATIO STATVTI CAPITVLARIS ECCLESIÆ S. BARTHOLOMÆI, DE VICARIIS ET BENEFICIIS QVORVM COLLATIO AD CAPITVLVM PERTINET, PER TVRNVM CONFERENDIS.

In Nomine Dñi Amen. Cum in Eccleſia noſtra ſcti *Bartholomei* Frankf. In Vicarijs & alijs beneficijs intra & extra dictam noſtram Eccleſiam exiſtentibus, quarum & quorum collacio ad Capitulum dicte Eccleſie *Scti Bartholom.* dinoſcitur pertinere, conferendis perſonis idoneis, diſſenſiones, litium materie preſertim propter varias peticiones & ſupplicaciones perſonarum extra dictam Eccleſiam exiſtentium hactenus ſint ſuborte, hujusmodique actus preteriti nos reddant circa futura merito cautiores. Idcirco. . Nos. *Johannes* Decanus, *Heilmannus* Albi. . *Bertramus* de *Veliwile*, *Hertwicus* & *Baldemarus* fratres dicti de *Pettriwile*, *Jacobus* de *heygen*, *Wygandus* dictus *Welden*. *Franco de Moguncia*, *Heinricus* de *Stetinfelt*. *Hertwicus* de *Stralen-*

burg Canonici prefate Eccleſie ſcti *Barthol.* in ipſa Eccleſia preſentes, & Capitulum ejusdem Eccleſie repreſentantes, & pro nunc facientes. Volentes futuris litibus & rancoribus in quantum poſſumus obuiare, Nec non in antea in tranquilitate pacis vivere. Ac in unanimi concordiâ & amore ſubſcriptam ordinacionem à predeceſſoribus noſtris ſtatutam, ordinatam, & ſervatam duximus nos innovandam, & denuo ſtatuendam. Ac eciam preſentibus ſtatuimus & ordinamus. preſtitâque fide loco juramenti hujusmodi ordinacionem promittimus inuiolabiliter obſervare, ut quilibet deinceps de dicto Capitulo preſens, reſidens ſeu domicilium habens in terminis opidi Frankford. prenotati ſecundum ordinem ſeu introitum ſuum, qui in ipſo Capitulo conſuevit obſeruari. Cum & quando Vicarias, vel beneficia in dictâ Eccleſiâ vel extra, ad collacionem ſeu preſentacionem Capituli ejusdem Eccleſie pertinent. vacare contigerit, ſuper quo preces porrigere voluerit, ſuper precibus ſuis ſuper hujusmodi beneficijs ad ſui Inſtantiam perſonis ydoneis conferendis debebit ſine contradictione & difficultate quâlibet exaudiri.

Nolentes tamen quod hujusmodi ordinacio ad prelaturas, Canonicas & prebendas dicte Eccleſie aliqualiter ſe extendat. Volentes eciam quod ſi quando aliquod beneficium de premiſſis & ſub ejusmodi ordinacione contentis vacare contigerit, & perſona, quam ordo ſuper porrigendis peticionibus tetigerit pro tunc ſuperſedere voluerit, preces ſuper hujusmodi peticione minime offerendo quod hoc facere poſſit, quodque proxime vacaturum

quod

quod ſibi placuerit valeat acceptare, & ſi nullus de ſequentibus ipſum idem beneficium pro tunc vacans acceptare vel pro eo ſupplicare voluerit, tunc tale beneficium per Capitulum communiter conferetur.

Item volumus, quod poſtquam perſone ſecundum premiſſam ordinacionem omnes ſunt exaudite, quod tunc à primo denuo & deinde ab alijs fratribus Capitularibus preſentibus, reſidentibus, ſeu domicilium habentibus in terminis opidi Frankford. prenotatis incipiatur, dictaque ordinacio ſecundum ordinem cujuslibet, quam in dicto Capitulo obtinere dinoſcitur ſecundum omnem ſuum modum inviolabiliter obſervabitur, prout ſuperius eſt narratum.

In cujus rei teſtimonium ſigillum majus Eccleſie noſtre prefate duximus appendendum. Actum & Datum Anno Dñi Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo. XI. Kalendas Julij.

XXVI.

TVRNVS ECCLESIÆ COLLEGIATÆ BINGENSIS.

In Nomine Domini Amen. Quoniam multa negotia ad collegia vel Univerſitates ſpectantia plus debito retardantur propter quod fidelibus animabus interdum ſurgunt pericula alieque inconveniencie pullulant divino cultui oneroſe hinc eſt quod nos *Thylmannus* Pape Scol. *Reynoldus Wolquini Johannes Gladiatoris Johannes Kole Adolffus Ruue Johannes*

hannes Gerauwe Et *Ditmarus Spiſs* Canonici Capitulares & Capitulum ea vice facientes & repræſentantes eccleſiæ ſancti *Martini* Pingwenſis maguntinenſis Dioceſis præmiſſa in noſtro generali Capitulo celebrato ut moris eſt, ſepe ſepius voluentes & revoluentes Tandem ad utilitatem & honorem predicte noſtre Eccleſie pari conſenſu & unanimi voluntate capitulariter ad hoc congregati concordavimus, nullo penitus diſcrepante & hac de cetero valitura ordinatione volumus & preſentibus litteris ordinamus ut omnes & ſinguli Canonicatus & præbende dicte noſtre eccleſie, que ad communem Capituli ejusdem eccleſie collationem proviſionem preſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem vacacionum temporibus, de jure & antiqua ac hactenus obſervata & approbata conſuetudine ſpectare & pertinere conſueverunt, ac ſpectant & pertinent de preſenti ex nunc vacantes vel inantea quotienſcunque vacaturi nomine Capituli conferantur ad nominationem ſingulorum canonicorum prebendatorum & Capitularium ſubſcriptorum per eos ſucceſſive & ſeriatim juxta ordinem ut ſupponuntur faciendum videlicet *Thilmanni* Pape Scolaſtici *Reynoldi Wolquini Joh. Gladiatoris Joh. Kole Adolffi Ruwe Joh. Gerauwe* & *Ditmari Spiſs* ita videlicet Quod Dominus *Reinoldus Wolquini* ad Canonicatum & prebendam ex nunc vacantem vel quos inantea vacare contigerit per ſe vel procuratorem ſuum legitimum infra Trium dierum ſpatium a tempore note vacationis hujusmodi apud dictam noſtram Eccleſiam computando perſonam habilem & ydoneam nominabit coram duobus vel tribus aliis capitula-

ribus

ribus canonicis ad cujus petitionem & nominationem capitulum dicte noſtre eccleſiæ canonicatum & prebendam hujusmodi ſtatim & ſine mora taliter nominato vel ſuo procuratori legitimo pro eo conferre & aſſignare ac ad illos admittere eum in illorum poſſeſſionem inducere aliaque neceſſaria facere teneantur & debeant. Non obſtante ſi petens & nominans hujusmodi excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti ſententijs foret innodatus. Aliis tamen ſtatutis ordinationibus & conſuetudinibus eccleſie noſtre ſemper ſalvis. Ad quem quidem Collationem nec non ipſius nominati vel procuratoris ſui receptionem & admiſſionem etiam duo vel tres Canonici Capitulares preſentes ſufficiant Qui in hoc caſu eciam ſi plures non adeſſent, vices tocius capituli habere deberent, & ſupplere. Deinde *Thilmannus Pape* Scolaſ. ad alios canonicatum & prebendam poſtmodum ſimiliter vacaturos Et ſubſequenter ſinguli alij Canonici ut proxime prenominatur ad ſingulos alias Canonicatus & prebendas cum vacaverint, modo & forma premiſſis & ad effectum premiſſis ſingulas perſonas habiles & ydoneas ſucceſſive nominandi debent, habere poteſtatem. Verum ſi talis quem tunc ordo nominandi tetigerit infra dictorum trium dierum ſpacium per ſe vel procuratorem ſuum hujusmodi taliter nominare negligeret ſeu eciam non curaret Ille extunc nominatione ſua privatus exiſtat Et ſequens cum immediate ſi vult nominet, alioquin ipſe ſequens expectet, ac capitulum nullius alterius nominatione expectata vel admiſſa ex tunc de Canonicatu & prebenda ſic vacantibus liberam diſponen-

 di

di facultatem habeant, Inſuper volumus & ordinamus quod ad alia beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura intra & extra dictam noſtram eccleſiam ſituata ad capituli noſtri collationem proviſionem vel preſentationem communiter ſpectancia ex nunc vacancia aut de cetero vacatura ſecundum ordinem perſonarum & formam preſcriptos per perſonas ſupradictas Incipiendo a prefato Domino *Reymoldo Wolquini* & ſubſequentibus ut ponuntur nominationes fiant, ut prefertur collationes quoque receptiones & admiſſiones per capitulum faciende ſubſequantur in omnibus & per omnia prout ſuperius de canonicatibus & prebendis eſt expreſſum, Exceptis altari ſancti *Nicolai* ſito in eccleſia parochiali *Merſpach* & ſi aliqua alia eſſent ibidem beneficia ſine cura Item Capella in *Walbach*, Item altari Beate Marie in *Waltalgesheym* Item primiſſaria in *Hedesheym* Item altari ſancte *Marie in Dorrenbach*, Et Capella ſancti *Stephani in Stromburg* que ad communem capituli noſtri diſpoſitionem reſervamus Excludimus etiam in premiſſis Electiones perſonatuum dignitatum ac officij cuſtodie ad nos communiter ſpectantes In de quibus vacationum temporibus diſpoſitionem ſacrorum canonum intendimus obſervare. Item volumus & preſentibus ſpecialiter ordinamus ut pretacte petitiones & nominationes fiant pure & ſimpliciter ſine vitio Simonie omnique dolo & fraude excluſis ſpetialiter quoque ob tranquillitatem & pacem duximus ordinandum. quod ſi quod abſit aliquis vel aliqui ex noſtro capitulo illum quem tunc ordo tetigerit, petendi & nominandi ad canonicatum & prebendam ſeu beneficium

ficium hujusmodi conferendum ex odij fomite vel alias injuſte In petitione & nominatione ſuis predictis preſument impedire. Nos ceteri omnes & ſinguli predicto petenti & nominanti contra prefatos impedientes totis viribus noſtris fideliter aſſiſtemus per premiſſam autem ordinationem prelatis ipſius noſtre eccleſie preſentibus & futuris in jure ſuo beneficia ad collationem ſuam ſpetialiter ſpectantia nolumus in aliquo derogare Eſt etiam adjectum quod ſi aliquis de novo in prelatum receptus fuerit Ille in petendo & nominando locum ſuum tamquam canonicus & non tamquam Prelatus in ordine promiſſo expectabit, & ſi Canonicus quavis de cauſa ceſſaverit eſſe, ceſſet & jus quod in nominatione hujusmodi habuit, Concordatum etiam eſt, quod petitiones & nominationes hujusmodi fiant, in menſe ordinariorum niſi aliud impoſterum duximus ordinandum. Premiſſaque omnia & ſingula prout ſuperius enarrantur promittimus bona fide loco præſtiti juramenti Nos omnes & ſinguli ſupradicti quousque per ſingulos Canonicos in nominandi ordine ſupra poſitos modo & forma ac ſub condicionibus premiſſis tam in Canonicatibus & prebendis quam aliis beneficiis ut premittitur fuerint adimpleta pariter & perfecta firmiter ſervaturos Ordinamus etiam & ſtatuimus fide ſub eadem ut omnes & ſinguli qui ad noſtrum capitulum ex nunc in antea recepti fuerint & admiſſi premiſſa realiter jurent ſe firmiter ſervaturos Jn cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri Capituli & nos ſinguli ſingula noſtra ſigilla preſentibus duximus appendenda. Datum & actum in Capitulo noſtro generali Anno

Domini

Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto die vero viceſimo quinto menſis februarii.

Nos Scolaſticus & Capitulum eccleſie Pingwenſis in preſenti generali Capitulo ex cauſis legitimis nos ad hoc moventibus duximus ordinandum, quod quemcumque noſtrorum in ordinatione nominationis litteræ cui preſens cedula eſt transfixa deſcriptorum ordo nominandi tetigerit niſi talis perantea premiſſionem & ſigilli ſui appenſionem fiat juxta modum & formam in eadem littera deſcriptos quod propter ſui negligentiam nominationis ſua careat & ad proximum ſeniorem capitularem Canonicum illico devolvetur Datum & actum die & Menſe in eadem littera contentis & deſcriptis.

XXVII.

RENOVATIO TVRNI DE ANNO 1549.

In Nomine Dñi Amen. Cum in Eccleſia noſtra ſancti *Bartholomei* Franckfurdenſ. in vicarijs & alijs beneficijs intra & extra dictam noſtram Eccleſiam exiſtentibus, quarum & quorum collatio ad Capitulum dicte Eccleſie ſancti *Bartholomei* dinoſcitur pertinere, conferendis perſonis idoneis, diſſenſiones & litium materie, preſertim propter varias peticiones & ſupplicationes perſonarum extra dictam noſtram Eccleſiam exiſtentium hactenus ſint ſuborte, hujusmodique actus preteriti nos reddant circa futura merito cautiores. Idcirco Nos *Johannes*

Digitized by Google

nes Hoffmann Decanus, *Johannes Hamman* Cuſtos, *Johannes Hoffman* de *Mirſtatt*, M. *Johannes Latomus*, *Bertholdus Beſſinger* Cantor, M. *Valentinus Munck*. M. *Henricus Pfleger* Canonici prefate Eccleſie ſancti *Bartholomei*, in ipſa Eccleſiâ preſentes, & Capitulum ejuſdem Eccleſie repreſentantes, & pro tunc facientes. Volentes futuris litibus & rancoribus in quantum poſſumus obviare. Nec non in anteà in tranquillitate pacis vivere, ac in unanimi concordiâ & amore, ſubſcriptam ordinationem, à predeceſſoribus noſtris ſtatutam, ordinatam & ſervatam duximus nos innovandam, & denuò ſtatuendam, ac etiam preſentibus ſtatuimus & ordinamus, preſtitâque fide loco Juramenti hujusmodi ordinationem promittimus inviolabiliter obſervare, Vt quilibet deinceps de dicto Capitulo preſens, reſidens, ſeu domicilium habens, in terminis opidi Franckfurdenſis prenotati ſecundum ordinem ſeu Introitum ſuum, qui in ipſo Capitulo conſuevit obſervari, cùm & quandò Vicarias, vel Beneficia in dicta Eccleſia vel extra ad collationem ſeu preſentationem Capituli eiusdem Eccleſie pertinentia vacare contigerit, ſuper quo preces porrigere voluerit, ſuper precibus ſuis in hujusmodi beneficijs ad ſui inſtantiam perſonis idoneis conferendis debebit ſine contradictione & difficultate quâlibet exaudiri.

Nolentes tamen, quod hujusmodi ordinatio ad Prelaturas, Canonias, & Prebendas dicte Eccleſie aliqualiter ſe extendat.

Volentes etiam, quod ſi quando aliquod beneficium de premiſſis & ſub hujusmodi ordinatione contentis vacare contigerit, Et perſona, quam or-

do

do ſuper porrigendis petitionibus tetigerit, pro tunc ſuperſedere voluerit, preces ſuper hujusmodi petitione minimè offerendo, quod hoc facere poſſit, quodque proximè vacaturum, quod ſibi placuerit, valeat acceptare. Et ſi nullus de ſequentibus ipſum idem beneficium pro tunc Vacans acceptare vel pro eo ſupplicare voluerit, tunc tale beneficium per Capitulum communiter conferetur.

Item Volumus, quod poſtquam perſone ſecundum premiſſam ordinationem, omnes ſunt exaudite, quod tunc à primo denuò, & deinde ab alijs fratribus Capitularibus preſentibus, reſidentibus ſeu domicilium habentibus, in terminis opide franckfurdenſis prenotatis, incipiatur, dictaque ordinatio ſecundum ordinem cujuslibet, quem in dicto Capitulo obtinere dinoſcitur, ſecundum omnem ſuum modum, inviolabiliter obſervabitur, prout ſuperius eſt narratum.

Jn Cujus rei teſtimonium ſigillum Eccleſie noſtre prefate preſentibus duximus appendendum.

Actum & Datum Anno Dni milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono. Die Veneris Viceſima quinta menſis Januarij.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII.

LITTERAE APPENDICIAE DE 1532. AD RENOVATIONEM TVRNI DE AO. 1521.

Nos *Johannes vom Ryn* Cantor, *Heymannus Itzſtein Philippus Rucker*, *Johannes Edinger*, & *Johannes Bebinger* Canonici Capitulares Eccleſie ſancti Bartholomei Franckfurdenſis Capitulum pro nunc conſtituentes, & repreſentantes, Atteſtamur & notum facimus per preſentes.

Quia Venerabiles Dñi *Petrus Lapicide* Decanus, *Conradus Sprenger* Scolaſticus & *Jacobus Furſter* Cuſtos Canonici iam dicte Eccleſie poſt ordinationem de beneficijs conferendis & nominationibus fiendis per nos factam & erectam ſupervenerunt, & ad Capitulum iuxta ſtatuta & conſuetudinem Eccleſie memorate recepti & admiſſi fuerunt, anteaque reinceptio ſeu incohatio ſupradicte noſtre ordinationis per Seniorem fuerat ſubſecuta; Unde ex certis Cauſis eosdem Dominos *Petrum Lapicide* Decanum, *Conradum Sprenger* Scolaſticum, & *Jacobum Furſter* Cuſtodem, ut Canonicos noſtros Capitulares habito priùs ſuper eo tractatu capitulari ad pretactam ordinationem tenore preſentium admittimus,

Ità videlicet, quod poſteaquam ultimus ſeu noviſſimus ex nobis in preſenti ordinatione deſcriptus ad beneficium aliquod vacans nominavit ſeu preces ſuas porrexit, Ex tunc dicti Dñi Prelati & Cuſtos in nominando, ut Canonici Capitulares inmediate ſubſequi, & offerente ſe vacatione beneficiorum eccle-

eccleſiaſticorum, & ad nominandum ex ordine preces porrigere poſſint & valeant. Quibus quidem nominationibus per eosdem eciam factis & completis nova ordinatio de Beneficijs conferendis iuxta conſuetudinem & ſtatuta Eccleſie erigatur, Ordo autem inter dictos prelatos & cuſtodem beneficia eccleſiaſtica conferendi, & ad illa nominandi talis erit.

Vt videlicet Dominus *Conradus Sprenger* inter ipſos tres inchoat, deinde Dominus *Petrus Lapicide* Decanus, ſequitur, & ultimus erit Dnũs *Jacobus Furſter* cuſtos Canonici.

In cujus rei fidem, & evidens teſtimonium has literas fecimus, & curavimus literas alias de & ſupradicta ordinatione confectis transfigi, & ſigillum noſtri Capituli appendi.

Datum in die ſancti *Bonifacij* Anno Dñi Milleſimo quingenteſimo triceſimo ſecundo.

XXVIIII.

TURNUS ERRANS.

NOMINA DOM. DOM. CAPITULARIUM ECCLESIÆ CATHEDRALIS HERBIPOLENSIS à VIGILIA PURIFICATIONIS B. V. M. ANNO 1765. usque 1766.

R*everendiſſimus* D. D. Joannes Philippus Ludovicus Ignatius L. B. de & in Franckenſtein, Præpoſ. Herbipol.

Reve-

Reverendiſſimus D. D. Otto Philippus Erhardus Erneſtus Groſs de & in Trockau, Decanus.

D. D. Joannes Godefridus Ignatius à Wolffskeel, Sen. & Jubil.

Illuſtriſſimus D. D. Joannes Franciſcus Wolffgangus Damianus S. R. I. Comes ab Oſtein, Schol. & Jubil.

D. D. Carolus Philippus Joannes Joſephus Zobel à Giebelſtatt, Vic. Generalis, & Jubil.

D. D. Wilhelmus Udalricus L. B. à Guttenberg, Jubil.

D. D. Joannes Philippus Fridericus Hartmanus Franciſcus à Roſenbach, Cantor & Jubil.

D. D. Joannes Philippus Chriſtophorus Franciſcus Ignatius Cajetanus à Mauchenheim, dictus Bechtelsheim, Jubil.

D. D. Philippus Rudolphus Henricus Joſephus à Rothenhan, Jub.

D. D. Lotharius Franciſcus Wilhelmus à Rothenhan.

D. D. Joannes Philippus Carolus Antonius à Fechenbach, Officialis & Cellarius.

D. D. Lotharius Franciſcus Melchior Philippus L. B. à Bettendorff.

Illuſtriſſimus D. D. Joannes Jacobus Franciſcus Comes de & in Elz, dictus Fauſt de Stromberg.

D. D. Ferdinandus Chriſtophorus Petrus L. B. à Sickingen, Cuſtos.

D. D. Philippus Antonius Chriſtophorus Erneſtus L. B. à Guttenberg.

D. D. Wilhelmus Jacobus de Rhein.

D. D. Maximilianus Joannes Jacobus L. B. à Sickingen.

D. D. Carolus Fridericus Wilhelmus L. B. ab Erthal de Leuzendorff.

D. D. Lotharius Franciſcus Philippus Carolus Henricus à Greiffenclau de Vollraths.

D. D. Joannes Joſephus Henricus Erneſtus à Würtzburg.

D. D. Carolus Dietericus Joſephus L. B. à Guttenberg.

Illuſtriſſimus D. D. Lotharius Franciſcus Comes de Ingelheim, dictus Echter à Meſpelbrunn.

Illuſtriſſimus D. D. Joannes Carolus Antonius Comes à Stadion & Thanhauſen.

D. D. Franciſcus Ludovicus Carolus de & ab Erthal.

ORDO ET MODUS

Conferendi Præbendas in Eccleſia Cathedrali Herbipolenſi ab hora quarta pomeridiana diei 7. Januarii 1765. usque 2. Januarii 1766. & dictam horam illius diei pomeridianam quartam incluſivè, quem ſequentes ita obſervabunt, ut unicuique 30. dies continui pro ſuo Turno competant.

D. D. Philippus Joannes Fridericus Hartmanus Franciſcus à Roſenbach, Cantor, & Jubil. habet & numerat ſuos 30. dies usque 6. Februarii 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

Reve-

Reverendiſſimus D. D. Joannes Philippus Ludovicus Ignatius L. B. de & in Franckenſtein, Præpoſ. Herbipolenſis, habet & numerat ſuos 30. dies usque 8. Martii 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Joannes Philippus Chriſtophorus Franciſcus Ignatius Cajetanus à Mauchenheim dictus Bechtelsheim, Jubil. habet & numerat ſuos 30. dies usque 7. Aprilis 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Philippus Rudolphus Henricus Joſephus à Rothenhan, Jubil. habet & numerat ſuos 30. dies usque 7. Maij 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Lotharius Franciſcus Wilhelmus à Rothenhan, habet & numerat ſuos 30. dies usque 6. Junii 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Lotharius Franciſcus Wilhelmus à Rothenhan, habet & numerat ſuos 30. dies usque 6. Junii 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Joannes Philippus Carolus Antonius à Fechenbach, Officialis & Cellarius, habet & numerat ſuos 30. dies usque 6. Julii 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

Reverendiſſimus D. D. Otto Philippus Erhardus Erneſtus Groſs de & in Trockau, Decanus, habet & numerat ſuos 30. dies usque 5. Auguſti 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

P 2 D. D.

Digitized by Google

D. D. Lotharius Franciſcus Melchior Philippus L. B. à Bettendorff, habet & numerat ſuos 30. dies usque 4. Septembris 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

Illuſtriſſimus D. D. Joannes Jacobus Franciſcus Comes de & in Elz, dictus Fauſt de Stromberg, habet & numerat ſuos 30. dies usque 4. Octobris 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Ferdinandus Chriſtophorus Petrus L. B. à Sickingen, Cuſtos, habet & numerat ſuos 30. dies usque 3. Novembris 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Philippus Antonius Chriſtophorus Erneſtus L. B. à Guttenberg, habet & numerat ſuos 30. dies usque 3. Decembris 1765. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè, & ab illa

D. D. Wilhelmus Jacobus de Rhein, habet & numerat ſuos 30. dies usque 2. Januarii 1766. & horam quartam pomeridianam illius diei incluſivè. Et ſic anno ſubſequente altera Capitularium medietas Turno inſerta eſt.

XXX.

ORDINATIO DE ADMITTENDIS AD CANONICATVS DE THORO LEGITIMO NATIS.

P*ius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Creditam nobis deſuper regende militantis eccleſie providentiam ſalubriter exequi

exequi coadjuvante Domino cupientes ad ea ut debemus libenter intendimus per que eccleſijs conſulatur & earum conſervetur decentia earumque per amplius creſcat decus & venuſtas. Sane pro parte dilectorum filiorum Decani & Capituli eccleſie beate *Marie ad gradus* Magunt. nuper exhibita petitio continebat quod olim ijdem Decanus & Capitulum cupientes quod dicta eccleſia que inter collegiatas eccleſias intra & extra muros Magunt. conſiſtentes ſoleninis exiſtit perſonis legitime natis decoraretur in hoc majoris Maguntinenſis & quarundam aliarum predictarum eccleſiarum conſuetudines & ſtatuta ſectari ſeque illis ut decebat conformare volentes ex hijs & certis alijs rationabilibus cauſis permoti & ſtatuerunt & ordinarunt videlicet, quod nullus de cetero in dicta Eccleſia beate *Marie* in Canonicum reciperetur aut ad canonicatum & prebendam ac etiam dignitatem inibi pro tempore etiam ex cauſa permutationis vel alias quovis modo vacantes admitteretur niſi de legitimo thoro procreatus exiſteret ſicque recipiendus & admittendus prius quod de legitimo thoro ſe natum fore crederet inter alia preſtaret juramentum videlicet tale: Item juro quod credo me de legitimo matrimonio procreatum fore & aliud neſcio nec contrarium unquam audivi, ſic me Deus adjuvet. Quare pro parte Decani & Capituli predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum quatinus ſtatuto & ordinationi hujusmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolice confirmationis adjicere & ut inconcuſſe ſerventur oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos igitur hujusmodi ſuppli-

 catio-

Digitized by Google

cationibus inclinati conſiderantes ſtatutum & ordinationem predicta ſtatui dicte eccleſie congruere illa auctoritate Apoſtolica tenore preſentium confirmamus & eciam approbamus decernentes quod Decanus & Capitulum predicti obtentu quarumcunque diſpenſationum & litterarum ſub quavis forma vel expreſſione verborum cum dicti ſtatuti derogatione à ſede Apoſtolica vel ejus legatis eciam motu proprio emanatarum aut alias qualitercunque impetratarum ſeu in antea impetrandarum ac proceſſuum habitorum vel habendorum per eaſdem quasvis eciam cenſuras & penas in ſe continentium ad receptionem vel proviſionem alicujus ſeu aliquorum ad Canonicatus & prebendas ac dignitates hujusmodi adverſus ſtatutum & ordinationem hujusmodi compelli minime debeant ac proceſſus & cenſure ac pene hujusmodi minime arctent ſed habeantur pro caſſis irritis & infectis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis approbationis & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto Id. Martij, Pontificatus noſtri Anno tertio.

XXXI.

Digitized by Google

XXXI.

HENRICUS ARCHIEP. MOG. CONSTITUIT VISITATORES DIOECESIS VERDENSIS.

Henricus Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Ad univerſorum ac ſingulorum & ſpecialiter, quorum intereſt ſeu intereſſe poterit in futurum noticiam deducimus in hijs ſcriptis, quod nos honorabiles viros *Theodericum de Hardinberg* canonicum eccleſie Hildinsheymenſis & *Eberhardum* paſtorem eccleſie in *Geſeke* Paderburnenſis dioceſis noſtre provincie preſencium exhibitores facimus conſtituimus & ordinamus, noſtros veros & legitimos procuratores negotiorum geſtores & nuncios ſpeciales & quemlibet eorum inſolidum, ita quod non ſit melior condicio occupantis, ſuper ſancte viſitationis negotio, nec non idem negotium contingentibus in *Verden* civitate & dioceſ. tam cleri quam populi noſtre provincie, auctoritate noſtra metropolitica inſtaurando, dantes eisdem & cuilibet ipſorum ut premittitur inſolidum cum venerabili in Chriſto fratre, Domino Verdenſi Epiſcopo, nec non Abbatibus Prioribus prepoſitis Decanis conventibus collegiis ſeu capitulis alijsque eccleſiarum & monaſteriorum Prelatis rectoribus vicarijs capellanis ceterisque perſonis eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus quocunque nomine cenſeantur, civitatis & dioceſis predictarum tractandi conveniendi firmandi ac perficiendi quecumque circa vi-

ſitacionis prediċte negocium ſeu officium & ea contingentibus neceſſaria & oportuna fuerint plenam & liberam tenore preſencium poteſtatem, alium eciam ſeu alios procuratores ſubſtituen■ & ſubſtituendos per ipſum vel alterum ipſorum eciam revocandi, quando & quociens ipſis vel eorum alteri videbitur expedire, promittentes nos ratum & gratum habere quidquid per eosdem procuratores noſtros vel eorum alterum ſeu ab eis ſubſtituendos traċtatum conventum firmatum aut perfeċtum fuerit in premiſſis aut aliquo premiſſorum Jn cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Lichen* V°. Jdus januarij anno domini M°. CCC.xLj.

XXXII.

PROVISIO SUPER PRÆPOSITURA SUMMÆ ÆDIS MOGUNT. QUALITER EXECUTIONI DATA?

In Nomine Domini Amen. Per hoc preſens inſtrumentum publicum cunċtis pateat evidenter quod anno Dominice nativitatis Milleſimo tricenteſimo quadrageſimo tertio Jndiċtione duodecima pontificatus ſanċtiſſimi in Chriſto patris & Domini Domini *Clementis* Pape *ſexti* anno ſecundo Menſis decembris die quintadecima hora ejuſdem diei quaſi ſexta, que dies fuit ſecunda feria poſt diem beate *Lucie*, honorabilibus viris dominis Decano & Capitulo Eccleſie Magunt. in armario ejuſdem Eccleſie

ſie

ſie congregatis & capitulariter ſedentibus ibidem. In mei *Walthelmi* notarii publici & teſtium preſencia ſubſcriptorum Venit dominus *Gerlacus de Butſpach* canonicus eccleſie ſancti *Petri* Magunt. & literam apertam Reverendi in Chriſto patris ac domini domini *Heinrici* Archiepiſcopi Magunt. ſuo pendenti ſigillo munitam ſuper gratia Venerabili domino domino *Johanni de Columpna* dyacono Cardinali * facta a ſede apoſtolica ut dicebatur de canonicatu & prebenda ac prepoſitura ejusdem eccleſie Magunt. quos olim habuit quondam dominus *Bertholinus de Canali* ibidem dum vixit. prepoſitus & canonicus prebendatus, eis preſentavit. Cujus quidem litere tenor talis fuit. *Heinricus* Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per germaniam archicancellarius honorabilibus viris Decano & Capitulo eccleſie ſue Magunt. devotis ſuis dilectis ac omnibus & ſingulis quibus id noſſe fuerit opportunum ſalutem in Domino & plenam noticiam ſubmiſſorum Cum ad excludendas falſitates varias que ſepe per litteras apoſtolicas committuntur inveniatur per predeceſſores noſtros Archiepiſcopos Magunt. provide ſub gravibus penis in provinciali

P 5 Concilio

* *Joannes Columna* Romanus Anno 1322. Cardinalis *S. Angeli* & Baſilicæ Lateranenſis Archipresbiter creatus, Pontifici maximo & Principibus ob eximias virtutes, morum vitæque conſuetudinem uti & litterarum eruditionem valdè acceptus. vid. *Palatius in faſtis Cardinalium S. R. E. volum. 1. col. 616. n. 38. ſub joanne XXI.* errat autem *Palatius*, cum joannem ao. 1343. fatis conceſſiſſe aſſerat, cum hoc anno Præpoſituram majorem Mog. obtinuiſſet, quâ ultra annum 1346. ornatus fuit.

Digitized by Google

Concilio conſtitutum & diligenter obſervatum, quod nulla ſcripta tamquam apoſtolica prima facie apparencia per quemquam provincialium recipiantur niſi prius per dyoceſanum examinentur & tamquam vere litere apoſtolice ſuis literis Judicentur * Igitur conſideratis & perpenſis diligenter literis que de prepoſitura, canonicatu & prebenda eccleſie noſtre Magunt. olim vacantibus ex obitu *Berthelmi* ibidem prepoſiti & canonici prebendati pro perſona

* Concilium Provinciale Mogunt. ao. 1310. ſub *Petro* Archiep. celebratum *cap. CXLII. de crimine falſi* ſic ſtatuit: Et quia plerisque falſarij litteris Apoſtolicis & aliorum Prelatorum teſtimonijs aſſerunt ſe munitos, hoc ſanctum decrevit Concilium, ne tales qualiacunque ſcripta deferant a clericis vel a cujuslibet alijs perſonis eccleſiaſticis recipiantur in eccleſijs vel in domo niſi prius ipſorum littere per Epiſcopum Dyoceſis, ſi ejus copia poſſit haberi, alioquin per capellanum eccleſie cathedralis examinate fuerint diligenter & niſi ipſius Epiſcopi vel capellani litteris teſtimonialibus ſint muniti, & hoc ideo quia per ſacerdotes ſimplices non poteſt de facili literarum veritas vel facultas indagari, ſane quecunque perſona eccleſiaſtica citra hanc formam tales receperit, ipſo jure ab officio & beneficio per triennium ſit ſuſpenſa, alia pena nihilominus juxta ſuperioris arbitrium punienda. Illud quoque preſentis auctoritate Concilij huic capellano duximus annectendum, ut ſi tales ſine dictis literis teſtimonialibus petitiones ſuas preſumpſerint promovere, plebani civitatis & villarum ac alij ad quos veniunt, eos cum rebus eorum per ſeculare judicium ſi alias detineri non poſſint, non dubitent occupare Dyoceſano ſeu Archidiacono preſentandos. ita in ſimili Concilium Wernheri Archiep. Mog. *an. MCCLXI. can. XVII. MSS. Collectio mea Conciliorum Mog.*

Digitized by Google

na venerabilis patris domini *Johannis de Columpna* dyaconi cardinalis ab eadem ſede apoſtolica preceſſerant tamquam veras & ab eadem ſede apoſtolica procedentes declaramus per preſentes volentes eas pro veris apoſtolicis literis recipi & haberi per univerſos nobis ſubjectos eodem provinciali concilio non obſtante datum *Waltaſſen* in craſtino beate *Lucie* Anno Domini M°CCC°XLjjj°. Acceſſit eciam idem Capitulum ſtatim ibidem Dominus *Reynaldus* canonicus ut aſſeruit ecclefie ſancti *Pauli* Leodienſ. dicens ſe fore procuratorem ejusdem domini Cardinalis ad petendum & recipiendum ejus admiſſionem & receptionem per idem Capitulum ad canonicatum & prebendam atque prepoſituram easdem nec non ad preſtandum ſolitum juramentum de ſervandis ſtatutis & conſuetudinibus ejusdem ecclefie magunt. ſe pro eo petens ad hoc recipi & admitti, proteſtabatur igitur idem capitulum pro ſe & omnibus ſibi adherentibus quod eadem die & hora primo intellexerint Intelligereque & credere debuerint ex eisdem literis Domini Magunt. juxta exigentiam ſtatuti provincialis Concilij Magunt. in libro provincialium ſtatutorum provincie magunt. ſub titulo de falſarijs poſiti quod eadem gratia realiter a Domino papa proceſſiſſet & pro vera eſſet tenenda, & quod conſequenter ſi aliqui proceſſus ad exequendam eandem gratiam forent facti, vel publicati eorum monicionis tempora contra eos tantum a die & hora predicte preſentacionis litere Domini Magunt. primo currere incepiſſent & deberent de jure qua proteſtatione facta petivit idem Capitulum copiam procuratorij ejusdem *Reynaldi* nec

non

non gratie prediĉtorum quas idem *Reynaldus* michi ſubſcripto notario ad dandam ſibi copiam earundem aſſignavit habuit autem diĉtum procuratorium *Reynaldi* ſigillum inpenſum cum ymagine angeli alas extendentis, Jta quod ſigillum ejusdem domini Cardinalis fore prima facie apparebat, habuit autem hujusmodi forma ſubſcriptionum & ſignum quod prima facie per quendam Symonem Domini *Leonardi* de *peneſtre* ac prefati domini Cardinalis notarium publicum apoſtolica auĉtoritate conſcriptum videbatur, cujus tenor fuit talis Noverint univerſi hoc publicum preſens inſtrumentum inſpeĉturi. Quod nos . . *Johannes de Columpna*, miſeracione divina *S. Angeli* dyaconus Cardinalis prepoſitus & canonicus eccleſie magunt. facimus conſtituimus & ordinamus noſtros veros & legitimos procuratores aĉtores, faĉtores, negociorum geſtores, ac nuncios ſpeciales providos & diſcretos viros *Antonium de Alenban* preſentem & mandatum noſtrum ſuſcipientem & . . *peronum yterij de Ciſterrone* & *Reynaldum de Dale* canonicum *S. Pauli* Leodienſis familiares noſtros abſentes tamquam preſentes, & quemlibet eorum inſolidum, Jta quod non ſit melior condicio occupantis, ſed quod unus inceperit alius proſequi terminare valeat & finire Ad preſentandum literas apoſtolicas ſuper proviſione ſeu gratia nobis faĉta per ſanĉtiſſimum patrem & dominum noſtrum dominum *Clementem* divina providentia papam *ſextum* de canonicatu & prebenda, ac prepoſitura eccleſie magunt. vacantibus apud ſedem apoſtolicam per obitum bone memorie domini *Bertholini de Canali* diĉte eccleſie canonici

&

& prepoſiti & proceſſus auctoritate predictarum literarum habitos ſuper gratiam ſupradictam Reverendo in Chriſto patri Domino Dei gratia Archiepiſcopo Magunt. & honorabilibus & diſcretis viris Decano & Capitulo, ac ſingulis Canonicis & perſonis ejusdem eccleſie Magunt. nec non omnibus & ſingulis officialibus adminiſtratoribus & alteris in dignitatibus & perſonalibus in dicta eccleſia conſtitutis nec non executoribus ſubexecutoribus deputatis & quibuſcumque alijs perſonis viderit expedire & ad petendum nomine noſtro & pro nobis a dictis dominis Archiepiſcopo Decano & capitulo. & ſingulis prelatis & canonicis dicte eccleſie Magunt. ſe recipi in prepoſitum Canonicum & in fratrem & eisque vel ipſorum alteri pro nobis & noſtro nomine ſtallum in choro & locum in capitulo ipſius eccleſie cum plenitudine juris canonici ſicut vero prepoſito & canonico ipſius eccleſie facere aſſignari & ad jurandum in animam noſtri conſtituentis ſtatuta & conſuetudines ipſius eccleſie & quodlibet aliud juramentum preſtandum, & ad recipiendum noſtro nomine & pro nobis poſſeſſionem corporalem dictorum prepoſiture canonicatus & prebende & jurium & pertinenciarum eorundem & ad ſubſtituendum unum vel plures procuratores loco eorum & cujuslibet ipſorum in premiſſis & ſingulis eorundem & generaliter ad omnia & ſingula faciendum & exercendum, que veri & legittimi procuratores facere & exercere poſſent & deberent ac nosmet facere poſſemus ſi preſentes eſſemus dantes & concedentes eis-

dem

dem procuratoribus noſtris & cuilibet inſolidum plenam & literam poteſtatem in omnibus & ſingulis ſupradictis & quolibet predictorum & pro premiſſis agendi defendendi litem conteſtandi, ſententias cum interlocutoriisque , diffinitivas audiendi appellandi ac appellacionem proſequendi Promittimus eciam nos ratum gratum & firmum habere & tenere totum & quidquid per dictos procuratores noſtros vel ſubſtitutum & ſubſtituendos vel ab eis vel ab alio eorum actum factum , geſtum & procuratum fuerit in premiſſis & quolibet premiſſorum ſub ypotheca & obligacione omnium bonorum noſtrorum preſencium & futurorum In quorum omnium teſtimonium preſentes literas ſeu publicum inſtrumentum per noſtrum notarium publicum infraſcriptum ſcribi & publicari mandavimus & ſigilli noſtri appenſione muniri Actum Avinione in camera habitacionis prefati domini Cardinalis ſub anno domini M°CCC°XLjjj° die ultima menſis Julij indictione undecima, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Clementis* divina providentia pape *ſexti* anno ſecundo, preſentibus reverendis in Chriſto patribus dominis *Nicolao*. . . Archiepiſcopo ravennatenſ. *Hoieder* Caranenſ. *Johanne* viagenſ. ac *nycolao* tiburtinenſ. eccleſiarum epiſcopis ac magnifico viro *paulo* de *columpna* teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis. Et ego *Symon* domini *Leonardi* de *peneſtre* publicus apoſtolica auctoritate ac prefati domini cardinalis notarius premiſſis omnibus & ſingulis una cum preſcriptis teſtibus preſens interfui & omnia & ſingula de mandato

ipſius

Digitized by Google

ipſius domini cardinalis propria manu ſcripſi & in hanc publicam formam redegi meoque ſolito ſigno ſignavi rogatus. Ipſius autem gratie litera bullam plumbeam cum filis ſericis perforatam habuit more curie romane Ita quod ſimiliter eadem litera a domino. . *Clemente* nunc ſummo pontifice procedere prima facie videbatur ejusdem autoritate litere apoſtolice, tenor talis fuit. *Clemens* epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Johanni S. Angeli* dyacono. . Cardinali ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Perſonam tuam quam divina clementia magnis dotavit muneribus gratiarum ac prerogativa ſublimavit honorum paterna benivolentia proſequentes dignum quin imo debitum reputamus ut apoſtolica ſedes cujus honorabile membrum exiſtis quamquam tuorum honores magnitudine meritorum & graciis condignis attollat & proſequatur favoribus gracioſis cum itaque canonicatus & prebenda ac prepoſitura eccleſie Mogunt. quos quondam *Bertholinus de Canali* canonicus & prepoſitus ipſius eccleſie ſedis apoſtolice cappellanus in ipſa eccleſia dum viveret obtinebat, per ipſius obitum qui extra romanam curiam diem clauſit extremum vacaviſſe & adhuc vacare noſcantur nullusque de illis preterea nos hac vice diſponere poſſit pro eo, quod felicis recordationis *Clemens* papa *quintus* predeceſſor noſter diu ante vacationem hujusmodi omnes canonicatus & prebendas dignitates perſonatus, officia, ceteraque beneficia eccleſiaſtica per obitum cappellanorum dicte ſedis ubicumque decedentium tunc vacantia & in ante vacatura collacioni & diſpoſicioni ſue ac ſedis ejusdem reſervans decernit ex

tunc

tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nos ut incumbencia tibi expenſarum onera commodius ſupportare valeas tibi de alicujus ſubvencionis auxilio providere volentes, Canonicatum & prebendam ac prepoſituram predictos ſic vacantes cum plenitudine juris Canonici ac omnibus juribus & pertinencijs ſuis tibi motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis oblate petiticionis inſtantiam, ſed de mera noſtra liberalitate apoſtolica auctoritate conferimus & de illis etiam providemus decernentes prout eſt irritum & inane ſi ſecus ſuper hijs per quoscunque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attemptatum hactenus forſan eſt, vel contigerit in poſterum attemptari Non obſtantibus quibuscunque ſtatutis & conſuetudinibus ipſius eccleſie contrariis juramento confirmacione apoſtolica vel quacumque firmitate alia roboratis aut ſi aliqui apoſtolica vel alia quavis auctoritate in eadem eccleſia in canonicos ſint recepti vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de canonicatibus & prebendis aut dignitatibus vel perſonatibus ſeu officiis in dicta eccleſia ſpeciales vel de beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus generales dicte ſedis vel legatorum ejus literas impetraverint, eciam ſi per eas ad inhibicionem reſervacionem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus te in aſſecutione canonicatus prebende ac prepoſiture predictorum volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quo ad aſſecutionem canonicatuum prebendarum dignitatuum perſonatuum officiorum

&

Digitized by Google

& beneficiorum aliorum prejudicium generari. Aut ſi Archiepiſcopo, qui eſt pro tempore & dilectis filiis capitulo magunt. vel quibusvis alijs communiter vel diviſim ab eadem ſede ſit indultum quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur & ad id compelli non poſſint atque de canonicatibus & prebendis ac dignitatibus vel perſonatibus ſeu officijs ejusdem ecclesie aut alijs beneficijs eccleſiaſticis ad eorum collacionem proviſionem vel quamcumque aliam diſpoſicionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia prefate ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcunque tenoris exiſtat per quem preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis ſeu ſi preſens non fueris ad preſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus ejusdem ecclesie ſolitum juramentum ad quod preſtandum dummodo per procuratorem legitimum illud preſtes, nolumus te teneri tecum inſuper ut canonicatum prebendam & prepoſituram hujusmodi dicte ecclesie magunt. libere recipere ac illis una cum Ecclesia *S. Angeli* de Urbe que titulus tui cardinalatus exiſtit, nec non dignitatibus perſonatibus, prioratibus Canonicatibus & prebendis ecclesiis & alijs eccleſiaſticis beneficiis quibuſcunque cum cura vel ſine cura, que ex conceſſione ac diſpenſatione ſedis Apoſtolice obtines,

vel exſpectas cum ea fueris aſſecutus licite valeas retinere generalis concilij & quibuslibet alijs conſtitutionibus nequaquam obſtantibus auctoritate predicta motu ſimili diſpenſamus Proviſo quod canonicatus prebenda & prepoſitura ipſius eccleſie magunt. ac dignitates perſonatus, prioratus canonicatus & prebende eccleſie & alia beneficia eccleſiaſtica hujusmodi debitis non fraudentur obſequiis & animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre collacionis proviſionis conſtitutionis ac diſpenſationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum Datum *Avinione* X Kl. Julij pontificatus noſtri anno ſecundo Quibus ut ſic peractis idem *Reynaldus* petivit procuratorio nomine ſe pro eodem domino Cardinali recipi & admitti ad canonicatum prebendam & prepoſituram ſupradictos Ad quam peticionem reſpondit idem capitulum, quod ex ſtatuto & conſuetudine ejusdem eccleſie magunt. cujus principii memoria non foret juramento vallatis eſſet, quod quilibet hujusmodi novus prepoſitus ante receptionem & admiſſionem ſuam ad eandem prepoſituram per ipſum Capitulum haberet certum & ſpecificatum juramentum preſtare, ad quod preſtandum per eum & recipiendum ſi ipſam gratiam veraciter inventa foret a ſede apoſtolica proceſſiſſe miſiſſent *Gebehardum de Flersheim* vicarium ejusdem eccleſie cum ſufficienti procuratorio, cum inſercione ejusdem ju-

ramenti

ramenti ad eundum dominum Cardinalem, ſed ipſe idem juramentum preſtare noluerit licet debuerit prout hec haberentur in duobus inſtrumentis que idem Capitulum cum forma ejusdem juramenti preſtandi ibidem eidem *Reynaldo* exhibuit & oſtendit requiſivit igitur idem capitulum ab eodem *Reynaldo* numquod idem juramentum ſaltem ipſe procuratorio nomine pro ipſo ſuo domino preſtare vellet Ita quod nihilominus idem dominus cardinalis idem juramentum preſtare debeat propria in perſona infra hinc & octavam feſti paſche proxime inſtantis in curia Romana ubi eſſet continue quia nulla ſpes eſſet ipſum perſonaliter venturum ad eandem eccleſiam Magunt. propria in perſona & hactenus ſtetiſſet per eum quod preſtitum non fuiſſet, extunc eundem procuratorem ad eandem prepoſituram recipere & admittere vellent, illa tamen proteſtatione ejusdem capituli admiſſioni & receptioni eisdem premiſſa rel. Si qualitercunque in futurum appareret ipſum Reynaldum non habere ſufficiens mandatum ad idem juramentum preſtandum vel ipſe Dominus Cardinalis infra eamdem eccleſiam idem juramentum non preſtaret, quod hujusmodi receptio & admiſſio capituli de eodem domino Cardinali & ſuo eodem procuratore ad eandem prepoſituram deberent haberi penitus pro non factis. Petivit igitur idem *Reynaldus* nomine ut ſupra copiam ejusdem procuratorij capitularis ad dominum Cardinalem miſſi nec non inſtrumenti in quo dicebatur, quod reſpondere & etiam jurare noluerit de quibus inſtrumentis pretangitur nec non copiam forme ejusdem juramenti per eum preſtan-

 di

di ad deliberandum numquod taliter tale juramentum pro domino ſuo vellet preſtare. Dedit igitur idem capitulum ſibi copiam eorundem duorum inſtrumentorum & formam ejusdem juramenti juxta ejus peticionem ad deliberandum usque in diem immediate ſequentem & ad horam eandem quibus die & hora venientibus fuit hoc quod tunc fieri debebat, ad idem faciendum ad Sabbatum deinde immediate ſequens & ad horam eandem prorogatum de Communi voluntate capituli & dicti *Reynaldi* procuratorio nomine ut ſupra quo ſabbato iterum congregato & ſedente ad hec eodem capitulo in domo & loco ſuo capitulari conparuit idem *Reynaldus* dicens ſe deliberatum quod vellet pro ipſo ſuo domino & taliter ut in forma receperat idem juramentum preſtare. Premiſſa igitur per idem capitulum proteſtatione ſua jam predicta Idem *Reynaldus* idem juramentum ibidem eciam in ſcriptis pre oculis habens ſecundum omnem ſui formam pro eodem domino Cardinali tactis manualiter ſacroſanctis ewangeliis taliter juravit. Mox idem capitulum & dictus dominus Decanus ſuo & ipſius capituli nomine ipſum *Reynaldum* ut ſupra nomine pro eodem domino Cardinali ad eandem prepoſituram flexis genibus per oſculum more ſolito recepit & admiſit, hijs vero omnibus premiſſis ut premittitur peractis Idem *Reynaldus* dixit domino decano predicto hec verba vel ſaltem eis ſimilia videlicet domine proteſtor quod ego juravi iſta omnia ſi de ſtatuto & conſuetudine eccleſie veſtre ſunt, reſpondit dominus Decanus predictus *Reynalde* tu juraſti ea ſimpliciter & quia de ſtatuto & conſuetudine eccleſie noſtre

ſunt

Digitized by Google

ſunt & proteſtor nomine dicti capituli mei de contrario omnium que proteſtaris ſive volucris proteſtari, fuit aut tenor inſtrumenti procuratorij capitularis ad curiam miſſi in hec verba, Venerabili in Chriſto patri domini *Johanni de Columpna* ſancte apoſtolice ſedis Cardinali Decanus & capitulum eccleſie magunt. reverenciam congruam & honorem noverit veſtre ſublimitatis circumſpectio veneranda quorumlibet quoque quorum intereſt, vel intererit conſideracio circumſpecta, quod noviter ex quarundam literarum lectura prout dicebatur intelleximus ſanctiſſimum in Chriſto patrem ac dominum dominum *Clementem* nunc ſancte Romane ac univerſalis eccleſie ſummum pontificem prepoſituram ejusdem noſtre eccleſie magunt. nec non canonicatum & prebendam ibidem olim vacantes ex obitu felicis recordationis *Bertholini de Canali* noſtri dum vixit prepoſiti & canonici prebendati vobis domino Cardinali contuliſſe ac vobis de eis gracioſe eciam providiſſe verum quia ad hec fidem ac certitudinem competentem habere nequimus vel eciam auſi fuimus inter alia nos moventes ex eo, quod viginti & multo amplius annis elapſis in provinciali concilio magunt. pro tunc Archiepiſcopum magunt. cum ſuis ſuffraganeis abbatibus, prioribus archydiaconis & ceteris prelatis & clericis intereſſe debentibus & valentibus fuit conſulte deliberate ac provide ſervatis ſervandis ſtatutum ne aliqui aſſerentes apoſtolicis vel aliorum prelatorum literis ſe munitos qualiacumque ſcripta deferant à clericis vel a quibusvis alijs perſonis eccleſiaſticis recipiantur

tur in eccleſiis vel in domo niſi prius ipſorum litere per Epiſcopum dyoceſ. ſi ejus copia haberi poſſit, alioquin per capitulum cathedralis eccleſie examinate fuerint diligenter & niſi ipſius epiſcopi vel capituli literis teſtimonialibus ſint communiti, quod alioquin quecumque perſona eccleſiaſtica citra eandem formam tales receperit ipſo jure ab officio & beneficio per triennium ſit ſuſpenſa alia pena nihilominus juxta ſuperioris arbitrium punienda quod quidem ſtatutum tunc etiam ſollempniter publicatum & ad communem librum ſtatutorum provincialium redactum fuit extunc & cura continue per eandem provinciam Mogunt. receptum a ſubditis, maxime prelatis & clericis univerſis & communiter obſervatum atque in preſenti obſervatur & precipue per civitatem & dyoceſin magunt. quare cum eccleſia eciam formam & ordinem ejusdem ſtatuti obſervandos licet potuerit minime invenerimus obſervatos non ſervati apparuerunt deſuper noſtram fidem & credulitatem quousque nobis ut deberet plenius de veritate conſtaret absque dolo & fraude & ſine quaquam calumpnia tenuimus ut debuimus in ſuſpenſo conſtituimus igitur facimus & ordinamus in hijs ſcriptis diſcretum virum Gebehardum in eadem noſtra eccleſia vicarium in noſtrum & eccleſie ac capituli noſtri procuratorem & nuncium ſpecialem ad ſciſcitandum & inveſtigandum diligenter apud vos & alibi prout opus fuerit in premiſſis de vobis quo ad easdem collaciones & proviſiones per ipſum dominum prepoſitum factas contineant veritatem nec non ad exponendum & notificandum vobis conſequentur pro vobis & nobis mutuo,

quod

quod a tempore & pro tempore cujus principii ſeu contrarii apud quemquam hominum memoria non exiſtit in eadem noſtra eccleſia & eodem noſtro Capitulo & per ipſas eſt pro veritate habitum communiter & continue & eſt eciam verum quod in originali diſpoſicione & ordinacione ejusdem noſtre eccleſie fuerat in eadem prepoſitura conſtituta atque ſtatutus ibidem certus numerus Canonicorum & eciam prebendarum eciam hodie & ibidem vigentes fuerit quoque maxima pars bonorum & jurium ejusdem noſtre eccleſie que tunc habebat applicata & aſſignata eidem prepoſiture in eum tamen effectum & conſequenciam ut hujusmodi prepoſitus qui pro tempore eſſet de eisdem bonis & juribus tanquam eciam dotalibus earundem prebendarum cuilibet eorum annis ſingulis perpetue dare adminiſtrare & aſſignare debet in ſuſtentacionem & pro jure cujuslibet in eis prebendati, ſeu ad quos ſpectarent certas & diverſas ſummas & quantitates in tritico ſiligine, piſis vino, allecibus prompta pecunia & diverſis rebus alijs conſiſtentibus nulla ſterilitate vel quocumque caſu quantumcumque etiam fortuito & inopinato vel inculpabili ad hoc extinguendum vel differendum in toto vel in quacumque parte quantumcumque modica ſibi in contrarium ſuffragante eosque ſi idem prepoſitus in eis vel earum aliquo negligens inveniretur & monitus ad domum prepoſiture in magunt. per Decanum ejusdem eccleſie ad inſtantiam eorum vel ejus in quos vel in quem talis negligentia foret commiſſa infra terminum competentem eandem moram non purgare deberet idem prepoſitus eo ipſo perpetue

Digitized by Google

& absque omni reſtitucione & regreſſu ſuſpenſus eſſe ab eadem prepoſitura nec ſe de ea inantea intromittere vel habere ab eisdem Decano & Capitulo pro hujusmodi prepoſito modo quovis ſed quod ex tunc Decanus & Capitulum hujusmodi ſuper ſibi dandis & adminiſtrandis ut premittitur deberent ad eadem bona & immo prepoſitura habere recurſum & reſpectum deberetque ſimpliciter ex tunc ejusdem prepoſiture adminiſtracio apud eosdem Decanum & Capitulum eo ipſo reſidere usque in eventum futuri prepoſiti, qui talia ſine impedimento quolibet adimpleret Deberet quoque idem prepoſitus quandocumque vel a quocumque vel ex quacumque ejusdem prepoſiture vacatione conſtitutus ſeu præfectus antequam reciperetur vel pro prepoſito hujusmodi haberetur a Decano & Capitulo hujusmodi preſtare corporaliter juramentum ad requiſicionem ejusdem Decani & Capituli de premiſſis omnibus & ſingulis inviolabiliter obſervandis quod quidem ſtatutum ab ipſo tempore & per idem tempus usque ad preſens fuit & eſt inconcuſſe in eadem eccleſia & capitulo noſtris & per ipſas ut & debuit inviolabiliter obſervatum & ſervari per eadem tempora conſuevit & debebit perpetuo in futurum Eſt quoque & fuit hactenus idem ſtatutum unum de ſtatutis eccleſie noſtre juratis quod quilibet noſtrum inter alia eccleſie noſtre ſtatuta juravit & quilibet jurare habet qui in Canonicum prebendatum receptus eſt, & recipitur eciam cum venerit ad eandem Damus quoque eidem noſtro procuratori ſpeciale mandatum ut cum ipſe

colla-

collaciones & proviſiones easdem veraciter ut dicitur ab eodem ſummo pontifice reperit proceſſiſſe Jdem procurator noſter vos ad canonicatum & prebendam predictos eidem prepoſiture non annexos pro nobis recipiat reverenter ſicuti & nos extunc ad eos tanquam primo de veritate collacionis & proviſionis eorundem ac ſuorum dependencium informati ob reverenciam apoſtolice ſedis & veſtri ſalvis juribus ſtatutis & conſuetudinibus quibuslibet noſtre eccleſie vos recipimus in hijs ſcriptis Ac inſuper racione dicte prepoſiture ad requirendum pro nobis & noſtra eccleſia idem juramentum a vobis preſtandum & ad hec teſtes & alias Luſticientes probaciones adhibendum nobis quoque referendum quidquid intellectum inveſtigatum vel factum fuerit in premiſſis ut conſequenter veſtre reverende paternitati. eciam quo ad eandem prepoſituram omnem Juſticiam & honorem ut firmiter intendimus impendamus Jura quoque noſtra & ipſius noſtre eccleſie potiſſime jurata ut & pretangitur nullatenus negligamus Ratum & gratum habituri que idem noſter procurator fecerit in premiſſis ſeu quolibet eorundem, In quorum omnium & ſingulorum evidenciam atque robur. Idem noſtrum procuratorium per Johannem de Oſterna clericum publicum imperiali auctoritate notarium ſubnotatum cum adhibicione ſubſcriptorum teſtium in preſentem publicam formam redigi rogavimus & fecimus noſtrique ſigillo capituli ad cauſas inſuper fecimus communiri. Actum *Maguncie* in noſtro capitulo ibidem ad hoc ſpecialiter congregato anno domini Milleſimo tricenteſimo

 quadra-

Digitized by Google

quadrageſimo tertio Xjjj° Kl. novembris & cetera. Item tenor inſtrumenti quo ipſe dominus cardinalis idem juramentum preſtare noluerit fuit talis ut ſequitur in hec verba. In Nomine Domini Amen Anno a nativitate ejusdem millesimo trecenteſimo quadrageſimo tercio, Indictione undecima pontificatus ſanctiſſimi patris & domini domini *Clementis* pape *ſexti* anno ſecundo menſis novembris die decima octava in preſencia mei notarij & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Reverendiſſimus in Chriſto pater & dominus dominus *Johannes de Columpna* S. *Angeli* dyaconus cardinalis canonicus prebendatus & prepoſitus magunt. Commiſit venerabilibus viris dominis *Jacobo de mediolano* archidyacono mediolanenſi & *Johanni de ponte de Laude* canonico paduan. in Romana curia advocatis reſponſionem ſuo nomine faciendam *Gebehardo* aſſerenti ſe procuratorem venerabilium virorum dominorum Decani & capituli eccleſie magunt. ſuper contentis & petitis in quodam procuratorio ſigillo ut dicitur capituli dicte Magunt. eccleſie ſigillato. Actum *Avinione* in hoſpicio prefati domini Cardinalis preſentibus hijs teſtibus videlicet Venerabili viro domino Agapito quondam ſciarre de columpna canonico paduan. & nobilibus viris *Lelle petri Stephani de coſertis* Domini pape magiſtro hoſtiario & *Jannecka* domini *Bartholomei* de urbe. — — — In nomine domini amen anno Indictione pontificatu predictis & dicti menſis novembris die viceſimo in preſencia mei notarij & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter voca-

vocatorum & rogatorum Venerabiles viri domini *Jacobus de mediolano* Archidyaconus mediolanenſ. *Johannis de ponte* de *laude* canonicus paduan. in Romana curia advocati per reverendiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum *Johannem de columpna* S. *Angeli* dyaconum cardinalem canonicum prebendatum & prepoſitum magunt. ſuper reſponſione *Gebehardo* aſſerenti ſe procuratorem venerabilium virorum dominorum Decani & capituli eccleſie magunt. facienda legittime deputati ut ſupra patet manu mei notarii infraſcripti in hoſpicio prefati domini cardinalis deliberacione habita diligenti reſponderunt prout preſenti ſcripto & inferius continetur videlicet attento tenore procuratorij & ſtatutorum ut dicitur provincialium ac eccleſie magunt. eciam juramento vallatorum in dicto procuratorio deſcriptorum quod nobis preſentavit ex parte decani & capituli magunt. *Gebehardus* in ipſo procurator conſtitutus penſato eciam quod dictus *Gebehardus* non habet poteſtatem recipiendi nos in prepoſitum eccleſie magunt. eciam ſi faceremus omniaque per dictum inſtrumentum procuratorij nos facturos dicti Decanus & capitulum requirunt licet male & contra tenorem gracie apoſtolice nobis facte conſiderato eciam tenore gracie apoſtolice nobis ut predicitur facte & maxime in ea parte ubi dicit ſeu ſi idem cardinalis preſens non fuerit ad preſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus dicte eccleſie ſolitum juramentum ad quod preſtandum dummodo per procuratorem legittimum illud preſtet, eum volumus non teneri & quod nos procuratores ydoneos & ſufficientes ac legittimos ad

preſtan-

Digitized by Google

preſtandum illud & alia juramenta licita in animam noſtram conſtitueramus & ad vos & eccleſiam magunt. deſtinaveramus licet vos ipſos cum effectu recipere recuſaveritis pluries ac debite requiſiti animadvertentes quod venerabiles viri domini *Johannis de Fredeberg Conradus de Anſinbruch & hermannus de Schonecke* noſtri & veſtri concanonici ſicut devoti obediencie filii mandatis apoſtolicis humiliter obediverunt & nos in eorum & eccleſie magunt. receperunt concanonicum prepoſitum & in fratrem & quod tam abbates quam prelati & alii clerici ſecundariarum eccleſiarum humiliter & devote ſicut tenebantur gratiam apoſtolicam nobis factam & executoriam ipſius ac proceſſus ex eis ſecutos ſollempniter in magunt. eccleſia publicarunt per quod & quandam proteſtacionem quam primo in domo Capitulari dicte eccleſie magunt. & poſtea in Choro ſancte *Marie ad gradus* maguntie poſt dictam publicationem fieri feciſtis apparet veſtra pretenſa ignorantia craſſa & ſuppina & affectata ac omni carens excuſacione unde predictis omnibus Conſideratis duximus reſpondendum quod donec per vos realiter prout de jure debemus fuerimus recepti & cum effectu ad dictos Canonicatum & prebendam ac prepoſituram cum eorum juribus & pertinenciis admiſſi nihil de petitis per vos intendimus facere ſed ſolum jus noſtrum efficaciter proſequi prout de jure poſſumus & debemus offerimus autem licet ut predictum eſt non teneamus Nos cum per vos ut premittitur fuerimus admiſſi & recepti juramentum quod a nobis in ſepefato procuratorio veſtro nobis directo exigitis preſtaturos ſi & in quantum

de

de jure vel aliter tenemus de qua reſponſione ut ſupra prediꝺi domini reſpondentes mandaverunt mihi notario infraſcripto de prediꝺis confici publicum inſtrumentum Aꝺum avinione in hoſpitio ejusdem domini Cardinalis preſentibus hijs teſtibus ſcilicet venerabili in Chriſto patri domino *Johanne* Epiſcopo friſingenſi & canonico Magunt. & venerabilibus viris dominis *Hermanno de Aldindorff* frislarienſ. *Henrico Catzman* & *Conrado Hake* fritslarienſ. magunt. dioceſ. eccleſiarum Canonicis. Et ego Johannes tirellus canonicus peneſtrinus alme urbis Jlluſtris prefeꝺus publicus auꝺoritate notarium prediꝺis commiſſioni & reſponſioni ac hijs omnibus & ſingulis interfui & ea de mandato diꝺorum domini Cardinalis & reſpondencium ſcripſi & publicavi ſignans ſolito meo ſigno Juramenti vero forma ipſi *Reynaldo* dati & jurati per eum & per ipſum dominum Cardinalem jurandi ut predicitur fuit talis. Ego *Reynaldus* canonicus *S. Pauli* Leodienſis procurator venerabilis mei domini domini *Johannis de Columpna* dyaconi Cardinalis prepoſiti & Canonici prebendati eccleſie magunt. apoſtolica auꝺoritate ex poteſtate & mandato mihi ab eo traditis & ex hijs eciam que ipſemet nuper anno preſenti videlicet anno domini M°.CCC° X Ljjj°. decima oꝺava die menſis novembris expreſſit & reſpondit ſeu exprimi & reſponderi pro ſe fecit & mandavit per honorandos & peritos viros dominum Jacobum de mediolano Archidyaconum mediolanenſ. & *Johannem de ponte de laude* Canonicum paduanenſ. adpeticionem Magiſtri *Gebehardi* vicarij magunt. procuratoris Venerabilium virorum Decani

&

& capituli magunt. ſibi domino cardinali pro ipſis Decano & capitulo & ipſa eccleſia magunt. in Romana curia factam, ſuper preſtando per ſe hujusmodi prepoſitum ſubſcripto juramento ex ſtatuto & conſuetudine de quorum principio ſeu contrario apud quemquam hominum memoria non exiſtit ejusdem eccleſie Magunt. incumbente cuilibet hujusmodi prepoſito de novo a quoquam vel qualitercumque creato antequam recipiatur vel admittatur a Decano & capitulo ſupradictis ad prepoſituram eandem Juro ad hec ſancta Dei evangelia que corporaliter tango manu mea procuratorio nomine & pro ipſo domino Johanne prepoſito & in ejus animam quod ipſe ſingulis annis quam diu exiſtat ibidem prepoſitus dabit amminiſtrabit & aſſignabit aut ille cui amminiſtrationem comiſerit prepoſitus antedictus in ſuſtentacionem & pro jure ac dote prebendarum ejusdem eccleſie Magunt. cuilibet ibidem prebendam habenti ſeu ad quos ſpectant prebende ibidem omnes ſummas & quantitates in tritico ſiligine piſis vino allecibus prompta pecunia & alijs rebus conſiſtentes hactenus dari & aſſignari eis per prepoſitum magunt. ſolitas & conſuetas nulla ſterilitate vel quocumque caſu quantumcumque fortuito & inopinato vel inculpabili ad hoc extinguendum vel differendum in toto vel in quacunque parte quantumcunque modica ſibi in contrarium ſuffragante Eique ſi idem meus dominus Johannes prepoſitus in eis vel eorum aliquo negligens inventus fuerit & monitus ad domum prepoſiture ejusdem in Magunt. poſitam per Decanum ejusdem eccleſie magunt. ad inſtanciam eorum vel ejus in quos vel

in

in quem negligentia fuerit commiſſa infra terminum competentem eandem moram non purgaverit, quod debeat idem meus dominus *Johannes* prepoſitus eo ipſo perpetue & abſque omni reſtitucione & regreſſu ſuſpenſus eſſe ab eadem prepoſitura nec ſe de ea in antea intromittere vel haberi ab eisdem Decano & capitulo pro hujusmodi prepoſito modo quovis ſed quod ex tunc Decanus & capitulum predicte eccleſie Magunt. ſuper ſibi dandis & amminiſtrandis ut premittitur debeant ad bona & jura ejusdem prepoſiture habere recurſum & reſpectum atque debeat ſimpliciter ex tunc ejusdem prepoſiture aminiſtracio apud eosdem decanum & capitulum eo ipſo reſidere usque in eventum futuri prepoſiti qui talia ſine impedimento quolibet ſtudeat adimplere. Acta ſunt hec omnia & ſingula premiſſa anno domini Indictione pontificatu menſe, diebus & locis predictis preſentibus honorabilibus viris & diſcretis dominis *Henrico* Cantore ſcte *Marie ad gradus Gerlaco de Butſpach* ſcti petri canonico *Hugone de Tholleia* prebendario *Johanne Sancti Chriſtofori* plebano *Heylone* dicto *Yſinmenger Gerhardo veteris celle Johanne* de *Oſterna*. notario publico Johanne de Moſpach Majoris vicarius Magunt. eccleſiarum teſtibus ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Walthelmus de Caſſele* clericus Magunt. notarius publicus auctoritate Imperiali premiſſis omnibus & ſingulis una cum prenominatis teſtibus preſens interfui & ea ſic fieri vidi & audivi Ideo ea in hanc publicam formam redegi manu propria ſcripſi ſignoque meo ſolito ſignavi diligenter requiſitus.

XXXIII.

Digitized by Google

XXXIII.

JURAMENTUM A PRÆPOSITO SUMMÆ ÆDIS MOGUNT. PRÆSTANDUM.

G*erlâcus* Dei gratia ſancte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Jmperij per Germaniam Archicancellarius Nec non *Johannes de Wartenberg Wilhelmus de Sauwelnheim Conradus Brumſſerj & Hermannus de Bybera* Canonici Capitulares nobiſcum tanquam eciam adhuc Decano Magunt. cum maxime poſſeſſionem pacificam ejusdem noſtre Eccleſie Magunt. neque majorem partem ejusdem poſſeſſionis minime ſumus adepti, poſt proviſionem nobis factam de eadem Eccleſia Magunt. ad hec Capitulariter congregati honorabili viro Domino *Guilielmo Pinchon* prepoſito & Canonico Eccleſie Magunt. jam dicte. Salutem ac ſinceram caritatem in Domino cum plena noticia ſubſcriptorum. Noverit veſtra dilectio circumſpecta quod venientibus noviter ad nos Archiepiſcopum & Decanum hujusmodi ac ipſos prenominatos noſtros canonicos & fratres capitulares. & pro tunc ut ex nunc hujusmodi capitulum facientes. duobus veſtris procuratoribus. videlicet *Conrado Liderbecher* canonico Eccleſie *Sti. Johannis* Magunt. & *Conrado Henrici de Ruſſingen* clerico Magunt. dyoceſis. & petentibus prout a vobis ut prima facie & ſub publica manu apparebat in mandatis habuerant. quatenus vos ad prepoſituram predictam nec non canonicatum & prebendam ejusdem Eccleſie Magunt. olim in Romana

mana curia vacantes ex obitu bone memorie Domini *Johannis de Columpna* ſedis apoſtolice dum vixerat Cardinalis de quibus prepoſitura canonicatu & prebenda foret vobis a ſede Apoſtolica gratioſe proviſum, & ad eorundem prepoſiture canonicatus & prebende poſſeſſiones & jura recipere & admittere curaremus. Nos igitur ſic capitulariter congregati Statuta Conſuetudines & juramenta ac obligationes circa hec primitus & ante omnem receptionem hujusmodi, Novo prepoſito ejusdem noſtre Eccleſie magunt. recipiendo, incumbencia a tempore & per tempus cujus principij memoria non exiſtit perpendimus & recenſuimus diligenter. Attendentes igitur quod hujusmodi novo prepoſito per ſe perſonaliter ſi preſens eſſet incumberet juramenti preſtacio & obligacio certa & ſpecifica ac ſubſcripta ante omnem ejus receptionem vel poſſeſſionis Corporalis adeptionem. Sub hac forma & tenore verborum. Ego . . talis prepoſitus. juro ad hec ſančta Dei Ewangelia que corporaliter manu mea tango quod ego ſingulis annis quamdiu exiſto prepoſitus. dabo amminiſtrabo & aſſignabo aut ille cui amminiſtrationem commiſero. Jn ſuſtentacionem pro jure ac Dote prebendarum ejusdem Eccleſie magunt. cuilibet ibidem prebendam habenti. ſeu ad quos ſpectant prebende ibidem. Omnes ſummas & quantitates in tritico ſiligine piſis vino, allecibus, prompta pecunia & in alijs rebus conſiſtentia * hactenus dari & aſſignari eis per pre-

* Elucent hic Veſtigia vitæ communis, quæ viguit olim in Metropolitanâ, de qua alibi.

Digitized by Google

poſitum Magunt. ſolitas & conſuetas nulla ſterili-
tate vel quocunque caſu quantumcunque fortuito
& inopinato vel inculpabili ad hoc extinguendum
vel differendum in toto vel quacumque parte quan-
tumcumque modica ſibi in contrarium ſuffragante
quod ſi ego vel is cui amminiſtrationem commiſero
Jn eis vel eorum aliquo negligens inventus fuerit
vel fuerit monitus, ad domum prepoſiture ejus-
dem in Magunt. poſitam per Decanum dicte eccle-
ſie Magunt. vel Decano abſente vel non exiſtente
per alium prelatum ſeu canonicum ejusdem eccleſie
loco Decani ut conſuetudinis eſt & ad hoc preexi-
ſtentis. ad inſtanciam eorum vel ejus in quos vel in
quem hujusmodi negligentia fuerit commiſſa in-
fra terminum competentem eandem moram non
purgaverint quod debeam eo ipſo perpetue & abs-
que omni reſtitucione & regreſſu ſuſpenſus eſſe ab
eadem prepoſitura nec me de ipſa inantea intro-
mittere vel haberi ab eisdem Decano & Capitulo
pro hujusmodi prepoſito quovis modo, ſed qui ex
tunc Decanus & Capitulum predicte Eccleſie ma-
gunt. ſuper ſibi dandis & miniſtrandis ut premitti-
tur debeant ad bona & jura ejusdem prepoſiture
habere recurſum & reſpectum. atque debeant ſim-
pliciter ex tunc ejusdem prepoſiture amminiſtratio
apud eosdem Decanum & Capitulum eo ipſo reſi-
dere usque in eventum futuri prepoſiti. qui talia
ſine impedimento quolibet ſtudeat adimplere. Sed
ſi preſens non foret, Jdem juramentum facere de-
bet per ejus ſufficientem procuratorem pro eo &
in ejus animam & nihilominus per eundem prepo-

ſitum

ſitum poſtea perſonaliter cum ex parte ejusdem capituli requireretur. Eandem igitur formam Juramenti & obligationem ſub ipſo juramento. ab eisdem veſtris procuratoribus. cum preſens tunc non fueritis in ſcriptis ſub publica manu mandavimus & ab eis preſtari in animam veſtram & fieri petivimus & exegimus. Sic ante omnia pro nobis & ipſo Capitulo & noſtra Eccleſia ſupradicta cum etiam ſimiliter ſic ante omnia procurator ſufficiens olim ejusdem Domini *Johannis de Columpna* immediati veſtri predeceſſoris * in ſue conſimilis receptionis exordio pro eodem tunc Domino Cardinali abſenti. & in ejus animam idem preſtiterit juramentum & ipſum ſub eo obligaverit, cum de hoc fuerat ex parte ejusdem Capituli informatus. Ipſi igitur veſtri procuratores prout eciam tenebantur deliberati diligenter ſuper eodem juramento, & in eis contento. ipſum ſic ſpecifice ac inſuper de alijs ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſie obſervande in genere in veſtram animam juraverunt & quod vos ſimiliter ipſum debetis preſtare. cum ex parte ejusdem capituli requireremini ſuper eo. Quibus omnibus ut & ſic ex ordine peractis. Nos . . Archiepiſcopus & Decanus ut ſupra & ipſi prenominati canonici & fratres capitulares & capitulum facientes ut predicitur pro nobis & alijs fratribus capitularibus nobis ut ſuo hujusmodi Archiepiſcopo obedientibus. ad eandem prepoſituram Cano-

 nicatum

* Cum Guilelmus Pintschon immediatus Succeſſor joannis de Columna dicatur, corrigendus venit Syllabus plenior de Præpoſitis apud joann. Tom. II. pag. 279.

nicatum & prebendam recepimus reverenter. eosdem veſtros procuratores veſtro nomine procuratorio & pro vobis. Mittimus igitur conſequenter ad vos diſcretum virum Magiſtrum *Johannem de Selde* canonicum Ecclesie Sancte *Crucis* Hildenſemenſem exhibitorem preſentium. noſtrum procuratorem & nuncium ſpecialem Et vos per eum hanc formam & litteras preſentes requirimus diligencius & attente pro nobis & ipſo Capitulo & noſtra Eccleſia ſupradicta. quatenus idem juramentum. Ad quod vos preſtandum perſonaliter ipſi veſtri procuratores prout etiam tenebantur obligarunt ſollempniter & ſub bono teſtimonio preſtare curetis. ut nobis ac vobis ac ipſi noſtre Eccleſie Magunt. ſua jura & debita diligentius obſerventur & vos nobis & vobis ſine impedimento & diſſenſione qualibet velle proſpicere effectualiter & complere. Preterea nos *Gerlacus* Archiepiſcopus ſupradictus conſtituimus eundem magiſtrum Johannem in noſtrum procuratorem ſpecialem in hiis ſcriptis. Ad requirendum a vobis *Guillelmo Pinchon* noſtre Eccleſie prepoſito ſupradicto nobis preſtari obediencie Juramentum nobis de jure preſtandum cum capitulis univerſis tanquam veſtro Archiepiſcopo Magunt. quod & nos a vobis requirimus & exigimus per preſentes. In quorum omnium premiſſorum teſtimonium preſentes pro nobis & Canonicis capitularibus ſupraſcriptis hec etiam volentibus & petentibus. per *Ulricum de Friſinga* publicum imperiali auctoritate notarium infraſcriptum ſcribi & publicari mandavimus. ac ſigilli noſtri appenſione fecimus muniri. Datum & actum In civitate noſtra

Digitized by Google

ſtra Magunt. In curia habitacionis noſtre anno Domini M°. CCC°. LI. Indictione quarta pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini *Clementis* pape *Sexti* anno nono die ſexta Menſis Aprilis preſentibus honorabilibus viris *Johanne* Scolaſtico ſancti *Johannis* & *Henrico* Cantore Eccleſie ſcte *Marie ad gradus* Magunt. Eccleſiarum *Walthero* Cantore. Eccleſie *St. Thome* Argentin. *Reinhardo de Wettere* & *Hermanno de wiſebaden* vicarijs Eccleſie Magunt. teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Ulricus* quondam *Marquardi de Friſinga* commorans Magunt. publicus Imperiali auctoritate notarius Premiſſis interſui una cum teſtibus prenotatis. Eaque ſic fieri vidi & audivi. preſens quoque inſtrumentum ad juſſum & mandatum predicti Domini *Gerlaci* Archi-Epiſcopi nec non Dominorum Canonicorum capitularium preſcriptorum ſcripſi & publicari meoque ſigno ſolito & conſueto ſignari requiſitus.

XXXIV.

ABBAS S. ALBANI A SENTENTIA INTERLOCUTORIA AD CURIAM ROMANAM PROVOCAT ET APPELLAT.

Judices ſancte Maguntinenſis ſedis recognoſcimus per preſentes quod conſtitutus in noſtra preſentia Magiſter *Hartmannus* Rector puerorum Eccleſie ſancti

ſancti *Mauritij* Mogunt. Sindicus ſeu procurator honorabilis & religioſi viri Domini *Syboldi* Abbatis Monaſterij Sti *Albani* extra muros Mogunt. Ordinis Sancti *Benedicti* Appellationem infraſcriptam nomine procuratoris dicti Domini Abbatis legit & interpoſuit publice in hec verba, quia vos honorabiles viri Domini Judices ſancte Magunt. ſedis In cauſa quam Reverendi viri Domini Decanus & capitulum Eccleſie Sti *Stephani* Mogunt. contra religioſum virum Dominum Abbatem Monaſterij Sti *Albani* ordinis S. *Benedicti* extra muros Magunt. coram Vobis in judicio proſequuntur infraſcripta ex parte ejusdem Domini abbatis contra totalem agencium intentionem propoſita excepta & allegata in hec verba In cauſa quam reverendi viri Domini Decanus & capitulum Eccleſie Sti *Stephani* Mogunt. movent honorabili viro Domino Abbati Monaſterij S. *Albani* extra muros Mogunt. coram vobis dominis judicibus ſancte Mogunt. ſedis ex parte ejusdem domini Abbatis quamquam non neceſſe ſit cum intentio dictorum actorum ſufficienter probata non ſit Immo penitus in probacione defecerunt, tamen quod ſuperflua non viciant ex ſuperhabundanti & ad cautelam contra totam dictorum actorum intentionem excipiendo peremptorie proponitur & dicitur quod intentio dictorum actorum non procedit, ex eo, quia ipſe dominus Abbas Sti *Albani* & anteceſſores nomine Monaſterii ſui predicti, eſt & fuit ſeu ſunt & fuerunt hactenus in poſſeſſione vel quaſi pacifica & quieta juris percipiendi integraliter fructus omnium decimarum provenientium de bonis & rebus ipſius Monaſterij conſiſten-

ſiſtencium infra limites parochiarum quarum jus patronatus ad dominum Abbatem Sti *Albani* ſeu Monaſterij ipſius pertinet ſeu hactenus pertinuit in eiſdem cum igitur in villis circa quarum decimationem lis vertitur ipſe Dominus Abbas & Monaſterium ſuum predictum, bona propria habeat de quibus & non alijs decimas percepit ipſe dominus Abbas predictus & ſui anteceſſores nomine Monaſterii ſui predicti ſit & fuerit ſeu fuerunt in poſſeſſione vel quaſi pacifica & quieta juris percipiendi integraliter univerſos fructus decimarum de predictis ſuis bonis proveniencium Ita quod numquam auditum ſit, quod aliquis rectorum Eccleſiarum illarum de quarum decimatione lis vertitur qui pro tempore fuerit perceperit decimas de bonis illis que ad ipſum Monaſterium jure proprietatis vel dominij pertinebant ſed ſemper ipſum Monaſterium eas perceperit pacifice & quieto ſepedictus etiam dominus Abbas & ſui anteceſſores nomine Monaſterij ſui predicti hoc jus percipiendi decimas ut dictum eſt legitime preſcripſerit & tanto tempore cujus in contrarium memoria non exiſtit, proinde petit ipſe nomine ſuo & Monaſterij ſui predicti, quatenus vos reverendi domini Judices predicti ipſum & Monaſterium ſuum virtute dicte exceptionis ab impeticione dictorum actorum ſententialiter abſolvatis cum refuſione legitima expenſarum decernentes ipſum nomino quo ſupra ſua poſſeſſione predicta, debere gaudere pacifice & quiete & ipſum in ea fore per vos exigente juſtitia defendendum, dictis actoribus perpetuum quoad predicta ſilentium imponentes ſi qua vero de predictis . . ſunt

Digitized by Google

non omnia ſed in tantum neceſſaria offert ſe predictus Dominus Abbas legitime probaturum & petit ſi neceſſe fuerit, humiliter ſe admitti & ea ſuppleat diſcretio judicantis. Non admiſiſtis ſed per veſtram Interlocutoriam talem qualem inique pronuntiaſtis exceptione domini Abbatis predictam tamquam inepte propoſita non obſtante in ipſa cauſa fore ulterius quantum de jure fuerit procedendum, cum hoc nihilominus in gravem jacturam predicti Domini Abbatis & ſui Monaſterij in cauſa ipſa ad predictorum agentium inſtantiam ulterius procedentes Ea propter ego Hartmannus Syndicus ſeu procurator ſepedicti domini Abbatis habens ad hoc mandatum ſpeciale nomine ſuo & dicti ſui Monaſterij ſentiens ipſum & dictum ſuum Monaſterium ac me ſuo nomine ex premiſſis per vos indebite prægravari & pergravatum fore nec non in futurum poſſe per nos veriſimiliter plus debito prægravari nomine procuratorio & pro ipſo meo Domino ac ſuo Monaſterio predicto in hijs ſcriptis ad ſanctam ſedem Apoſtolicam ſollempniter & legitime provoco & apello, ſubiciens me ac dominum meum predictum nec non ſuum Monaſterium ac ſtatum cauſe ſue predicte cum omnibus rebus noſtris & juribus protectioni ſedis ejusdem & Apoſtolos inſtanter peto & iterum ac iterum peto, Invocans ad premiſſa omnium aſtancium teſtimonium ſuper ea, & ſpecialiter tui *Hartmanni* publici notarij nos judices predicti proteſtationem quam alias coram notario publico fecimus eandem proteſtationem denuo facimus & pede ſtante lecta

&

& interpoſita eſt hec appellatio anno Domini M. CCC. XIX. Vjj Kl. januarij cui appellationi tamquam frivole non duximus deferendum, Et has literas ſibi damus noſtro ſigillo ſigillatas loco & nomine Apoſtolorum in teſtimonium ſuper eo actum anno Domini M.CCC.XX. V°. Jdus jan.

XXXV.

ABBAS S. ALBANI CONVENTVALIBVS SVIS CERTOS PROVENTVS ET REDDITVS PRO MELIORI SVBSISTENTIA ASSIGNAT &c.

In Nomine ſancte & individue Trinitatis Patris & filij & ſpiritus ſancti Amen. Nos Syboldus Dei gratia Abbas *Hartmannus* Prior totusque conventus Monaſterii ſancti *Albani* extra muros Magunt. ordinis Sancti *Benedicti*, advertentes quod non eſt inſolitum neque debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum variacionem temporum ſtatuta quandoque variantur humana Preſertim cum urgens neceſſitas aut evidens utilitas hoc expoſcit, ſane cum a longe retroactis temporibus. . Abbates in noſtro Monaſterio pro tempore exiſtentes hucusque fratribus de conventu ipſorum familie ac alijs quibusdam perſonis qui prebendas ſeu redditus aliquos de conſuetudine inibi optinent & hactenus optinebant panem vinum legumina & alia quedam eſculenta & potulenta nomine victualium alias quoque preſtationes

Digitized by Google

tiones diurnis menſtruis ſeu annuis temporibus conſueverant miniſtrare & quam pluries evenerit, quod ob terre ſterilitatem frugum defectum aut cariſtiam, hoſtium ſeu predonum incurſus, colonorum negligentiam & alia diverſa impedimenta inſperatis caſibus irruentia ipſis. . Abbatibus res hujusmodi, adminiſtrandos pre manibus ad votum non habentibus, vel forſan adminiſtrare ſeu porrigere differentibus aut negligentibus fratres de conventu neceſſariorum penuria provocati a divinis officiis, ac cetere perſone ſupradicte a debitis ſe obſequis ſubtraxerunt, ex quibus inter Abbates & conventum diſſenſiones & rixe ſepius ſunt exorte, Proinde ut omnia premiſſa inconveniencia ceſſent & de cetero non inducant errorem Reverendi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini *Mathie* Dei gratia ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopi monitis ſalutaribus inducti, nec non prudentum virorum familiarium & amicorum noſtrorum conſilijs informati maturo conſilio ac diligenti deliberatione prehabitis pari & unanimi conſenſu, ac voluntate concordi ita duximus ordinandum ac etiam ſtatuendum Ita ſtatuimus quod tam pro prebendis quam pro ceteris preſtacionibus & univerſis juribus quocumque nomine cenſeantur in quibuscumque rebus conſiſtant, quas ut premittitur. . Abbas pro tempore exiſtens toti conventui aut ſingularibus perſonis de conventu ſeu officiatis ipſius conventus aut alijs quibuſcumque perſonis intra vel extra Monaſterium ipſum exiſtentibus adminiſtrare tenebatur & conſuevit bona ſubſcripta cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis & cum omni integritate jure patrona-

tus

Digitized by Google

tus ſeu preſentandi duntaxat excepto, quod penes Abbatem remanere volumus ex nunc in antea pleno jure pertineant ad conventum, cum Abbas de cetero ſe intromittat aliqualiter de eisdem videlicet vinea ſita ex oppoſito porte Abbatie Monaſterii noſtri cum torculari infra ſepta Monaſterij apud Cellariam contiguam domui Cellerarie ac cum granario ſupra jam dictum cellarium & refectorium fratrum conſiſtente Jtem omnes decime majores & minute, ac curtes villarum *Vndinheim Nordolvilsheim Geiſpesheim*, *Germersheim*, *Flanheim*, *Budinsheim*, *Armisheim Munſtere*, *Leheim* cum univerſis bonis & redditibus in *Rudenehe* & in *Richuſin* nec non curtis in *Pinguia* cum cremento vini ibidem, curtes torcularia, edificia, & quelibet alia dictis bonis annexa & attinentia nec non juſtitie jurisdictiones, emende conſtitutiones & deſtitutiones ſcultetorum officiatorum, ſcabinorum aliorum quorumcumque cum omni jure modo & forma quibus nobis Syboldo Abbati predicto & noſtris predeceſſoribus hactenus competebant, quocumque titulo lucrativo ſive oneroſo, quocumque tempore ad nos pervenerint & a nobis ſunt poſſeſſa prefatis Priori & Conventui dedimus & damus liberaliter per preſentes in uſus prebendarum ſuarum ac preſtaciones & adminiſtraciones ſupradictas tam conventui quam perſonis ſingularibus pretactis per ipſos absque requiſitione & contradictione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum libere comittenda Jtaque mediantibus dictis bonis & redditibus Nos . . Abbas prefatus & noſtri ſucceſſores ab omni impetitione & inquietatione predictorum Prioris & Conventus ac cete-

rarum

rarum perſonarum ſupratactarum ſuper antedictis amminiſtrationibus & preſtationibus libere de cetero ſimus totaliter & immunes Econtrario Nos . . Abbas ſepedictus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus conventum Monaſterii noſtri ab omni preſtatione & adminiſtratione quorumcunque rerum ſive in eſculento vel poculento veſtimentis ac alijs quibuscumque rebus conſiſtencium ad quarum preſtacionem nobis hactenus tenebantur literis preſentibus penitus acquitamus ceteris itaque bonis redditibus proventibus & obventionibus abbacie univerſis penes nos Abbatem & noſtros ſucceſſores integraliter remanentibus. de eisdem bonis & redditibus ſubſidia & alia jura papalia & epiſcopalia, exactiones & procuraciones decimas equos currus vecturas, Angarias perangarias munera & quelibet alia onera nobis & dicto noſtro Monaſterio nunc & inpoſterum incumbentia Nos . . Abbas & noſtri ſucceſſores absque impeticione conventus ſolvere tenebimus & integraliter expedire Ita tamen quod ſi nos Abbas predictus aut ſucceſſores noſtri ſupra hijs requiſiti fuerimus negligentes ex tunc nos & conventus noſter ad talia ſupportanda erimus communiter obligati & Archiepiſcopus qui pro tempore fuerit ad premiſſa adimplenda nos communiter compellere poterit & artare. Prefata ſiquidem bona omnia & ſingula nos abbas predictus conventui noſtro ante omnia libera trademus & abſoluta ab omni inſtantia & impetitione creditorum, ceterum predicta bonorum reddituum & proventuum diviſione ſeparacione ſeu diſtinctione non obſtante Nos Abbas ſepedictus & noſtri ſucceſſores tenebimur con-

ventui

Digitized by Google

ventui & Monaſterio noſtro conſilio & auxilio ac manuali defenſione per nos & amicos ac vaſalles & fideles noſtros & monaſterii noſtri fideliter & efficaciter aſſiſtere quando & quociens opus fuerit & ipſi nos duxerint requirendos. Nos igitur Abbas Prior & conventus predicti ac ſingulares perſone de conventu predictam ordinacionem bonorum & reddituum diviſionem & ſeparacionem in omni forma & tenore prout ſuperius continetur propter bonum pacis & concordie factas approbamus ratificamus ratas & firmas habemus & habere promittimus fide per nos ſingulos preſtita. & juramento corporali per nos tactis ſacroſanctis Dei Ewangelijs preſtita confirmata, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus univerſis Renuntiantes ſub ejusdem juramenti preſtacione omnibus & ſingulis exceptionibus doli mali & in factum actionibus beneficio in integrum reſtitutionis privilegio ordinis ac omnibus alijs privilegiis exceptionibus defenſionibus ſubterfugiis & auxilijs juris & facti quibuscumque nominibus cenſeantur, quorum pretextu vel ope contra premiſſa ſeu aliquid eorum venire poſſemus ſeu ea infringere aliqualiter in futurum. In cujus rei teſtimonium ſigillum Reverendi in Xſto patris & domini noſtri domini *Mathie* Archi-Epiſcopi Mogunt. predicti hujusmodi ordinationem & omnia premiſſa confirmantis ad ſupplicationem noſtram una cum ſigillis noſtris. Abbatis & conventus predictorum literis preſentibus eſt appenſum, Et nos *Mathias* Dei gratia ſancte Maguntinenſ. ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius predictas ordinacionem bonorum reddituum &

pro-

proventuum ſeparacionem & diſtinctionem prout ſuperius ſeriatim continentur de mandato noſtro factas ratas & firmas eſſe & perpetuum manere volumus & mandamus ipſasque ex certa ſcientia auctoritate ordinaria confirmamus & pro majori evidentia ſigillum noſtrum appendi fecimus huic carte, actum & datum Anno a nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto, in die ſancti *Silveſtri* Pape.

XXXVI.

PROCESSVS ELECTIONIS ABBATIS S. ALBANI.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem Milleſimo quadringenteſimo duodecimo Indictione quinta Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini Domini *Johannis* divina providentia Pape *viceſimi tercii* Anno ſecundo, die Veneris decima octava menſis Martij hora vero ejusdem Diei ſexta vel quaſi in ſtuba capitulari Monaſterii ſancti *Albani* extra muros Magunt. in noſtrorum notariorum publicorum ſubſcriptorum teſtiumque infraſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum preſentia conſtituti Bone memorie quondam Domino *Wernhero* Abbati noviſſimo Monaſterij ſancti *Albani* predicti, quarta die menſis Martij anni preſentis ut communiter dicebatur defuncto ejusque corpore cum reverencia ut decuit tradito ſepulture. Honorabiles religioſi viri Domini *Eberhardus*

Hirte

Digitized by Google

Hirte prior *Conradus Korpp* prepoſitus in *Hoeſte Burghardus de Wolffiskeler Bruno de Scharpinſtein* Cuſtos *Heffricus de Cleen* Camerarius *Hartmannus Geinheym* de *Guntirsblumen* hoſpitalarius *Conradus de Buches* operarius *Diethardus* de *Grawenrade* cellarius *Conradus de prumheim* cenſuarius *Ebirhardus de Beldvisheim* Magiſter preſenciarum *Wernherus de Beldirsheim* plebanus eccleſie ſancti *Nicolai in Stega Johannes de Beldirsheim* pincerna *Jacobus de Engilſtad* ſuccentor, *Hartmannus Flemyng* de *Auſen Johannes de Dorfelden* & *Wilhelmus de Scharpinſtein* Cantor conventuales capitulares dicti Monaſterii Sancti *Albani* ac capitulum ejusdem Monaſterii protunc ut dicebatur repreſentantes & propter infraſcripta juxta prefixionem & aſſignationem termini ad eligendum futurum Abbatem dicte Eccleſie ſancti *Albani* & paſtorem capitulariter congregati & habitis inter ſe tractatibus capitularibus per quam formam ad electionem eandem foret & eſſet procedendum placuit omnibus & ſingulis predictis per viam ſcrutinii negotio in hujusmodi fore procedendum unde omnes & ſinguli capitulares ſupra nominati nullo etiam penitus diſcrepante tres ſcrutatores videlicet honorabiles & religioſos Dominos *Ebirhardum Hirte* priorem *Conradum de Buches* operarium & *Johannem de Beldirsheim* pincernam ſupra tactos duxerunt eligendos & elegerunt dantes eisdem unanimiter poteſtatem ut in ſecreto vota ſua & cunctorum aliorum pretactorum diligenter inquirerent & eadem in ſcriptis redigerent. Ipſisque in ſcriptis redactis deinde mox in communi

publi-

publicarent collacione tamen numeri ad numerum Zeli ad Zelum meriti ad meritum Reverendiſſimo in Chriſto patri ac Domino noſtro Domino Archiepiſcopo Magunt. ad quem electionis confirmationem dicti Monaſterii dicebant ſpectare & pertinere etiam ex certa ſcientia & expreſſe reſervata, & ut ſic prefati ſcrutatores ſecedentes in partem, primo prout moris & juris eſt, ad jurati vota ſua videlicet, quod duo ſcrutabantur tertium dixerunt deinde ydem tres ſcrutatores ſimul omnia aliorum vota adjuratione premiſſa ſolita & conſueta procedente ſecrete & ſigillatum inquiſierunt coram nobis notariis & teſtibus infraſcriptis ac per nos notarios jamdictos in ſcriptis redigi fecerunt & deinde vota hujusmodi de conſenſu & voluntate expreſſis omnium & ſingulorum Dominorum ſupranominatorum & in eorum preſentia in communi publicarunt prout hec & alia in decreto electionis de & ſuper premiſſis facto & conſcripto plenius videntur contineri Quâ publicatione ut ſic facta ac votis dictorum eligentium diviſis repertis atque duabus perſonis videlicet Dominis Hartmanno hoſpitalario dicti Monaſterij ex una & Heffrico de cleen Camerario, ibidem parte ex altera in Abbatibus dicti Monaſterij electis. Proteſtabantur dicti domini capitulares expreſſe & placuit eis omnibus & ſingulis nullo etiam diſcrepante ſeu contradicente, quod nullus prefatorum electorum ut Abbas electus ſupra altare prout moris eſt poni vel in poſſeſſionem ejusdem Abbacie induci deberet niſi prius confirmationem legitimam Domini noſtri Archiepiſcopi antefati per eum deſuper habita & obtenta

Digitized by Google

obtenta ſuper quibus omnibus & ſingulis premiſſis in dictum modum & effectum geſtis & factis prefatus Dominus *Ebirhardus* pro ſe & nomine aliorum Dominorum pretactorum ut nos notarij ſubſcripti ſibi nomine quo ſupra unum vel plura conficeremus inſtrumentum ſeu inſtrumenta exquiſivit. Acta & geſta fuerunt hec premiſſa anno Jndictione pontificatu die menſe hora & loco ſupra de ſignatis preſentibus ibidem, honeſtis & peritis viris Magiſtris *Johanne Mushunt* Decano *Sancti Bartholomei* Franckfordenſis dicte Magunt. dioceſ. *Gothardo Stummel* cantore *Sancti Stephani* Magunt. Eccleſiarum nec non Domino *Johanne de Hunefelt* rectore ſcolarium Dicti Monaſterii teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et Ego *Conradus* quondam *Emmerici de Spanheim* clericus Magunt. diéceſ. publicus Imperiali auctoritate & Sancte Magunt. ſedis notarius juratus quia premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic loco & tempore ſicut ſupraſcribitur agerentur & fierent una cum honeſto viro *tilmanno* quondam *Johannis Coci* notario ſubſcripto & teſtibus ſupra nominatis preſens interfui, Eaque ſic fieri vidi & audivi Jdeo hoc preſens publicum inſtrumentum me alijs occupato negotijs per eundem *tilmannum* ſcriptum in hanc publicam formam una cum eodem *Tilmanno* notario jam dicto redegi, meque hic manu mea propria ſubſcripſi ac ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis unacum ſubſcriptione ac ſigno ejusdem *tilmanij* notarij ſignavi rogatus & deſuper legitime requiſitus Jn fidem & teſtimonium omnium premiſſorum Et Ego *Tielmannus* quondam *Johannis Coci* Magunt. publi-

cus Jmperiali auctoritate & ſancte Magunt. ſedis notarius juratus Quia premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic ut preſcribuntur agerentur & fierent una cum honorabili viro Domino *Conrado* quondam *Emmerici de Spanheim* notario ſupradeſcripto & teſtibus ſupra nominatis preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi Jdeo hoc preſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcriptum in hanc publicam formam unacum eodem Domino *Conrado* jam dicto redegi ac ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis unacum ſubſcriptione & ſigno ejusdem Domini *Conradi* notarij ſignavi rogatus & deſuper legitime requiſitus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

XXXXVII.

GERLACVS ARCHIEP. MOG. COMMISSARIOS DENOMINAT, QVI ELECTIONEM ABBATIS S. ALBANI EXAMINENT ET PRO RE NATA CONFIRMENT.

In Nomine ſancte & individue trinitatis Amen. Nos *Hermannus* prepoſitus eccleſie ſancte Marie in campis extra muros Magunt. & *Wilhelmus*, dicti de *Sawelnheim* canonici Magunt. Judices commiſſarii ad infraſcripta a Reverendo in Chriſto patre & domino, domino *Gerlaco* ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopo, inſolidum tamen ſpecialiter deputati, univerſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes litere perve-

Digitized by Google

perveneriut. & ſpecialiter honorabili viro domino. . .
Decano eccleſie Ste *Mariæ in campis* predicte ſalutem & ſinceram in domino caritatem. Noveritis nos literas reverendi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Gerlaci* Archiepiſcopi predicti, vero ejus ſigillo magno cereo pendenti, ſano & integro ſigillatas, non cancellatas non abolitas aut abraſas nec in aliqua ſui parte corruptas, ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes, nobis directas & preſentatas, cum ea qua decuit reverentia recepiſſe, tenoris & continencie in hunc modum. *Gerlacus* Dei & apoſtolice ſedis gratia ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius honorabilibus viris ſibi in Chriſto dilectis, *Hermanno de Sawelnheim* prepoſito eccleſie *S. Marie in campis* extra muros Magunt. ac *Wilhelmo de Sawelnheim* Canonicis noſtre Eccleſie Mogunt. ſalutem & ſinceram in domino caritatem. Cum vacante abbacia monaſterii *S. Albani* extra muros predictos, ordinis ſancti *Benedicti*, ex morte quondam religioſi viri *Gyſelberti*, dicti monaſterii dum vixit abbatis religioſus vir, frater *Arnoldus* cuſtos ejusdem monaſterii in abbatem ſicut dicitur, per fratres conventuales & capitulares, ibidem concorditer & canonice ſit electus, ac ijdem Electores &. . Electus nobis humiliter ſupplicarunt ut electionem ipſam dignaremur auctoritate ordinaria tanquam canonicam confirmare, decreto electionis ejusdem in forma publici inſtrumenti conſcripto & ſigillo conventus predicti monaſterii ſigillato nobis exhibito & oſtenſo nos juxta doctrinam apoſtoli nemini volentes imponere cito manum

& noſtris ac ecclesie noſtre predicte negotiis arduis ad preſens multi formiter prepediti, negotio confirmacionis hujusmodi ad preſens intendere non valentes, diſcretioni veſtre de qua plenam in domino fiduciam obtinemus committimus in hiis ſcriptis, quatenus vos aut alter veſtrum proclamacione prius prehabita ut eſt juris, ſi predictam electionem fore repereritis canonicam ac dicto . . Electo canonicum nil obſtare, in quo veſtras conſcientias oneramus, vos recepta prius ab ipſo . . electo obedientia noſtro nomine, ſecundum formam debitam & conſuetam, ad confirmacionem dicte electionis auctoritate noſtra provide procedatis. Jnducentes ipſum electum ſi & poſtquam confirmatus fuerit, in poſſeſſionem vel quaſi dicte Abbacie, ac bonorum jurium & pertinenciarum ejusdem, ac facientes ſibi tanquam vero Abbati dicti monaſterij a ſubditis ipſius in ſpiritualibus & temporalibus obediri & exhiberi debitam reverentiam & honorem adhibitis in premiſſis ſollempnitatibus etiam aliis debitis & conſuetis Contradictores predicta auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam & modis aliis convenientibus, ſicut expedire videritis provide compeſcendo. Datum in *Praga*, noſtro magno ſub ſigillo nonas Maii Anno dominice nativitatis Milleſimo CCC. quadrageſimo octavo. Harum itaque literarum auctoritate, ad inſtantiam predictorum . . eligentium & electi proclamacionis edictum emiſimus in hunc modum. *Hermannus de Sawelnheim* prepoſitus eccleſie *S. Marie in Campis* extra muros Magunt. nec non *Wilhelmus de Sawelnheim* canonici magunt. Judices commiſſarii ad infra-

ſcripta

ſcripta inſolidum tamen a Reverendo in Chriſto patre & domino domino *Gerlaco* Scte Magunt. ſedis Archiepiſcopo ſpecialiter deputati, diſcretis viris Orthoni paſtori eccleſie parrochialis in *Zornheim* mogunt. dioceſ. ac henrico capellano altaris *decem milium martyrum* ſiti in monaſterio ſancti *Albani* extra muros predictos ſacerdotibus ſalutem in domino. Literas reverendi in Chriſto patris & domini noſtri domini Archiepiſcopi predicti vero ejus ſigillo magno cereo pendenti ſano & integro ſigillatas, non cancellatas, non abolitas aut abraſas, nec in aliqua ſui parte corruptas, nobis directas & preſentatas, cum ea qua decuit reverencia nos recepiſſe noveritis tenoris & continencie in hec verba. *Gerlacus* Dei & apoſtolice ſedis gratia, ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus, ſacri Jmperij per Germaniam Archicancellarius, honorabilibus viris ſibi in Chriſto dilectis, *Hermanno de Sawelnheim.* prepoſito eccleſie *S. Marie in Campis* extra muros magunt. ac *Wilhelmo de Sawelnheim* canonicis noſtre eccleſie Magunt. ſalutem & ſinceram in domino Caritatem. Cum vacante abbatis monaſterij *S. Albani* extra muros predictos ordinis S. *Benedicti*, ex morte quondam religioſi viri Gyſelberti, dicti monaſterii dum vixit abbatis, religioſus vir frater arnoldus cuſtos ejusdem monaſterii in abbatem ſicut dicitur, per fratres conventuales & capitulares ibidem concorditer & canonice ſit electus ac ijdem. . Electores & Electus, nobis humiliter ſupplicarint, ut electionem ipſam dignaremur auctoritate ordinaria, tanquam canonicam confirmare. &c. ſub pena ſuſpenſionis â divi-

norum officiis, late ſententie in hiis ſcriptis, canonica tamen monicione premiſſa, diſtricte precipiendo mandamus, quatenus dictum monaſterium S. *Albani* perſonaliter accedentes proponatis in ipſo vice & auctoritate noſtra ſuper premiſſis publice proclamationis edictum, citantes peremptorie omnes & ſingulos, qui ſua in hâc parte crediderint quomodolibet intereſſe, quos & nos citamus peremptorie per preſentes, ut feria tercia proxima poſt dominicam cantate, ſub pulſu prime compareant maguncie in Judicio coram nobis, in curia habitacionis noſtri Wilhelmi canonici ſupradicti, de jure ipſorum ſi quod eis, quoad dictam abbatiam vel in ea compecierit, legitime oſtenſuri & alias propoſituri tam contra dictam electionem quam contra ipſum electum ſiquid proponere voluerunt in hac parte. Cum intimacione quod ſi nullus in dictis loco & termino comparuerit oppoſitor, ſeu eciam contradictor, nos ad confirmandam electionem predictam, ac aliter in premiſſis, ſicut de jure faciendum fuerit, procedemus, cujusvis abſencia non obſtante, nulloque ad hoc de cetero evocato reddite literas ſigillatas, in ſignum executionis premiſſorum fideliter per vos facte, datis noſtris ſub ſigillis anno Domini Milleſimo CCC. quadrageſimo octavo. Jdus May. Adveniente autem termino proclamationis hujusmodi videlicet hodierno & facta nobis de executione proclamationis ejusdem, ſicut debuit plena fide, comparuit coram nobis in judicio, in curia habitacionis noſtri *Wilhelmi* canonici ſupradicti, prefatus dominus *Arnoldus* electus & quamplures de electoribus memoratis,

petentes

petentes per nos in dicto confirmacionis negocio procedi juxta traditam in ſupradictis domini noſtri. . Archiepiſcopi literis nobis formam. Nullo penitus ex adverſo comparente qui contra predictam electionem aut ipſum dominum. . electum quicquam proponeret, ſeu dictam electionem in aliquo impugnaret, ſeu de jure ſuo in hac parte oſtenderet, quovismodo quamquam ſufficienter exſpectaverimus, ſicut decuit in premiſſis, omnibus igitur & ſingulis in proclamacione predicta ſic citatis, per nos contumacibus reputatis, viam precluſimus, & in hijs ſcriptis exigente juſtitia precludimus contradicendi de cetero & ſe predicto Domino electo impoſterum opponendi. viſoque per nos predicti domini *Arnoldi* electionis decreto, ac alijs per que de electione predicta, plenius informari potuimus diligenter examinatis quia electionem ipſam canonice celebratam invenimus, nihilque canonicum reperimus, quod prefato domino electo obſtaret recepta per nos ab ipſo domino electo prius vice & nomine predicti domini noſtri Archiepiſcopi obedientia, ſecundum formam debitam & conſuetam electionem ipſam tanquam canonicam auctoritate prefati domini noſtri Archiepiſcopi Mogunt. confirmavimus & preſentibus confirmamus. Inveſtientes ipſum dominum *Arnoldum* per librum quem manibus tenuimus preſentialiter, de abbacia predicta, ac ſuis honoribus juribus & pertinentiis univerſis ipſumque de hijs preſentibus inveſtimus. Quocirca vobis domino . . Decano eccleſie S. *Marie in Campis* ſupradicto tenore preſencium committimus & mandamus quatinus predictum dominum

Arnoldum electum & confirmatum in corporalem poſſeſſionem predicte Abbatie ac jurium bonorum & pertinencium ejusdem preſentialiter inducatis, facientes ſibi a ſubditis ipſius abbacie tam clericis quam laicis, exhiberi tanquam vero dicti monaſterij Abbati debitam reverentiam & honorem. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ac debitam roboris firmitatem, hoc preſens inſtrumentum publicum per notarium infraſcriptum ſcribi fecimus & premiſſa omnia & ſingula in hanc publicam formam redigi mandavimus noſtrorumque ſigillorum appenſionibus voluimus communiri. Acta & geſta ſunt hec ſub anno nativitatis dominice Milleſimo CCC°. quadrageſimo octavo. Indictione prima, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri domini *Clementis* digna dei gratia pape *VI.* anno ſexto Menſis May diè viceſima. hora diei ejusdem quaſi ſexta, continuata per nos ab hora eiusdem diei prima. In civitate Magunt. In curia habitacionis noſtri *Wilhelmi* canonici ſupradicti preſentibus honorabilibus & diſcretis viris dominis *Hermanno de Bibera* canonico Magunt. Magiſtro *Conrado de Auguſta* clerico & ſecretario civitatis Magunt. iurato, *Otthone* paſtore eccleſie parrochialis in *Zornheim* mogunt. dioceſ. & *Henrico* capellano Altaris *decem milium martyrum* ſiti in monaſterio ſancti *Albani* predicto ac pluribus aliis fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpeciàliter & rogatis.

Et Ego *Henricus Henrici* de *Auguſta* clericus Maguntin. publicus imperiali auctoritate notarius, premiſſis omnibus & ſingulis ſicut de verbo ad verbum

bum ſuperius enarrantur preſens interſui una cum teſtibus prenotatis eaque ſic fieri vidi & audivi, Jdcirco ad mandatum predictorum dominorum Judicum commiſſariorum hoc preſens inſtrumentum publicum exinde confeci, manu propria ſcripſi & premiſſa omnia & ſingula in hanc publicam formam redegi meoque ſigno ſolito & conſueto ſignavi in teſtimonium evidens omnium premiſſorum.

XXXVIII.

SYNDICVS CIVITATIS MOGVNT. OB DEPOSITIONEM DIETHERI ARCHIEP. AD PONTIFICEM MELIVS INFORMANDVM APPELLAT.

In Nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo Indictione decima die vero dominica viceſima prima menſis Marcii pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini *Pii* divina providentia pape ſecundi anno quarto In mei Notaril publici & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſentia perſonaliter conſtitutus providus vir Magiſter *Hermannus Quaedbeyn* Sindicus & procurator providorum & circumſpectorum virorum conſulum proconſulum regentium atque civium civitatis Mogunt. prout de ſuo procurationis & ſindicatus mandato mihi Notario publico infraſcripto legitime conſtat hiis & in ſuis tenens manibus quandam appellationis & apoſtolo-

rum petitionis vel ſupplicationis & proteſtationis papiri cedulam quam ibidem animo & intentione ut aſſeruit provocandi appellandi apoſtolos petendi & proteſtandi in & ad manus mei Notarii infraſcripti facto realiter & infraſcriptis ſubſcripti tenoris tradidit & aſſignavit ac provocavit appellavit apoſtolos petiit & proteſtatus fuit aliasque & alia fecit prout & quemadmodum in eadem appellationis papiri cedula inferius De verbo ad verbum conſcriptâ plenius continetur & habetur Ego tunc Notarius infraſcriptus pretactam appellationis cedulam ad me recipiens dicto Magiſtro *Hermanno Quaedheyn* Syndico & procuratori quibus ſupra nominibus appellanti & apoſtolos petenti appellatos tales quales de jure & ex officio meo potui videlicet teſtimoniales tradidi & aſſignavi ſuper quibus omnibus & ſingulis premiſſis predictus *Hermannus Quaedheyn* Sindicus & procurator ſibi a me notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri & confici petiit inſtrumentum & inſtrumenta acta fuerunt hec *Maguntie* in ſtuba conſulatus hora ſecunda poſt meridiem vel quaſi ſub Anno Indictione Die menſe & pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem honorabilibus viris Dominis *Gotfrido Flersheim* majoris Johann. Laici *Conrado Riedeſel* Sancti *Victoris Johannes Nuwemeiſt er* Sancti *Victoris Johannis nuwemeiſter* Sancti *Stephani* & *Nicolao Oleatoris* S. *Johannis* Magunt. eccleſiarum vicariis perpetuis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis tenor vero appellationum & apoſtolorum petitionum papiri cedule unde fit ſupra mentio de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. Cum appellationis

nis refugium à ſanctis patribus tam legum quam ſacrorum canonum conditoribus ad relevamen oppreſſorum ſeque opprimi formidantium ſalubriter ſit adinventum hinc eſt, quod ego *Hermannus Quaedbeyn* Sindicus & procurator providorum virorum conſulum proconſulum regentium atque civium civitatis Magunt. animo & intentione proteſtandi atque appellandi verius ſupplicandi cauſamque & cauſas ſubſcriptas ad aures atque examen domini noſtri ſanctiſſimi Domini *pii* Pape moderni ſancteque Romane eccleſie atque apoſtolice ſedis rite dirimendas deducendi dico & propono quod licet dudum eccleſia Magunt. per obitum recolende memorie Domini *Theoderici* tunc Archipreſulis paſtoris ſolatio deſtituta venerabiles Domini Decanus & Capitulum iam dicte eccleſiê canonice atque concorditer nullo diſcrepante Reverendum in Chriſto patrem & Dominum Dominum *Dietherum* Comitem de *Jſſenburg* tunc eccleſie ipſius Theſaurarium ſeu cuſtodem in archiepiſcopum eligere ſtuduerint, atque elegerint Jllumque iuxta ritum morem atque obſervantiam eccleſie Magunt. de eccleſia eadem inveſtire atque intronizare curaverint atque intronizarint tradentes illi nihilominus realem atque corporalem poſſeſſionem terrarum caſtrorum atque opidorum omnium & ſingulorum eiusdem eccleſie licet inſuper decreto electionis iam dicte ſanctiſſimo Domino noſtro pape *Pio* tum perdicti Domini electi tum etiam per Capituli prefati oratores & nuntios ſollempnes humiliter porrecto. Idem Dominus noſter ſanctiſſimus electionem de perſona prefati Domini *Dietheri* rite & canonice ut prefertur factam

ctam comperiens eundem Dominum *Dietherum* Juris ordine obſervato confirmaverit literasque deſuper fieri decreverit tradendo nihilominus eidem confirmato moribus Decoro pallium archiepiſcopis de corpore ſancti Petri in partem ſollicitudinis ſanctitati ſue immediate tradi conſuetum dictusque Dietherus nedum per ſanctitatem ſuam atque Venerabilem Cetum Dominorum ſancte Romane ecclesie Cardinalium verum etiam per Jlluſtriſſimum atque invictiſſimum principem Dominum *Fridericum* Romanum Jmperatorem Nec non digniſſimos ſacri Romani Jmperii Electores ceterosque urbis maxime nationum inclite germanie principes Jlluſtres & gentes pro electo & confirmato Magunt. tentus nominatus atque deputatus fuerit & ſit Jdemque Dominus *Dietherus* Electus & confirmatus Magunt. tamquam legittimus eccleſie Mogunt. poſſeſſor ipſam eccleſiam Magunt. aliquamdiu laudabiliter tam in ſpiritualibus quam temporalibus rexerit prout & hodie quantum in eo eſt hanc bonos dirigendo malos diſtringendo virtutesque omnibus inſerendo Laudabiliter regere non deſinit pro eoque dicti domini & principales mei conſules proconſules regentes & univerſi cives communiter & diviſim tamquam veri & devoti eccleſieMagun. filii eidem domino *Dicthero* electo & confirmato honorem atque reverentiam debitum atque debitam obſequioſe impenderint ſeſeque voluntati ejusdem in omnibus & ſingulis licitis & honeſtis decenter & inconcuſſe conformare ſtuduerint ob idque ſe illi fide data firmiter confederaverint veritasque fuerit & ſit quod idem Dominus Electus & confirmatus a

nonnul-

nonnullis proceſſibus apoſtolicis nuper de menſe octobris proxime tranſacto publicatis quibus dominus noſter ſanctiſſimus prefatus dicitur ipſum electum & confirmatum depoſuiſſe atque generoſum virum Dominum *Adolfum* comitem de *Naſſawe* tunc eccleſie Magunt. Canonicum in ejus locum ſurrogaſſe publice tum in preſentia Venerabilis Cleri tum eciam populi Maguntin. tamquam contra conſtitutiones ne dum divinas verum etiam humanas gravatus ad eundem Dominum noſtrum ſanctiſſimum verbo & in ſcriptis ſupplicaverit cauſasque inibi expreſſerit terminusque proſequende finiendeque ſupplicationis à jure ſtatutus nondum exſpiraverit nihilominus idem dominus noſter ſanctiſſimus Papa *Pius* decendio nondum effluxo ſua patenti bulla Magiſtris civium regentibus ac civibus univerſis civitatis Magunt. dominis & principalibus meis in virtute ſancte obedientie precepit ut ſepedictum dominum *Dietherum* Electum & confirmatum nec non Jlluſtriſſimum animoſiſſimum atque potentiſſimum principem dominum *Fridericum* Comitem palatinum Reni ſacri Romani Jmperii Electorem Jlluſtrisque Domus Bavarie Ducem fautorem dicti electi a ſua civitate Magunt. ſtatim recepta ſanctitatis ſue bulla repellant atque Dominum *Adolffum* pretactum tamquam paſtorem ſuum admittant eiusque parti & apoſtolice proviſioni faveri ſicuti decet bonos & devotos eccleſie filios & fideles chriſtianos ſtudeant, ſubjungens ſi ſecus fecerint quod tunc opus erit pro conſervacione dignitatis huiusmodi ſedis pro defenſione iuſtitie & honeſtatis adverſus vos ita cenſuris & penis procedere ut erro-

rum

rum ſuorum ac exceſſuum eos tandem peniteat prout hec & alia in dicta ſanctitatis ſue Bulla latius contineri dinoſcitur animadvertens igitur Ego *Hermannus* ſindicus prefatus dictos dominos meos principales qui de obedientia dicti domini *Dietberi* Electi & confirmati exiſtunt non immerito perplexos cum hinc inde ob diſcretionem atque adverſitatem cauſarum atque mandatorum periculum ejus non mediocre immineat quia ſi mandatis apoſtolicis ſupradictis acquieſcere ſtuduerint notam infamie vix evitabunt pro eo tum fidem domino electo ut premittitur datam necdum non ſervant ſed hanc precipitanter infringant cum ab eo fautoreque ſuo friderico pretacto cui pari modo confederati ſunt declinaverint Preterea cum terminus ſupplicationis interpoſite prefatus nondum exſpiraverit, ſupplicatioque ipſa pretextu ad hoc indeciſa pendeat effectusque proceſſuum à quibus extat ſupplicatum juxta legitimas ſanctiones ſuſpenſus ſit non ſine maxima nota quin ymo injuria tranſire poſſint ſi in preiudicium termini ut prefertur ſtatuti ſupplicatione ſtante indeciſaque manente mandatis apoſtolicis hac in parte parendo ad id cooperari deberent quod electus & confirmatus predictus in iuribus ſuis & preſertim in poſſeſſione ſua legitima prefata turbari aut illa deſtitui deberet propter quod attento potentia ipſius electi partisque ſue periculum eis non modicum ſi hanc viam amplecti contingeret immineret e contra ſi mandatis apoſtolicis non parebunt juxta injunctum eis preceptum de inobedientia ſedis apoſtolice debita notari utque tales tum cenſuris tum penis ut verbis bulle commi-

natio-

Digitized by Google

nationem aſtruentis utar diſtringi poſſent ſic quod anguſtie ſunt eis undique potiſſime tum terminus deliberandi conſultandi conſcientiasque ſuas ſerenandi atque purificandi eis ſit datus qui tamen iuxta ſtilum curie tradi conſuevit resque tam grandis poſtulet ordoque rationis dictet ne ſaltem ipſos dominos meos hinc de obedientia ſacre Romane eccleſie ſummoque Pontifici debita illinc de fidei date ruptione atque ſtatuti iuris termini ſpretione notari quomodolibet contingat ſentiens itaque premiſſorum omnium & ſingulorum occaſionem dictos dominos principales meos meque ipſorum atque Sindicatorio nomine ſupradictis mandato bifurcato atque comminacionibus apoſtolicis multipliciter gravatos timensque illos inantea amplius comminatione ſtante gravari atque illaqueari poſſe inprimis ſindicatorio nomine quo ſupra proteſtor de animorum ſuſpenſione in hac re fienda non tamen animo ſeu intentione quovismodo a ſedis apoſtolice ſancteque matris Romane eccleſie obedientia ſalutifera atque edificativa recedendi quam & preſentibus illorum ac meo nomine quo ſupra donec & quousque ipſi mature ac recto libramine quid eis in tanta perplexitate adverſitateque facere expediat deliberare conſcientiasque ſuas ſane informare poterint efficio in finem ſaltem ne precipites eos laqueum intrare ſed juris precepta ſervando ſuum cuique tribuere queant in finem etiam ut ſedem apoſtolicam dominumque noſtrum ſanctiſſimum prefatum deſuper reſcribendo humiliter conſultare Jllam illumque de meritis cauſe periculisque hinc inde imminentibus ad plenum per me aut alium informare poſſent vel ſaltem donec

ter-

terminus a jure ſtatutus prementionatus expiraverit aut ſupplicatio ipſa judicialiter juxta traditam juris normam diſcuſſa fuerit de hinc preſentibus ſindicatorio nomine quo ſupra omnibus melioribus atque expedientioribus via modo ſtilo & forma quibus debeo & valeo a dictis mandato atque comminationibus apoſtolicis nec non omnibus & ſingulis cenſuris penis ac gravaminibus ſecuturis ad dictum Dominum noſtrum ſanctiſſimum Dominum pium papam modernum ſanius informandum ſanctamque ſedem apoſtolicam appellando ſupplico ſupplicandoque in quantum fas eſt appello apoſtoſosque mihi dare peto primo ſecundo & tertio inſtanter inſtantius & inſtantiſſime ac cum debita juris inſtantia ſaltem a vobis domino Notario ac ſcriba publico teſtimoniales ſubiciens dictos dominos meos & me omnesque & ſingulos nobis adherentes adherereque deliberantes preſentique ſupplicationi confidentes atque confidere volentes protectioni tuitioni atque defenſioni dicti Domini noſtri ſanctiſſimi ſedisque apoſtolice proteſtando nihilominus de inſinuatione atque proſecutione ejusdem tempore & loco congruis & oportunis fiendis nec non de jure addendi minuendi corrigendi & emendandi prout fuit & eſt juris moris & ſtili.

Et Ego *Eberhardus Rumolfels* de *Vorcheym* clericus Bambergenſis dipoceſis publicus Jmperiali auctoritate Notarius ſancteque magunt. ſedis cauſarum ſcriba juratus quia dictis appellationi & appellatorum petitioni ſupplicationi & proteſtationi omnibusque alijs & ſingulis &c.

XXXIX.

XXXIX.

SEQUUNTUR TRES SENTENTIE DIFFINITIVE CONFORMITER IN ROMANA CURIA LATE DE ET SUPER ECCLESIA PAROCHIALI IN *UDENHEIM* PRO PARTE MAGISTRI *JOHANNIS GOTSCHALCI* BACCALARII IN MEDICINIS.

Prima Sententia.

In nomine Domini Amen Pridem ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Bonifacius* divina providencia Papa *nonus*, omnes & ſingulos cauſam & cauſas appellacionis & negocii principalis, quam & quas honorabilis vir *Johannes Godſchalci* Rector parrochialis eccleſie in *Vdenheim* Magunt. dioceſ. movebat ſeu movere intendebat contra & adverſus religioſos viros Dominos Abbatem & conventum Monaſterij *Sancti Albani* extra muros Magunt. & *Heylmannum Weydebecher* pro clerico dicte dioceſ. ſe gerentem omnesque alios & ſingulos quorum intererat, ſeu qui ſua putaverint intereſſe conjunctim & diviſim de & ſuper dicta parrochiali eccleſia & ejus occaſione nobis *Bertrando* Epiſcopo *Eugubino* ſacri palacii Apoſtolici Auditori commiſit audiendas decidendas & fine debito terminandas cum omnibus & ſingulis emergentibus, incidentibus dependentibus & connexis cujus quidem commiſſionis vigore, in cauſa & cauſis hujusmodi rite & legitime procedentes, ad diſcreti viri

Magiſtri *Gerwici Muckewin de Spangenberg* in Romana Curia & dicti *Johannis Godeſchalci* principalis in dicta commiſſione ſive ſupplicationis cedula principaliter nominati, procuratoris prout de ſue procuracionis mandato in actis cauſe & cauſarum hujusmodi legitime conſtabat atque conſtat inſtanciam prefatos Abbatem & Conventum Monaſterij *ſancti Albani* extra muros Magunt. & *Heilmannum Weydebecher* principales ex adverſo eciam in dicta commiſſionis ſive ſupplicationis cedula principaliter nominatos ad dicendum & opponendum quidquid dicere ſeu opponere volebant, contra commiſſionem nobis factam & preſentatam, per audienciam publicam litterarum contradictarum domini noſtri pape predicti citari mandavimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competentem. In quo Comparens in judicio coram nobis Magiſter *Gerwicus Muckewin de Spangenberg* procurator predictus, procuratorio nomine quo ſupra & quandam citationis pergameni cedulam ab auditorio noſtro emanatam, ac de noſtris voluntate & mandato in audiencia publica litterarum contradictarum Domini noſtri pape poſitam & lectam ac ſigillatam aliasque debite executam repreſentans & citatorum in eadem non comparentium neque contra commiſſionem nobis factam, quidquam verbo vel in ſcriptis dicere ſeu opponere curantium contumaciam accuſans Nos dictos citatos non comparentes nec hujusmodi termino ſatisfacere curantes contumaces prout erant duximus merito reputandos & reputavimus Jn ipſorumque contumaciam, inſtante & petente dicto Magiſtro *Gerwico de Spangenberg*

genberg procuratore eosdem citatos ad dandum & recipiendum darique & recipi videndum libellum ſive peticionem ſummariam in cauſa hujusmodi per audientiam publicam litterarum contradictarum Domini noſtri Pape predictam peremptorie citari mandavimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem quem terminum ipſi Magiſtro *Gerwico de Spangenberch* procuratori petenti & parti ſue, ad idem duximus prefigendum adveniente quo termino comparuit in judicio coram nobis Magiſter *Gerwicus de Spangenberch* procurator predictus procuratorio nomine quo ſupra, & quandam citationis pergameni cedulam ab auditorio noſtro emanatam & de noſtris litteris licentia & mandato in audiencia publica litterarum contradictarum Domini noſtri propter predictam poſitam lectam ſignatam & ſigillatam aliasque debite executam exhibuit & repreſentavit citatorumque in eadem contentorum non comparentium nec aliquem libellum ſive peticionem ſummariam in cauſa hujusmodi dare, aut dari videre curantiam contumaciam accuſavit, & in eorum contumacium quendam libellum ſive peticionem ſummariam pro parte ſua verbo duntaxat exhibuit atque dedit promittens ipſum dare facto & in ſcriptis ſuis loco & tempore oportunis & tunc nos ad dicti Magiſtri *Gerwici de Spangenberch* procuratoris inſtanciam ſupradictos citatos non comparentes nec hujusmodi termino ſatisfacere curantes debite expectatos contumaces prout erant duximus merito reputandos & reputavimus Nos deinde Magiſtro *Gerwico de Spangenberch* ex una, *Theoderico Buttingk* per Magiſtrum *Hartmannum Gonberch* in romana cu-

Digitized by Google

ria & dicti *Heilmanni Weidebecher* principalis procuratorem procuratore ſubſtituto, prout de ipſorum procuracionis & ſubſtitutionis mandatis, in actis cauſe & cauſarum hujusmodi legitime conſtabat atque conſtat, hinc inde preſentibus audientibus & id fieri poſtulantibus ad jurandum & deliberandum jurarique videndum de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis tam ſuper dicto oblato libello, quam tota cauſa preſenti certum peremptorium terminum competentem hinc inde duximus prefigendum & aſſignandum hujusmodi autem termino adveniente comparuit in judicio coram nobis Magiſter *Gerwicus de Spangenberch* procurator predictus procuratorio nomine quo ſupra & dicti magiſtri *Guttingk* procuratoris ſubſtituti ex adverſo non comparentis neque juramentum calumpnie in cauſa hujusmodi preſtare neque preſtari videre curantis contumaciam accuſavit, & in ipſius contumaciam poſt admiſſionem ſibi per nos factam ad mandatum noſtrum & in noſtris manibus, tactis per ipſum ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei Ewangelia de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis Capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis, tam ſuper dicto ſuperius oblato libello quam tota cauſa preſenti ſolitum preſtitit juramentum Nos Dictum Magiſtrum *Theodericum Buttingh* procuratorem ſubſtitutum ex adverſo non comparentem neque alias preſenti termino in aliquo ſatisfacere curantem, contumacem prout erat duximus merito reputandum & reputavimus & in ipſius contu-

maciam

Digitized by Google

maciam ad antedicti Magiſtri *Gerwici de Spangenbergh* procuratoris inſtanciam ſupradictum magiſtrum *Theodoricum Butting* procuratorem ex adverſo, adponendum & articulandum ponique & articulari videndum in cauſa hujusmodi per quendam Domini noſtri Pape curſorem citari mandavimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem quem terminum ipſi magiſtro *Gerwico de Spangenbergh* procuratori id petenti & parti ſue ad idem duximus prefigendum deinde vero coram nobis de abſencia dicti Magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris ſubſtituti ſufficienter edocto, demum coram nobis in judicio comparens Magiſter *Johannes Kempen* in Romana curia & dicti Domini *Johannis Godeſcalci* principalis procurator prout etiam de ſue procurationis mandato in actis cauſe & cauſarum hujusmodi legitime conſtabat atque conſtat & partis ſibi ex adverſo non comparentis neque contra aliquos poſiciones & articulos, in cauſa hujusmodi producere neque produci videre curantis contumaciam accuſavit & in ipſorum contumaciam nonnullos poſiciones & articulos primo verbo & deinde in quodam alio condecenti termino pro parte ſua facto, realiter & in ſcriptis exhibuit atque produxit Quorum quidem poſicionem & articulorum per Magiſtrum *Johannem* procuratorem exhibitorum concluſio ſequitur & eſt talis Quare petit dictus procurator quo ſupra nomine per vos Reverendum patrem Dominum auditorem prefatum veſtramque diffinitivam ſententiam pronunciari decerni & declarari literam acceptationem & proviſionem predictas ac omnia inde ſecuta fuiſſe & eſſe

 cano-

canonicas & canonica ſuumque debitum debuiſſe & debere ſortiri effectum dictamque Eccleſiam parrochialem in *Vdenheim* ad ipſum Dominum *Johannem Godeſcalci* ſpectaſſe & pertinuiſſe ac ſpectare & pertinere de jure ſibique eandem adjudicandam fore & adjudicari prefatisque dominis Abbati & conventui nec non *Heilmanno* in preſenti cauſa adverſarijs nullum jus in dicta parrochiali eccleſia ſeu ad eam compecijſſe neque competere Jpſumque *Heilmannum* ab occupacione & detencione dicte parochialis eccleſie amovendum fore & amoveri predictumque dominum *Johannem Godſcalci* in & ad corporalem poſſeſſionem hujusmodi parrochialis eccleſie inducendum fore & induci nec non opposiciones moleſtaciones perturbaciones & intruſiones ac impedimenta predictas & predicta fuiſſe & eſſe temerarias illicitas iniquas & injuſtas, temeraria illicita iniqua & injuſta ac de facto preſumptas & preſumpta prefatisque Abbati & conventui ac *Heylmanno* ſuper oppoſitionibus moleſtacionibus perturbacionibus intruſionibus & impedimentis ac eccleſia parrochiali predictis, perpetuum ſilencium imponendum fore & imponi Jpſumque *Heylmannum* in fructibus a tempore dicte proviſionis citra ex dicta parrochiali Eccleſia perceptis & qui percipi poterant nec non eandem & prefatum dominum Abbatem & conventum & eorum quemlibet in expenſis in dicta cauſa factis condempnandum fore & condempnari de expenſis faciendis poteſtatem & premiſſa omnia & ſingula petit dictus procurator nomine quo ſupra eciam diviſim, omni meliori modo via jure cauſa & forma quibus melius & efficacius poteſt

&

& valet veſtrum & ſuper premiſſis benignum officium implorando, ſalvo jure addendi &c. & proteſtatur &c. Quibus quidem poſicionibus & articulis ſic ut premittitur exhibitis & predictis, nos inſtante dicto Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore dictam partem adverſam non comparentem nec hujusmodi termino ſatisfacere curantem, diutius expectata reputavimus merito prout erat exigente Juſtitia contumaciam, & in ipſius contumaciam dictum *Heylmannum Weydebecher* principalem ex adverſo ejusque procuratores ſi qui erant in Romana curia pro eodem, ad dicendum & opponendum quidquid dicere ſeu opponere volebant, contra proxime dictas poſiciones & articulos in quantum articuli nec non ad reſpondendum eisdem in quantum poſiciones exiſterent per audientiam publicam litterarum contradictarum Domini noſtri Pape predictam peremptorie citari mandavimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem Jn quo termino per predictum Magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem quo ſupra nomine coram nobis in judicio comparentibus proxime Dictam citacionem audiendi in eadem audientia publica litterarum contradictarum Domini noſtri pape antedicta more ſolito executa repreſentata & citatorum in eadem contentorum non comparencium nec hujusmodi termino ſatisfacere curantium contumaciam accuſata Jpſosque contumaces reputari petito, Nos ſupradictos citatos non comparentes nec hujusmodi termino ſatisfacere curantes, debite expectatos contumaces merito prout erant duximus reputandos & reputavimus, Et in eo-

Digitized by Google

rum contumaciam eosdem ad producendum & produci videndum omnia & ſingula jura & munimenta quibus partes ipſe in hujusmodi cauſa uti, & ſe juvare volebant hinc inde per audientiam publicam litterarum contradictarum Domini noſtri Pape predictam citari mandavimus & fecimus ad terminum peremptorium terminum competentem eundem terminum ad conſimilem actum, ipſi magiſtro *johanni Kempen* procuratori etiam hoc petenti & parti ſue ad idem nihilominus aſſignando adveniente quo termino comparens judicialiter coram nobis Magiſter *Johannes Kempen* procurator predictus procuratorio nomine quo ſupra predictam citacionem audiendi in eadem audientia publica litterarum contradictarum Domini noſtri Pape poſitam lectam ſignatam ſigillatam ac alias executam repreſentans & citatorum in eadem non comparencium nec aliqua jura & munimenta in cauſa hujusmodi producere, neque produci videre curantium contumaciam accuſavit Jpſosque contumaces reputari petendo, ac in ipſorum contumaciam nonnulla jura & munimenta, primo verbo & deinde in quodam alio condecenti termino facto, realiter & in ſcriptis exhibuit, & produxit nos ſupradictos citatos non comparentes nec hujusmodi termino ſatisfacere curantes debite expectatos, contumaces prout erant duximus merito reputandos & reputavimus & in ipſorum contumaciam Magiſtrum *Hartmannum Gambecher* procuratorem dicti Domini *Heilmanni* principalis ex adverſo ad predicti Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtanciam ad dicendum & opponendum quidquid dicere ſeu opponere

vale-

Digitized by Google

valebat contra proxime dicta jura & munimenta, per quendam domini noſtri Pape Curſorem mandavimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competentem. Adveniente quo termino comparente in judicio coram nobis Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore predicto procuratorio nomine quo ſupra & dicti magiſtri *Hartmanni Gambecher* procuratoris ex adverſo non comparentis nec quidquam verbo vel in ſcriptis contra proxime dicta jura dicere ſeu excipere curantis contumaciam accuſante Nos tunc inſtante ipſo Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore dictum Magiſtrum *Hartmannum Gambecher* procuratorem ex adverſo non comparentem nec hujusmodi termino ſatisfacientem contumacem prout erat duximus merito reputandum & reputavimus, & contumacem eundem ad declarari videndum, quidquid in cauſa hujusmodi declarare volebat, per quendam Do mini noſtri pape curſorem citari mandavimus & fecimus ad terminum peremptorium terminum competentem eundem terminum ad conſimilem actum, ipſi Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti & parti ſue, ad idem duximus prefigendum Quo termino adveniente comparuit in judicio coram nobis Magiſter *Johannes Kempen* procurator predictus procuratorio nomine quo ſupra, & dicti Magiſtri *Hartmanni Gambecher* procuratoris ex adverſo non comparentis neque in cauſa hujusmodi declarare neque declarari videre curantis, contumaciam accuſavit, ipſumque contumacem reputari petendo, & in ejus contumaciam, dixit ſe nihil in hujusmodi cauſa velle declarare tandem nos ad ſupradicti

Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtantiam, Magiſtrum *Theodericum Buttingh* procuratorem ex adverſo ſubſtitutum ad concludendum & concludi videndum, vel ad dicendum & cauſam racionabilem ſi quàm habebat allegandum, quare in cauſa hujusmodi concludi non debebat per quendam Domini noſtri pape curſorem citari mandavimus & fecimus ad certum peremptorium terminum congruentem, quem terminum ipſum magiſtro *Johanni Kempen* procuratori petenti & parti ſue ad idem duximus prefigendum & aſſignandum occurrente itaque termino hujusmodi & in judicio coram nobis comparente Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore predicto procuratorio nomine quo ſupra & antedicti Magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris ſubſtituti non comparentis neque in hujusmodi cauſa concludere neque concludi videre curantis, contumaciam accuſante ipſum contumacem reputari & in hujusmodi cauſa concludere & pro concluſo per nos haberi debita cum inſtancia poſtulante, Nos tunc dictum Magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem ſubſtitutum non comparentem neque termino hujusmodi ſatisfacere curantem, licet per nos ſufficienter expectatum reputavimus juſtitia mediante exigente merito prout erat contumacem & in ipſius contumaciam una cum prenominato Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore concludente & ſecum concludi petente concluſimus & habuimus pro concluſo in eadem, & conſequenter ad ejusdem Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtanciam dictum magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem ſubſtitutum ad audiendum

dum diffinitivam in hujusmodi cauſa per nos ferri & promulgari ſententiam juxta tenorem petitionis ſue preinſerte, per unum ex predicti Domini noſtri Pape curſoribus citari mandavimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competentem videlicet ad diem & horam inferius annotatas Quas etiam dicto Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti ad idem duximus prefigendum advenien-te itaque die & hora hujusmodi & in judicio coram nobis comparente Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore predicto procuratorio nomine quo ſupra & predicti Magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris ſubſtituti non comparentis neque diffinitivam in hujusmodi cauſa per nos ferri & promulgari ſententiam audire curantis contumaciam accuſante ipſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam diffinitivam in hujusmodi cauſa pro ſe & parte ſua ac contra partem ſibi adverſam juxta tenorem peticionis ſue predicte per nos ferri & promulgari ſententiam per nos debita cum inſtantia poſtulavit Nos tunc *Bertrandus* Epiſcopus & auditor prefatus, dictum magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem ſubſtitutum citatum non comparentem poſtquam ſufficienter expectavimus juſticia mediante contumacem & in ipſius contumaciam viſis primitus per nos & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis, actitatis litteris Jnſtrumentis ſcripturis proceſſibus privilegiis & aliijs munimentis in hujusmodi cauſa hinc inde habitis factis exhibitis & productis Jpſisque cum diligentia recenſitis, & de ipſis Dominis coauditoribus noſtris relacione plenaria & fideli factis & habitis inter nos

de

de hujusmodi cauſe meritis matura deliberacione & diligenti, de dictorum Dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio & aſſenſu ad noſtram in hujusmodi cauſa ferendam ſententiam duximus procedendum & proceſſimus eamque in ſcriptis tulimus & preſentibus fecimus in hunc modum Chriſti nomine invocato pro tribunali ſedentes & habentes pre oculis ſolum Deum, de dominorum coauditorum noſtrorum conſilio & aſſenſu, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam ferimus in hijs ſcriptis pronunciamus decernimus & declaramus, gratiam acceptationem & proviſionem predictas, & omnia inde ſecuta fuiſſe & eſſe canonicas & canonica ſuumque debitum debuiſſe & debere ſortiri effectum dictamque parrochialem Eccleſiam in *Vdenheim* ad ipſum Dominum *Johannem Godſcalci* ſpectaſſe & pertinuiſſe ac ſpectare & pertinere de jure, ſibique eandem ad judicandum fore & adjudicamus prefatoque *Heilmanno* in preſenti cauſa adverſario nullum jus compeciiſſe, neque competere Ipſumque *Heilmannum* ab occupatione & detencione dicte parrochialis eccleſie amovendum fore & amovemus predictumque Dominum *Johannem Gotſcalci* in & ad corporalem poſſeſſionem ejusdem parrochialis Eccleſie, inducendum fore & inducimus Nec non oppoſiciones moleſtaciones perturbaciones & intruſiones ac impedimenta predictas & predicta fuiſſe & eſſe temerarias illicitas iniquas & injuſtas, temeraria illicita iniqua & injuſta, ac de facto preſumptas & preſumpta, prefatoque *Heilmanno* ſuper oppoſicionibus perturbacionibus moleſtacionibus intruſionibus & impedimentis de Eccleſia

cleſia parrochiali predictis perpetuum ſilencium imponendum fore & imponimus Jpſumque *Heilmannum* in fructibus a tempore litis citra ex dicta Eccleſia parrochiali perceptis, Nec non eundem *Heylmannum* in expenſis in hujusmodi cauſa coram nobis legitime factis condempnandum fore & condempnamus Quarum expenſarum taxationem nobis inpoſterum reſervamus lecta lata & in ſcriptis promulgata fuit hec preſens noſtra diffinitiva ſententia per nos *Bertrandum* Epiſcopum & auditorem prefatum *Peruſij* Jn palacio cauſarum Apoſtolico nobis inibi mane hora cauſarum ad jura reddendum in loco noſtro ſolito pro tribunali ſedentes ſub anno a nativitate Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo Jndictione quinta decima Menſis decembris die undecima pontificatus ſanctiſſimi in Xſto patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* divina providencia pape *noni* predicti Anno quarto preſentibus ibidem diſcretis & honeſtis viris Magiſtro *Theoderico de monte* Notario publico ſcribaque noſtro & *Michaele de weyden* clericis Trajectenſis & Leodienſis dioceſ. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Poſtremo vero Romana curia de civitate Peruſina ad almam urbem translata nos deinde ad dicti Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtanciam prefatum Magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem ſubſtitutum ex adverſo, ad videndum & audiendum per nos taxari expenſas in hac inſtancia coram nobis pro parte dicti Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris legitime factas per quendam Domini

noſtri

noſtri pape curſorem citari mandavimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem videlicet ad diem & horam inferius annotatas, quas tunc predicto Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti & parti ſue, ad idem duximus prefigendum, quibus die & hora adveniente comparens in judicio coram nobis magiſtro *Johannes Kempen* procurator predictus procuratorio nomine quo ſupra & dicti Magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris ſubſtituti non comparentis neque expenſas predictas per nos taxari neque taxari videre curantis contumaciam accuſans ipſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam hujusmodi termino ſatisfaciendo expenſas ſupradictas per nos taxari & moderari inſtanter poſtulavit. Nos igitur *Bertrandus* Epiſcopus & auditor prefatus dictum Magiſtrum *Theodericum* procuratorem ſubſtitutum non comparentem neque hujusmodi expenſas per nos taxari videre curantem nec aliquam cauſam rationabilem ſi quam habebat allegantem quare per nos minime taxari debebant ſufficienter tamen expectatum reputavimus merito prout erat quoad actum & terminum predictos contumacem & tunc in ipſius contumaciam expenſas ſupradictas ad ſexaginta florenos auri de camera juſti ponderis & boni auri, per dictum *Heilmannum* principalem prefato Domino *Johanni Godeſcalci* principali vel ejus ad hoc legitime procuratori racione & occaſione expenſarum predictarum ſolvendos atque realiter tradendos provida moderacione previa, taxavimus & taxamus per preſentes Recepto tamen ab eodem magiſtro *Johanne Kempen* procuratore & per ipſum

Digitized by Google

ipſum ad mandatum noſtrum & in noſtris manibus tactis ſcripturis ſacroſanctis, ad ſancta Dei Ewangelia corporali preſtito juramento ſe & partem ſuam predictam tantum & ultra expendiſſe ſeu neceſſario expendere habere, in & pro lite & cauſa antedictis In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium preſentes noſtrarum ſentencie diffinitive & expenſarum taxationis litteras ſeu preſens publicum Jnſtrumentum hujusmodi noſtras diffinitivam ſententiam & expenſarum taxationem in ſe continentes ſeu continens exinde fieri & per *Martinum* Notarium publicum noſtrumque & cauſe hujusmodi ſcribam infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri Taxate fuerunt hujusmodi expenſe per nos *Bertrandum* Epiſcopum & Auditorem prefatum *Rome* in palacio cauſarum apoſtolico, in quo jura reddi ſolent nobis inibi mane hora cauſarum ad jura reddenda pro tribunali ſedentibus ſub anno a nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto Jndictione ſecunda, die vero Mercurii prima Menſis Aprilis pontificatus prefati Domini noſtri Domini *Bonifacii* anno quinto preſentibus ibidem diſcretis & circumſpectis viris Magiſtro *Theoderico de monte* notario publico ſcribaque noſtro & *Michaele de Weyden* clericis teſtibus ſupradictis ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Martinus Mutsker* de *Eyk.* clericus Leodienſis dioceſ. publicus Apoſtolica & imperiali auctoritatibus notarius & Reverendi patris Domini *Bertrandi* Epiſcopi & auditoris & cauſe hujusmodi

coram

Digitized by Google

coram eo ſcriba Quia predictarum diffinitive ſententie prolationi & expenſarum taxationi omnibusque alijs & ſingulis premiſſis, dum ſic ut premittitur agerentur & fierent, una cùm prenominatis teſtibus preſens interfui eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, Jdeo hoc preſens publicum inſtrumentum per alium me alijs occupato negocijs, fideliter ſcriptum exinde confeci publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli prefati Domini Epiſcopi & auditoris ſignavi Rogatus & requiſitus in teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

XL.

SECUNDA SENTENTIA DIFFINITIVA DE ET SUPER ECCLESIA PARROCHIALI IN *UDENHEIM.*

In nomine Domini Amen. Pridem ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Bonifacius* papa *nonus*, cauſam cujusdam appellacionis pro parte *Heilmanni Wedebecker* pro clerico Magunt. dioceſ. ſe gerentis interpoſite a quadam diffinitiva ſententia pro honorabili viro Domino *johanni Steinaw* Rectore parrochialis eccleſie in *Udenheim* dicte Magunt. dioceſ. contra dictum *Heilmannum* per Reverendum in Xſto patrem Dominum *Bertrandum* Epiſcopum Eugubinum ſacrique palacii apoſtolici cauſarum auditorem lata in cauſa, que

coram

coram eo vertebatur inter partes predictas, & ſuper prenominata Eccleſia parrochiali in *Udenheim* & ipſius occaſione, quondam Domino *Ricardo* Electo Traven. tunc dicti palacii cauſarum Auditori audiendas commiſit & fine debito terminandas cum ſingulis ſuis emergentibus incidentibus dependentibus & connexis cujus quidem commiſſionis vigore idem quondam Dominus *Ricardus* electus & auditor in cauſa & cauſis hujusmodi, rite & legitime procedens ad diſcreti viri Magiſtri *Johannis Kempen* in Romana curia & dicti Domini *Johannis Steynaw* principalis procuratoris inſtanciam diſcretum virum magiſtrum *Theodericum Butting*, eciam in eadem curia & prelibati Domini *Heilmanni Weidebecker* ex adverſo principalem procuratorem prout de ipſorum magiſtrorum *Johannis* & *Theoderici* procuratorum mandatis in actis cauſe & cauſarum hujusmodi, ipſi Domino *Ricardo* Electo & auditori legitimis conſtabat documentis, ad dicendum & opponendum quidquid verbo aut in ſcriptis dicere ſeu opponere volebat contra hujusmodi prefato quondam Domino *Ricardo* Electo & auditori commiſſionis ut prefertur factam per certum Domini noſtri pape curſorem citari mandavit peremptorie & fecit, ad certum peremptorium terminum competentem in quo coram prefato quondam Domino electo & auditore comparente in judicio Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore predicto procuratorio nomine quo ſupra, & magiſtri *Theoderici Butting* ex adverſo procuratoris predicti non comparentis nec quidquam verbo aut in ſcriptis, contra predictam commiſſionem, dicere ſeu excipere curantis

contumaciam accuſante Jpſumque contumacem reputari inſtanter petente Jdem tunc quondam dominus electus & auditor dictum *Theodericum* procuratorem non comparentem nec hujusmodi termino ſatisfacere curantem, quamvis diutius & usque ad horam debitam expectatum reputavit merito contumacem Jn ejus contumaciam dicto Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore inſtante & petente, magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem ex adverſo predictum, ad dandum & recipiendum darique & recipi videndum libellum ſive ſummariam in hac cauſa petitionem per certum Domini noſtri Pape curſorem peremptorie citari mandavit & fecit, ad certam peremptoriam diem condecentem quam tunc dicto magiſtro *Johanni* id petenti ad idem aſſignaverat qua adveniente die & in eadem coram dicto quondam Electo comparens dictus magiſter *Johannes Kempen* procuratorio nomine quo ſupra & magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris ex adverſo predicti non comparentis neque libellum ſive ſummariam in hujusmodi cauſa peticionem dare aut dari videre curantis, contumaciam accuſans Jpſumque contumacem reputari inſtanter poſtulans Et in ipſius contumaciam termino hujusmodi pro parte ſua ſatisfaciendo quendam libellum verbo exhibuit atque dedit de dando facto & in ſcriptis loco & tempore oportunis proteſtans.

Prefatus tunc quondam Dominus Electus & auditor dictum Magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem non comparentem & hujusmodi termino minime ſatisfacere curantem licet ſufficienter expectatum reputavit merito prout erat ſuadente ju-

ſticia

Digitized by Google

ſticia contumacem in ipſiusque contumaciam ad prefati Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtantem peticionem magiſtrum *Theodericum Butting* ex adverſo procuratorem prelibatum ad jurandum & deliberandum jurarique videndum de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum ſingulis ſuis Capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis tacitis & expreſſis tam ſuper dicto verbo oblato libello quam tota cauſa preſenti per certum domini noſtri pape curſorem citari peremptorie mandavit & fecit, ad certas diem & horam congruentes Quas eidem Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti ſtatuerat tunc ad idem. Hijs itaque die & hora advenientibus & in eisdem per ſupraſcriptum magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem in judicio comparentem & prelibati Magiſtri *Theoderici Butting* ex adverſo procuratoris non comparentis neque aliquod calumpnie juramentum preſtare aut preſtari videre curantis contumacia accuſata ipſumque contumacem per eundem quondam dominum electum & auditorem inſtanter petito & in ejus contumaciam termino hujusmodi ſatisfaciendo ad ejusdem quondam Domini electi & auditoris mandatum & in ejus manibus tactis ſacroſanctis ſcripturis ad ſancta Dei Ewangelia de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum ſingulis ſuis capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis tacitis & expreſſis tam ſuper dicto verbo oblato libello, quam tota cauſa preſenti corporaliter preſtito juramento Jdem tunc quondam Dominus electus & auditor dictum magiſtrum *Theodericum* procuratorem non comparentem neque hujusmodi termino

 ſatis-

ſatisfacere curantem ſufficienter expectatum, reputavit merito prout erat contumacem Jn ipſiusque contumaciam ad ſepedicti Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtantiam Magiſtrum *Theodericum Butting* ex adverſo procuratorem predictum ad ponendum & articulandum ponique & articulari videndum per Domini noſtri curſorem citari fecit & mandavit ad certum peremptorium terminum congruentem quem tunc ad idem prelibato Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori petenti duxit prefigendum Quo occurrente termino & in eodem judici aliter comparente Magiſtro *Johanne* procuratore predicto & magiſtri *Theoderici* procuratoris ex adverſo predicti non comparentis neque aliquos poſitiones & articulos in hujusmodi cauſa dare aut dari videre curantis contumaciam accuſante Jpſumque contumacem reputari inſtanter poſtulante Et in ipſius contumaciam termino hujusmodi ſatisfaciente omnes & ſingulos poſiciones & articulos in alia preſentis cauſe inſtantia datos repetente eosque de novo reproducente Prefatus tum quondam Dominus electus & auditor dictum magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem non comparentem neque hujusmodi termino ſatisfacere curantem licet diucius expectatum reputavit exigente juſticia contumacem Jn ejusdemque contumaciam ſupradicto Magiſtro *Johanni Kempen* inſtanter petente eundem magiſtrum *Theodericum Butting* ex adverſo procuratorem ad dicendum & opponendum quidquid dicere ſeu opponere volebat, verbotenus aut in ſcriptis contra hujusmodi poſiciones & articulos repetitos ut pre-

mittitur

Digitized by Google

mittitur & productos in quantum articuli nec non reſpondendum eisdem in quantum poſiciones exiſtebant & eſſe cenſebantur per certum dicti domini noſtri Pape curſorem peremptorie citari mandavit & fecit, ad certam peremptoriam diem congruentem in qua comparuit judicialiter magiſter *johannes Kempen* procurator jam dictus nomine quo ſupra. Et Magiſtri *Theoderici Butting* ex adverſo procuratoris predicti non comparentis nec quidquam verbo aut in ſcriptis contra dictos poſiciones & articulos dicere ſeu excipere in quantum articuli nec eisdem in quantum poſiciones exiſtebant & eſſe cenſebantur reſpondere curantis contumaciam accuſans ipſumque contumacem cum inſtantia reputari poſtulavit Memoratus tunc quondam electus & auditor, dictum Magiſtrum *Theodericum* non comparentem neque predicto termino ſatisfacientem ſufficienter expectatum reputavit merito ſuadente juſtitia contumacem in ejusque contumaciam ad prelibati Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris peticionem eundem *Theodericum* ex adverſo procuratorem ad producendum & produci videndum, omnia & ſingula jura acta, actitata litteras ſcripturas inſtrumenta proceſſus privilegia, ceteraque munimenta quibus in hujusmodi cauſa uti & ſe juvare volebat per certum Domini noſtri Pape curſorem peremptorie citari mandavit & fecit, ad certum peremptorium terminum competentem quo adveniente termino & in eodem per ſupradictum Magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem nomine quo ſupra coram dicto quondam Domino electo & auditore in judicio comparentem & prenominati Ma-

 giſtri

giſtri *Theoderici Butting* ex adverſo procuratoris non comparentis neque aliqua jura & munimenta in hujusmodi cauſa dare aut dari videre curantis contumacia accuſata Jpſumque contumacem inſtanter petito & in ejus contumaciam termino hujusmodi pro parte ſua ſatisfacientem omnia & ſingula jura & munimenta in prima preſentis cauſe inſtancia data repetente, eaque de novo producente memoratus quondam Dominus Electus & auditor ſupradictum magiſtrum *Theodericum* procuratorem non comparentem nec termino hujusmodi in aliquo ſatisfacere curantem, licet diucius & usque ad horam debitam expectatum reputavit merito prout erat exigente juſticia contumacem & in ipſius contumaciam ad ſupradicti Magiſtri *Johannis Kempen* inſtanciam eundem magiſtrum *Theodericum Butting* ex adverſo procuratorem ad dicendum & opponendum quidquid dicere ſeu opponere volebat verbo aut in ſcriptis, contra hujusmodi jura & munimenta per certum domini noſtri pape curſorem citari peremptorie fecit & mandavit Jn quo comparens judicialiter Magiſter *Joannes Kempen* procurator predictus procuratorio nomine quo ſupra & prefati Magiſtri *Theoderici* ex adverſo procuratoris non comparentis nec quidquam verbo aut in ſcriptis contra hujusmodi jura & munimenta dicere ſeu excipere curantis contumaciam accuſans ipſumque contumacem reputari per dictum quondam dominum electum & auditorem inſtanter poſtulavit ſupradictus tunc quondam Dominus electus & auditor ſepedictum magiſtrum *Theodericum* procuratorem; non comparentem & termino predicto minime

ſatis-

ſatisfacientem & ſufficienter tamen expectatum reputavit prout erat merito contumacem & in ipſius contumaciam inſtante ſupradicto magiſtro *Johanne Kempen* procuratore & petente ſupradictum magiſtrum Theodericum ex adverſo procuratorem ad concludendum & concludi videndum, vel dicendum & cauſam ſi quam habebat rationabilem, quare minime concludi debebat allegandum per certum Domini noſtri Pape Curſorem citari mandavit peremptorie & fecit, ad certum peremptorium terminum competentem, quem dicto magiſtro *Johanni Kempen* procuratori tunc ad idem aſſignandum duxerat & aſſignavit Quo itaque adveniente termino comparente in judicio magiſtro *Johanne Kempen* procuratore predicto, nomine quo ſupra & dicti magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris non comparentis neque in preſenti cauſa concludere aut concludi videre nec cauſam ſi quam habebat rationabilem quare concludi non debeat, allegare curantis contumaciam accuſante Jpſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam in cauſa & cauſis hujusmodi concludente & ſecum concludi & pro concluſo haberi per dictum quondam Dominum Electum & auditorem inſtanter poſtulante Jdem tunc quondam Dominus electus & auditor dictum Magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem non comparentem nec termino hujusmodi in aliquo ſatisfacere curantem licet ſufficienter expectatum reputavit merito contumacem Jn ipſiusque contumaciam una cum jam dicto Magiſtro *Johanne Kempen* procuratore concludente & ſecum concludi petente in cauſa & cauſis concluſit & habuit & habere voluit

luit in eiſdem pro concluſo Dataque deinde per prelibatum magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem nomine quo ſupra quadam petitione ſummaria ſub hijs verbis Petit procurator & procuratorio nomine honorabilis viri Domini *Joannis Gotſcalci* de *Steinnaw* rectoris parrochialis eccleſie in *Udenheim* Magunt. dioceſ. per vos reverendum patrem Dominum *Ricardum* Electum Trauen: ſacri palacii apoſtolici cauſarum auditorem, veſtramque diffinitivam ſententiam pronunciari decerni & declarari per Reverendum patrem Dominum *Bertrandum* Epiſcopum Eugubinum veſtrum auditorem in cauſa que coram eo vertebatur, & nunc vertitur coram vobis inter prefatum Dominum *Johannem* ex parte una & *Heilmannum Wedebecher* in hac cauſa adverſarium de & ſuper dicta parrochiali eccleſia in *Udenheim* & ejus occaſione parte ex altera, bene fuiſſe & eſſe proceſſum ſententiatum pronunciatum & diffinitum Jpſiusque ſententiam confirmandam fore & confirmari nec non Heilmannum in fructibus ex dicta parrochiali Eccleſia a tempore dicte late ſententie & citra perceptis, & in expenſas in hac cauſa coram vobis factis, condempnandum fore, & condempnari & de fructibus percipiendis & expenſis faciendis proteſtatur & premiſſa omnia & ſingula petit dictus procurator nomine quo ſupra conjunctim & diviſim omni meliori modo via jure cauſa & forma quibus melius & efficacius poteſt & debet veſtrum in & ſuper premiſſis benignum officium humiliter implorando ſalvo jure &c. tandem verò idem quondam Dominus *Ricardus* Electus & Auditor ad prelibati magiſtri *Johannis Kempen* procura-

cura-

Digitized by Google

curatoris inſtantem peticionem, Magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem ex adverſo predictum ad videndum & audiendum diffinitivam in preſenti cauſa ferri & promulgari ſententiam per certum prelibati Domini noſtri pape curſorem citari peremptorie fecit & mandavit ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem & horam infraſcriptas quas ad idem prefato Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori petenti & parti ſue tunc duxit prefigendas, hijs itaque die & hora advenientibus comparens in judicio coram ſupradicto quondam Domino electo & auditore Magiſter *johannes* Kempen procurator nomine quo ſupra & Magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris ex adverſo non comparentis neque diffinitivam in preſenti cauſa ferri ſententiam audire curantis contumaciam accuſans Jpſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam diffinitivam in hujusmodi cauſa pro ſe & parte Sua ac contra partem ſibi adverſam juxta & ſecundum vim formam & tenorem peticionis ſue ſupraſcripte per dictum quondam Dominum Electum & auditorem inſtanter poſtulavit prefatus tunc quondam Dominus *Ricardus* electus & auditor ſupradictum magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem non comparentem nec termino hujusmodi in aliquo ſatisfacere curantem licet diucius expectatum reputavit prout erat merito exigente juſticia contumacem Jn ejusdemque contumaciam viſis primitus per eundem quondam Dominum Electum & auditorem & ſingulis actis actitatis litteris ſcripturis proceſſibus Jnſtrumentis privilegiis ceterisque munimentis teſtiumque

U 5 depo-

depoſicionibus in hujusmodi cauſa habitis factis atque productis, eisque cum maturitate & diligentia recenſitis, de Dominorum Coauditorum ſuorum conſilio & aſſenſu quibus de hujusmodi cauſe meritis relationem plenariam fecerat & fidelem ac una cum eisdem inter ipſos maturis deliberacionibus prehabitis ad ſuam diffinitivam in preſenti cauſa in ſcriptis ferendam ſententiam duxit procedendum & proceſſit eamque per eaque vidit & cognovit, pro parte ſupradicti *Johannis Gotſcalci* de *Steinnaw* principalem & contra ſupradictum *Heilmannum* ex adverſo principalem in ſcriptis tulit & promulgavit, in hunc qui ſequitur modum Chriſti nomine invocato pro tribunali ſedentes & habentes pre oculis ſolum Deum de dominorum coauditorum noſtrorum conſilio & aſſenſu per hanc noſtram diffinitivam ſententiam quam ferimus in hijs, pronunciamus decernimus & declaramus per reverendum patrem Dominum *Bertrandum* Epiſcopum Eugubinum coauditorem noſtrum in cauſa que coram eo vertebatur & nunc vertitur coram nobis inter honorabilem virum Dominum *Johannem Gotſcalci* de *Steinaw* rectorem parochialis in *Vdenheim* Magunt. dioceſis ex una & quendam *Heilmannum Wedebecher* de & ſuper dicta parrochiali eccleſia & ejus occaſione partibus ex alia bene & legitime fuiſſe & eſſe proceſſum ſententiatum & diffinitum. Jpſiusque ſententiam confirmandam fore & confirmamus nec non pro parte dicti *Heilmanni* ab eadem ſententia male fuiſſe & eſſe appellatum ipſumque *Heilmannum* in fructibus per ipſum a dicta parrochiali Eccleſia a tempore dicte late ſententie

&

& citra perceptis & in expenſis in hujusmodi cauſa coram nobis legitime factis condempnandum fore & condempnamus Quarum expenſarum taxationem nobis inpoſterum reſervamus lecta lata & in ſcriptis pronunciata fuit hujusmodi diffinitiva ſententia, per dictum quondam Dominum Ricardum Electum & auditorem *Peruſij* apud majorem eccleſiam Peruſinam Jn palacio cauſarum apoſtolico Jn quo jura reddi ſolent, ipſo inibi mane hora cauſarum ad jura reddenda in loco ſuo ſolito pro tribunali ſedente ſub anno a nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo tercio Jndictione prima die veneris viceſima octava Menſis Marcii pontificatus ſanctiſſimi in Xſto patris & domini noſtri Domini *Bonifacij* divina providentia pape *noni* Anno quarto preſentibus ibidem diſcretis viris Magiſtris *Alberto Creinberg* & *Hugone Honſwig* Notarijs publicis dictique domini Electi & auditoris ſcribis Clericis Hanewergenſis & Trajectenſis dioceſ. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis ſubſequenter vero antequam per prefatum quondam Dominum *Ricardum* electum & auditorem expenſe taxate fuiſſent idem quondam *Ricardus* electus & auditor extitit de medio ſublatus prefatus Dominus noſter Papa nobis *Brande de Caſtillion* utriusque juris doctori Archipresbitero Eccleſie ſancti *Martini de Lemato* veronenſis dioceſ. Cappellano ſuo, ſuique ſacri palacij apoſtolici cauſarum auditori, quondam commiſſionis ſive ſupplicationis cedulam, per certum ſuum curſorem preſentari fecit quam nos cum ea qua decuit reverencia recepiſſe noveritis tenorem

qui

qui ſequitur continentem: dignetur D. V. omnes & ſingulos cauſam & cauſas beneficiales prophanas civiles & terminales quas reverendus pater Dominus *Ricardus* olim electus Trawenſis ſacri palacii apoſtolici cauſarum auditor audiebat & audire debebat eciam illa Domino auditore Baret ſeu alijs auditoribus usque ad ipſius Domini *Ricardi* convaleſcentiam eciam commiſſas propter ejusdem domini *Ricardi* obitum alicui alteri de dicti palacij cauſarum auditorio reſumendum committere in eo ſtatu in quo ultro coram eodem domino *Ricardo* Electo & auditore remanſerant & ulterius audiendas decidendas & fine debito terminandas, cum omnibus & ſingulis emergentibus incidentibus dependentibus & connexis & cum poteſtate taxandi expenſas in cauſis in quibus per dictum Dominum Electum & auditorem jam ſententie late ſunt ſententiasque extrahendi ipſasque & quascunque alias litteras jam decretas ſeu in poſterum decernendi ſigillandi & quod notarii qui coram eodem Domino *Ricardo* olim electo & auditore ſcripſerant ulterius ſcribant & continnent in eisdem quibuscumque in contrarium editis ſeu faciendis non obſtantibus Jn fine vero dicte commiſſionis ſive ſupplicationis cedule ſcripta erant de alterius manu & littera ſuperiori littere ipſius cedule penitus & omnino diſſimili & diverſa hec verba: de mandato Domini noſtri pape audiat magiſter *Branda*, reſumat & juſticiam faciat cujus nobis facte & preſentate commiſſionis vigore nos cauſam & cauſas hujusmodi in ſuo debito ſtatu reſumpſimus ac habuimus pro reſumpti tandem nos ad diſcreti viri Magiſtri *Johannis Ken*

pen

pen procuratoris prediĉti nomine quo ſupra inſtantem peticionem magiſtrum *Theodericum Butting* procuratorem ex adverſo prediĉtum ad videndum & audiendum ſupradiĉtas expenſas pro parte ejusdem magiſtri *Johannis* in hujusmodi cauſa legitime faĉtis, taxari vel dicendum & cauſam ſi quam habebat racionabilem allegandum, quare minimo taxari debebant per certum Domini noſtri pape curſorem citari peremptorie fecimus & mandavimus ad certas diem & horam inferius annotatas quas diĉto Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti & parti ſue aſſignaremus tunc ad idem hujusmodi die & hora advenientibus & in eisdem coram nobis judicialiter comparens magiſter *Johannes Kempen* procurator prediĉtus nomine procuratorio quo ſupra & magiſtro *Theoderico Butting* procuratore ex adverſo prediĉto, tunc ibidem preſente & coram nobis judicialiter comparente hujusmodi termino pro parte ſua ſatisfaciendo expenſas ſupradiĉtas per nos taxari & moderari cum inſtantia poſtulavit Nos igitur *Branda* auditor prefatus expenſas ſupradiĉtas ad viginti quinque florenos de camera domini noſtri pape boni auri & juſti ponderis per prefatum *Heilmannum Wedebecher* principalem ipſi Domino *Johanni de Steinaw* principali vel ejus ad hoc legitime procuratori ratione & occaſione expenſarum prediĉtarum ſolvendos realiter & tradendos in preſentia Magiſtri *Theoderici Butting* procuratoris tunc ibidem preſentis & judicialiter ſupervenientis inſcriptis provida moderacione prehabita taxavimus & taxamus per preſentes Recepto tamen per nos ab eodem Magiſtro *Johanne* procuratore & per ipſum

ad

ad mandatum noſtrum & in noſtris manibus tactis ſacroſanctis ſcripturis ad ſancta Dei Ewangelia corporali preſtito juramento ſe & partem ſuam predictam tantum & ultra expendiſſe ſeu neceſſario expendere habere in & pro lite & cauſa antedictis Jn quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes diffinitive ſententie ac noſtre expenſarum taxationis litteras ſeu preſens publicum inſtrumentum hujusmodi ſententiam ſeu noſtram expenſarum taxationem in ſe continentes ſeu continens exinde fieri & per *Tilmannum* Notarium publicum noſtrumque in hujusmodi cauſa ſcribam infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri taxate fuerunt hujusmodi expenſe per nos *Brandam de Caſtillion* Auditorem prefatum *Rome* in palacio cauſarum apoſtolico nobis inibi mane hora cauſarum ad jura reddendum in loco noſtro ſolito pro tribunali ſedentibus ſub anno a nativitate Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto Jndictione ſecunda, die lune decima ſexta menſis Marcii pontificatus prefati Domini noſtri Domini *Bonifacij* papę *noni* Anno Quinto preſentibus ibidem diſcretis viris Magiſtris *Johanne de Nava* & *Hermanno prume* Notarijs publicis ſcribisque noſtris Clericis Mediolanenſis & Leodienſis dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Tilmannus Chriſtiani* de *Endenich* clericus colonienſis dioceſ. publicus apoſtolica & Jmperiali auctoritatibus Notarius ac venerabilis & circumſpecti viri Domini *Brande* Auditoris predicti & hujusmodi cauſe coram eo ſcriba predictus ſen-

tentie

Digitized by Google

tentie diffinitive prolacioni & expenſarum taxacioni cum omnibus alijs & ſingulis premiſſis dum ſicut premittitur agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interfui, Eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi Jn notam recepi de qua preſens publicum inſtrumentum per alium me alijs occupato negociis fideliter ſcriptum extraxi publicavi & in hanc publicam formam redegi quod ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli prefati Domini Auditoris ſignavi rogatis & requiſitis in fidem & teſtimonium omnium ſingulorum premiſſorum.

XLI.

TERTIA SENTENTIA DIFFINITIVA SUPER ECCLESIA PARROCHIALI IN *VDENHEIM.*

In Nomine Domini amen. Pridem ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Bonifacius* divina providentia papa *nonus*, cauſam & cauſas appellacionis & appellacionum pro parte cujusdam *Heilmanni Weydebecher* presbiteri Magunt. dioceſ. a quadam diffinitiva ſententia, per quondam reverendum patrem Dominum *Ricardum* electum Trawenſem decretorum Doctorem tunc ſacri palacii apoſtolici cauſarum auditorem in cauſa & cauſis que coram eo vertebantur ſeu verti & eſſe ſperabantur inter dictum *Heilmannum Weydebecher* ex una parte & diſcretum virum Magiſtrum *Johannem*

nem Godeſcalci, de & ſuper parrochiali eccleſia in *Udenheim* dicte dioceſis & ejus occaſione parte ex altera lata interpoſite ſeu interpoſitarum ac negocii principalis Venerabili ac circumſpecto viro Domino *Thome de Walkingteyn* decretorum Doctori Cappellano ſuo, & dicti ſacri palacii apoſtolici cauſarum auditori commiſit audiendam decidendam & fine debito terminandam cum ſingulis ſuis emergentibus incidentibus Dependentibus & connexis cujus quidem commiſſionis vigore idem Dominus *Thomas* auditor prefatus, in cauſa & cauſis hujusmodi rite & legitime procedens ad providi & diſcreti viri magiſtri *Johannis Kempen* in Romana Curia, & magiſtri *Johannis Godſcalci* principalis predicti in antedicta commiſſione principaliter nominati procuratoris inſtantiam diſcretum virum Magiſtrum *Tidericum Butting* in eadem curia ac dicti *Heilmanni Weidebecher* ex adverſo principalis eciam in eadem commiſſione ex adverſo principaliter nominati procuratorem prout de ipſorum procurationum mandatis in actis cauſe & cauſarum hujusmodi legitime conſtabat atque conſtat, ad dicendum & excipiendum quidquid verbo aut in ſcriptis dicere ſeu excipere volebat contra dictam commiſſionem ipſum Domino *Thome de Walkingteyn* auditori factam per certum Domini noſtri pape curſorem citari mandavit peremptorie & fecit ad tertium peremptorium terminum competentem in quo comparens judicialiter coram dicto Domino *Thoma* auditore Magiſtro *Johannes Kempen* procurator predictus procuratorio quo ſupra nomine & antedicti Magiſtri *Tiderici Butting* procuratoris ex adverſo non comparentis

parentis nec quidquam verbo aut in ſcriptis contra dictam commiſſionem dicere ſeu excipere curantis contumaciam accuſans ipſumque contumacem reputari per eundem Dominum auditorem inſtanter poſtulavit Jdem Dominus Auditor dictum Magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem hujusmodi diei termino minime ſatisfacere curantem ſufficienter tamen & usque ad horam congruam expectatum reputavit merito prout erat, quo ad actum & terminum hujusmodi predictos juſtitia exigente contumacem in ipſiusque contumaciam ad ejusdem Magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtantiam ſibi ac magiſtro *Tiderico* procuratori ex adverſo tunc eciam coram dicto Domino Auditore judicialiter comparenti & audienti ad dandum & recipiendum darique & recipi videndum libellum ſeu peticionem ſummariam in hujusmodi cauſa certum peremptorium diem competentem hinc inde duxit aſſignandum quo adveniente & in eodem coram dicto Domino Auditore judicialiter comparente magiſtro *Johanne Kempen* procuratore predicto & antedicti magiſtri *Tiderici* procuratoris non comparentis neque aliquem libellum ſive peticionem ſummariam in hujusmodi cauſa dare aut dari videre curantis contumaciam accuſante Jpſumque contumacem reputari inſtanter poſtulante. Jn ipſiusque contumaciam hujusmodi termino ſatisfaciente quendam libellum ſeu peticionem ſummariam partis ſue in preſenti cauſa, primo verbo & deinde in quodam alio ad hoc condecenti termino, facta & in ſcriptis dante & offerente cujus tenor ſequitur & eſt talis Petit procurator & pro-

curatorio nomine honorabilis viri Domini *Johannis Godſcalci* rectoris parrochialis ecclesie in *Vdenheim* Magunt. dioceſ. per vos Venerabilem virum Dominum *Johannem Treuor* utriusque juris Doctorem Domini noſtri pape Cappellanum & ipſius ſacri palacij cauſarum & cauſe hujusmodi auditoris veſtramque diffinitivam ſententiam pronunciari decerni & declarari perbone memorie Dominum *Ricardum* electum Trawenſem tunc veſtrum coauditorem in cauſa que coram eo vertebatur & nunc vertitur coram vobis inter prefatum *Johannem Godſcalci* ex parte una, & quendam *Heilmannum Weidebecher* in preſenti cauſa adverſarium de & ſuper dicta parrochiali ecclesia in *Vdenheim* & ejus occaſione ex altera, bene & legitime fuiſſe & eſſe proceſſum ſententiatum & diffinitum ejusque ſententiam confirmandam fore & per vos confirmari Nec non pro parte dicti *Heilmanni* ab eadem ſententia male fuiſſe & eſſe appellatum Jpſumque heylmannum, in fructibus ex dicta eccleſia parrochiali, a tempore dicte late ſententie & citra perceptis, ac in expenſis coram vobis in hac cauſa factis, condempnandum fore, & per vos condempnari de fructibus percipiendis & expenſis faciendis proteſtatur & premiſſa omnia & ſingula petit dictus procurator nomine quo ſupra conjunctim & diviſim, omni meliori modo via jure cauſa & forma, quibus melius & efficacius poteſt & debet veſtrum in & ſuper premiſſis benignum officium humiliter implorando prefatus Dominus auditor dictum magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem neque aliquem libellum ſeu peticionem

ſumma-

ſummariam in preſenti cauſa dantem aut recipientem, darique aut recipi videre curantem debite tamen expectatum reputavit merito prout erat quo ad actum & terminum predictos juſticia ſuadente contumacem Et in ejus contumaciam prelibato Magiſtro *Johanni Kempen* procuratore inſtanter petenti eundem magiſtrum *Tidericum Butting* procuratorem ad jurandum & deliberandum jurarique & deliberari videndum, de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum ſingulis ſuis capitulis, in & ſub juramento calumpnie contentis tam ſuper dicto ſuperius oblato libello, quam tota cauſa preſenti per certum Domini noſtri pape curſorem citari mandavit peremptorie & fecit ad certum peremptorium terminum condecentem quem tunc ad idem prefato magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti partique ſue duxit ſtatuendum Jn quo per prefatum magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem coram dicto Domino Auditore judicialiter comparentem prelibati magiſtri *Tiderici* procuratoris non comparentis neque calumpnie juramentum in preſenti cauſa preſtare aut ex adverſo preſtari videre curantis contumacia accuſata Jpſumque contumacem reputari per eundem Dominum auditorem inſtanter poſtulato in ipſiusque contumaciam per eundem magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem hujusmodi termino ſatisfacientem ad mandatum dicti Domini Auditoris & in ipſius manibus tactis ſacroſanctis ſcripturis ad ſancta Dei Ewangelia de calumpnia vitanda & veritate dicenda cum ſingulis ſuis capitulis in & ſub calumpnie juramento contentis tam ſuper dicto ſuperius oblato libello, quam tota cauſa hujusmodi

Digitized by Google

di corporaliter preſtito juramento & tunc Dominus Auditor prefatus, dictum Magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem neque calumpnie juramentum in hac cauſa preſtare aut preſtari videre curantem ſufficienter tamen expectatum reputavit merito prout erat quo ad actum & terminum hujusmodi predictos exigente juſtitia contumacem in ipſiusque contumaciam eodem magiſtro *Johanne Kempen* procuratore inſtanter petente magiſtrum *Tidericum* procuratorem predictum ad ponendum & articulandum, ponique & articulari videndum in hujusmodi cauſa per certum Domini noſtri pape curſorem citari mandavit peremptorie & fecit ad certas diem & horam congruam quas tunc ad idem eidem magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti partique ſue duxit aſſignandas Jn quibus comparens in judicio coram domino auditore prefato, Magiſtro *johannes Kempen* procurator predictus & antedicti Magiſtri *Tiderici* procuratoris ex adverſo non comparentis neque aliquos poſiciones & articulos in hujusmodi cauſa verbo aut in ſcriptis producere, aut produci videre curantis contumaciam accuſans ipſumque contumacem reputari per dictum dominum auditorem cum inſtancia debita poſtulavit & in ejus contumaciam hujusmodi termino ſatisfaciendo omnes & ſingulos poſiciones & articulos in hujusmodi cauſe prima productos & ſecunda inſtancijs repetitos, repecijt eosque de novo reproduxit & tunc Dominus auditor memoratus dictum magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem neque aliquos poſiciones & articulos in hac cauſa producere aut ex adverſo produci videre curantem,

rantem, licet ſufficienter & usque ad horam congruam expectatum reputavit merito prout erat ad actum & terminum hujusmodi predictos, juſticia exigente contumacem Et in ipſius contumaciam ad ejusdem Magiſtri *Johannis* Kempen procuratoris inſtantiam magiſtrum *Tidericum* ex adverſo procuratorem predictum ad dicendum & opponendum quidquid dicere ſeu opponere volebat, verbo aut in ſcriptis, contra dictos repetitos & reproductos poſiciones & articulos in quantum articuli & ad reſpondendum eisdem in quantum poſiciones exiſtebant & eſſe cenſebantur per certum Dominum noſtri pape curſorum citari mandavit peremptorie & fecit ad certam peremptoriam diem congruentem Jn qua comparens in judicio coram domino Auditore prefato Magiſter *Johannes* Kempen procurator predictus & dicti magiſtri *Tiderici* procuratoris ex adverſo non comparentis nec quidquam verbo aut in ſcriptis contra dictos repetitos & reproductos poſiciones & articulos in quantum articuli dicere ſeu excipere curantis nec reſpondentis eisdem in quantum poſiciones exiſtebant & eſſe cenſebantur contumaciam accuſans ipſumque contumacem reputari per eundem Dominum auditorem inſtanter poſtulavit Et tunc dominus auditor predictus prelibatum magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem neque hujusmodi termino ſatisfacientem debite tamen expectatum reputavit merito prout erat, quo ad actum & terminum hujusmodi predictos exigente juſticia contumacem & in ejus contumaciam inſtante eodem magiſtro *Johanne* Kempen procuratore quo ſupra nomine, ſibi nec non

 magi-

magiſtro *Tiderico* procuratori ex adverſo predicto tunc coram dicto Domino auditore judicialiter comparente & ſuperveniente ad producendum & produci videndum omnia & ſingula jura acta litteras ſcripturas Jnſtrumenta & alia munimenta quibus in hujusmodi cauſa uti & ſe juvare volebant certum peremptorium terminum competentem hinc inde duxit aſſignandum Jn quo per ſupradictum magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem coram ipſo Domino auditore judicialiter comparentem dicti Magiſtri *Tiderici* procuratoris ex adverſo non comparentis nec quidquam verbo aut in ſcriptis in preſenti cauſa producere aut produci videre curantis, contumacia accuſata ipſumque contumacem reputari per eundem dominum auditorem inſtanter poſtulato Et in ejus contumaciam hujusmodi termino ſatisfaciendo per ipſum omnibus & ſingulis actis actitatis litteris inſtrumentis ſcripturis & aliis munimentis pro parte ſua in hujusmodi cauſa prima productis & in ſecunda inſtantia repetitis & de novo reproductis Jdem dominus auditor dictum *Tidericum* procuratorem non comparentem nec quidquam verbo aut in ſcriptis in hujusmodi cauſa producere aut produci videre curantis debite tamen expectatum reputavit merito prout erat ad actum & terminum hujusmodi predictos, exigente Juſtitia contumacem in ipſiusque contumaciam ad ejusdem magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris inſtantem peticionem magiſtrum *Tidericum* ex adverſo principalem procuratorem ad dicendum & excipiendum quidquid verbo aut in ſcriptis dicere ſeu excipere volebat, contra dicta jura inſtrumenta

acta

Digitized by Google

acta litteras ſcripturas & alia munimenta repetita & reproducta per certum domini noſtri Pape curſorem citari mandavit peremptorie & fecit, ad certum peremptorium terminum condecentem Jn quo comparens in judicio coram domino auditore prefato Magiſter *Johannes* Kempen procurator predictus & dicti magiſtri *Tiderici* procuratoris non comparentis nec quidquam verbo aut in ſcriptis contra dicta jura inſtrumenta acta literas ſcripturas & alia munimenta repetita & reproducta dicere ſeu excipere curantis, contumaciam accuſans Jpſumque contumacem reputari per eundem dominum auditorem inſtanter poſtulavit & tunc Dominus auditor prefatus, dictum magiſtrum *Tidericum* non comparentem neque hujusmodi termino ſatisfacientem debite tamen expectatum reputavit merito prout erat, quo ad actum & terminum hujusmodi predictos exigente juſticia contumacem & in ejus contumaciam ad prefati magiſtri *Johannis* Kempen procuratoris inſtantem petitionem magiſtrum *Tidericum* ex adverſo procuratorem predictum ad declarandum & declarari videndum, quidquid verbo aut in ſcriptis in hujusmodi cauſa declarare volebat, per certum Domini noſtri pape curſorem peremptorie citari mandavit & fecit, ad certum peremptorium terminum competentem, quem tunc ad idem prelibato magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti & parti ſue in hujusmodi cauſa duxit aſſignandum in quo per dictum Magiſtrum *Johannem Kempen* procuratorem coram dicto Domino auditore comparentem & dicti magiſtri *Tiderici* procuratoris non comparentis nec quidquam verbo

aut in ſcriptis in hujusmodi cauſa declarare aut declarari videre curantis, contumaciam accuſata Jpſumque contumacem reputari per eundem Dominum Auditorem inſtanter poſtulato Et in hujusmodi contumaciam hujusmodi termino ſatisfaciendo ſe nihil verbo aut in ſcriptis in hujusmodi cauſa velle declarare allegato, & tunc Dominus auditor prefatus dictum magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem nec quidquam verbo aut in ſcriptis in hujusmodi cauſa declarare aut declarari videre curantem ſufficienter tamen expectatum reputavit merito prout erat ad actum & terminum hujusmodi predictos juſtitia exigente contumacem tandem vero dicto Domino *Thoma* auditore certis de cauſis à Romana curia abſentato propter ejus abſenciam, prefatus Dominus noſter papa cauſam & cauſas hujusmodi in eo ſtatu in quo ultimo coram ſupradicto domino *Thoma* auditore remanſerant, reſumendas, nobis *Johanni Treuor* utriusque juris Doctori Canonico Aſſanen. Cappellano ſuo ipſiusque ſacri palacij apoſtolici cauſarum auditori usque ad prefati domini *Thome* auditoris reditum ad Romanam curiam predictam commiſit, ulteriusque audiendam decidendam & fine debito terminandam cum ſingulis ſuis emergentibus incidentibus dependentibus & connexis hujusmodi ſiquidem commiſſionis vigore, nos cauſam & cauſas hujusmodi in eo ſtatu in quo ultimo coram prefato Domino *Thoma* auditore remanſerant, debite ex officio noſtro reſumpſimus & pro reſumptis habere voluimus ſubſequenter vero nos ad ſupradicti magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris coram nobis

judi-

Digitized by Google

judicialiter comparentis inſtantem peticionem Magiſtrum *Tidericum* procuratorem predictum ad concludendum & concludi videndum in hujusmodi cauſa, vel dicendum & cauſam rationabilem ſiquam habebat allegandum quare minime concludi debebat, per certum Domini noſtri pape curſorem citari mandavimus peremptorie & fecimus ad certum peremptorium diem competentem quam tunc ad diem prefato Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori id petenti & parti ſue duximus aſſignandam qua adveniente & in eadem coram nobis judicialiter comparente, magiſtro *Johanne Kempen* procuratore predicto & dicti magiſtri *Tiderici* procuratoris non comparentis nec in hujusmodi cauſa concludere aut concludi videre curantis neque aliquam cauſam ſi quam habebat rationabilem allegantis quare minime concludi debebat contumaciam accuſante Jpſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam in cauſa & cauſis hujusmodi quantum in eo erat concludente & ſecum concludi & habere pro concluſo inſtanter poſtulante Nos dictum magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem nec in hujusmodi cauſa concludere aut concludi videre curantem debite tamen expectatum reputavimus merito pro ut erat quo ad actum & terminum hujusmodi predictos exigente juſtitia contumacem, in ipſiusque contumaciam in cauſa & in cauſis hujusmodi una cum prefato magiſtro *johanne Kempen* procuratore concludente & ſecum concludi petente concluſimus & habuimus ac habere voluimus in eisdem pro concluſo Poſtremo vero nos ad ſupradicti magiſtri *johannis Kempen* procuratoris coram

nobis judicialiter comparentis inſtantem peticionem magiſtrum *Tidericum* procuratorem ex adverſo predictum ad videndum & audiendum diffinitivam in hujusmodi cauſa ferri ſententiam per certum Domini noſtri pape curſorem citari mandavimus peremptorie & fecimus ad diem & horam infraſcriptas quas tunc eidem magiſtro *johanni Kempen* procuratori id petenti & parti ſue ad idem duximus prefigendas hiis itaque die & hora advenientibus comparens judicialiter coram nobis magiſter *johannes Kempen* procurator predictus & antedicti magiſtri *Tiderici* procuratoris non comparentis neque diffinitivam in hujusmodi cauſa per nos ferri ſententiam audire curantis contumaciam accuſans ipſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam diffinitivam in hujusmodi cauſa pro ſe & parte ſua ac contra ſupradictam partem ſibi adverſam juxta formam & tenorem dicti libelli ſive peticionis ſue ſummarie ferri & promulgari ſententiam per nos inſtanter poſtulavit Nos igitur *Iohannes* auditor prefatus dictum magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem neque diffinitivam in hac cauſa per nos ferri ſententiam audire curantem debite tamen expectatum reputavimus merito pro ut erat quo ad actum & terminum hujusmodi predictos juſticia exigente contumacem & in ejus contumaciam viſis primitus per nos & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis actitatis literis ſcripturis Jnſtrumentis aliis munimentis Nec non depoſicionibus teſtium in hujusmodi cauſa habitis factis & productis eisque cum maturitate & diligentia debita recenſitis de dominorum coauditorum noſtro-

rum

Digitized by Google

rum conſilio & aſſenſu quibus de hujusmodi cauſe & cauſarum meritis relacionem plenariam fecimus & fidelem ac una cum eisdem inter nos maturis deliberacionibus prehabitis ad noſtram in hujusmodi cauſa in ſcriptis diffinitivam ſententiam ferendam duximus procedendum & proceſſimus eamque per ea que vidimus & cognovimus ac cognoſcimus & videmus preſentibus ferimus in hunc modum Chriſti nomine invocato: pro tribunali ſedentes & habentes pre oculis ſolum Deum de dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio & aſſenſu per hanc noſtram diffinitivam ſententiam quam ferimus in hijs ſcriptis pronunciamus decernimus & declaramus per bone memorie Dominum *Ricardum* electum Trawenſem olim coauditorem noſtrum in cauſa que tunc vertebatur coram eo & nunc vertitur coram nobis inter prefatum dominum *Johannem Gotſcalci* ex una parte & quendam *Heilmannum Weydebecher* in preſenti cauſa adverſarium de & ſupra dicta parrochiali ecclesia in *Udenheim* Magunt. dioceſ. & ejus occaſione ex altera, bene & legitime fuiſſe & eſſe proceſſum ſententiatum & diffinitum ejusque ſententiam confirmandam fore & confirmamus nec non pro parte dicti *Heilmanni* ab eodem Domino *Ricardo* tunc electo & auditore ejusque dicta ſententia male fuiſſe & eſſe appellatum Jpſumque *Heilmannum* in fructibus ex dicta parrochiali eccleſia a tempore dicte late ſententie citra perceptis nec non in expenſis, in hujusmodi cauſa coram nobis legitime factis, condempnandum fore & condempnamus Quarum expenſarum taxationem

nobis

nobis in poſterum reſervamus. lecta lata & in ſcriptis promulgata fuit hec preſens noſtra diffinitiva ſententia per nos *Johannem* auditorem prefatum *Rome* in palacio cauſarum apoſtolico in quo jura reddi ſolent nobis inibi mane hora cauſarum ad jura reddenda in loco noſtro ſolito pro tribunali ſedentes. Sub anno à nativitate Domini milleſimo treceteſimo nonageſimo Quarto Jndictione ſecunda die lune decima nona menſis januarii pontificatus ſanctiſſimi in Xſto patris & Domini noſtri. Domini *Bonifacij* divina providentia Pape *noni* Anno quinto preſentibus ibidem diſcretis viris magiſtris *Johanne Heldenuelt*, *Johanne Bone* & *Goſwinokot* clericis colon. Monaſterienſis & Trajectenſis dioceſ. notariis publicis ſcribiſque noſtris teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis ſubſequenter vero nos ad ſupradicti magiſtri *Johannis Kempen* procuratoris coram nobis comparentis judicialiter inſtantem peticionem magiſtrum *Tidericum* procuratorem ex adverſo predictum ad videndum & audiendum expenſas ſupradictas pro parte dicti Domini *Johannis Godſcalci* principalis in hujusmodi cauſa legitime factas, per nos taxari & moderari vel dicendum & cauſam ſi quam habebat rationabilem allegandum quare minime taxari debebant, per certum Domini noſtri Pape curſorem citari mandavimus peremptorie & fecimus ad diem & horam inferius annotatas, quas tunc ad idem prelibato Magiſtro *Johanni Kempen* procuratori petenti & parti ſue duximus prefigendas hiis itaque die & hora advenientibus & in eisdem coram nobis judicialiter comparens magiſter *Johannes Kempen* procurator

pre-

prediĉtus, & diĉti Magiſtri *Tiderici* procuratoris non comparentis, neque ſupradiĉtas expenſas per nos taxari & moderari videre curantis nec aliquam cauſam ſi quam habebat rationabilem allegantis quare minime taxari debebant, contumaciam accuſans ipſumque contumacem reputari & in ejus contumaciam hujusmodi termino ſatisfaciendo expenſas prediĉtas per nos taxari & moderari inſtanter poſtulavit, Nos igitur *Iohannes* auditor prefatus diĉtum magiſtrum *Tidericum* procuratorem non comparentem neque diĉtas expenſas per nos taxari videre curantem ſufficienter tamen expeĉtatum reputavimus merito pro ut erat quo ad aĉtum & terminum hujusmodi prediĉtos juſtitia exigente contumacem & in ejus contumaciam ſupra diĉtas expenſas ad triginta quatuor florenos de camera Domini noſtri pape boni auri & juſti ponderis per prefatum *heilmannum Weydebecher* principalem ipſi *Iohanni Godſcalci* principali prediĉto vel ejus adhoc legitimo procuratori, racione & occaſione expenſarum prediĉtarum ſolvendos realiter & tradendos provida moderacione prehabita in ſcriptis taxavimus & taxamus per preſentes recepto tamen per nos ab eodem magiſtro *Johanne Kempen* procuratore & per ipſum ad mandatum noſtrum & in noſtris manibus taĉtis ſacroſanĉtis ſcripturis ad ſanĉta Dei Ewangelia corporali preſtito juramento ſe & partem ſuam prediĉtam tantum & ultra expendiſſe ſeu neceſſario expendere habere in & pro lite & cauſa antediĉta In quorum omnium & ſingulorum fidem. & teſtimonium preſentes noſtrarum diffinitive ſententie & expenſarum taxationis litteras, ſeu preſens

ſens publicum Jnſtrumentum hujusmodi noſtras diffinitivam ſententiam & expenſarum taxacionem in ſe continentem ſeu continens exinde fieri & per *hermannum* notarium publicum in hujusmodi cauſa coram nobis ſcribam infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus appenſione communiri. Taxate fuerunt hujusmodi expenſe per nos *Iohannem Trevor* auditorem prefatum *Rome* in palacio cauſarum apoſtolico predicto nobis inibi mane hora cauſarum ad jura reddenda in loco noſtro ſolito pro tribunali ſedentibus ſub anno indictione & pontificatu quibus ſupra Die veneris triceſima menſis januarii ſupradicti Preſentibus ibidem ſupradictis magiſtris *Iohanne holdenvelt* & *Iohanne Bone* & *Goſwino Kot* Notariis clericis quibus ſupra teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis Et Ego *Hermannus Bons* clericus Paderburnenſis dioceſ. publicus apoſtolica auctoritate notarius ac coram venerabili & circumſpecto viro Domino *Johanne Trevor* auditore prefato in hujusmodi cauſa ſcriba predictis ſententie diffinitive prolacioni expenſarum taxationi omnibusque aliis & ſingulis premiſſis , dum ſic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eoque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi Jdeoque hoc preſens publicum inſtrumentum per alium me aliis occupato negociis fideliter ſcriptum exinde confeci publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis unacum dicti Domini *Johannis* Auditoris ſigilli appenſione ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

XLII.

Digitized by Google

XLII.

EXECVTORIA SVPER PRESCRIPTAS TRES SENTENTIAS DIFFINITIVAS DE ET SVPER ECCLESIA PARROCHIALI IN *UDENHEIM*.

B*onifacius* epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopi Tuden. & dilectis filiis prepoſito *ſancti Andree* wormacienſis ac Scolaſtico *ſancti Iohannis* Magunt. eccleſiarum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Peticio dilecti filii *Iohannis Godſcalci* rectoris parrochialis eccleſie in *Vdenheim* Magunt. dioceſ. nobis exhibita continebat, quod licet olim ipſe dictam eccleſiam tunc per obitum quendam *Petri Hufnagil* ipſius eccleſie rectoris vacantem, vigore quarundam literarum apoſtolicarum gracioſe ſibi conceſſarum prout ex ipſarum forma pateat infra tempus legitimum acceptaſſet & de illa ſibi proviſum fuiſſet canonice tamen *Heilmannus Weidebecher* qui ſe gerit pro clerico dicte dioceſ. falſo aſſerens prefatam eccleſiam ad ſe ſpectare, ac gracie acceptacioni & proviſioni hujusmodi contra iuſticiam ſe opponens impedivit, prout impedit ac fecit & facit quominus gracia acceptatio & proviſio predicte debitum ſortite fuerint & ſorciantur effectum ſeque in dicta eccleſia intruſit illamque occupavit ac detinuit, prout detinet indebite occupatam fructus percipiens ex eadem & alias eundem Johannem ſuper dicta eccleſia & ejus occaſione multipliciter moleſtavit ac eciam perturbavit propter que prefatus Johannes ad ſedem apoſtolicam

cam appellavit, Nosque cauſam appellacionis huiusmodi & negocii principalis venerabili fratri noſtro *Bertrando* Epiſcopo Eugubin. tunc cappellano noſtro, & cauſarum palacii apoſtolici auditori, ad inſtantiam dicti Johannis audiendam commiſimus & fine debito terminandam, qui ad inſtanciam magiſtri *Gerwici Mugwin* procuratoris dicti *Johannis* coram eo in Judicio comparentis contra prefatum *Heilmannum* ad nonnullos citacionis actus in audiencia publica ut eſt moris proceſſit & deinde per dictum *Gerwicum* ad probandum cauſam hujusmodi ad romanam curiam fore legitime devolutam nonnullis inſtrumentis publicis coram eodem Epiſcopo tunc auditore per in judicio productis prefatus Epiſcopus tunc auditor quia per producta hujusmodi ſibi conſtitit, cauſam huiusmodi fore ad eandem curiam legitime devolutam & apud eam tractari & finiri debere ad predicti *Gerwici* inſtantiam dictum *Heilmannum* ad dandum & recipiendum libellum in cauſa hujusmodi in dicta audientia citari fecit ad certum peremptorium terminum competentem Jn quo prefatus *Gerwicus* coram eodem Epiſcopo tunc auditore in judicio comparens predicti *Heilmanni* non comparentis contumaciam accuſavit & in eius contumaciam quendam pro parte ſua in huiusmodi cauſa dedit libellum Jdemque Epiſcopus tunc auditor dicto Gerwico & magiſtro *Theoderico Butting* ſubſtituto, per quendam *Hartmannum Gainbecher* procuratorem dicti Heilmanni prout ad hoc ipſe *Hartmannus* ab eodem *Heilmanno* ſufficiens mandatum habebat, & eidem Epiſcopo tunc auditori apud acta cauſa huiusmodi legit-

legittime conſtabat, coram eo in judicio conſtitutis ad preſtandum & per alteram partem preſtari videndum juramentum de calumpnia & de veritate dicenda, in cauſa hujusmodi aſſignavit certum peremptorium terminum competentem Jn quo dictus *Gerwicus* coram eodem Epiſcopo tunc auditore in judicio comparens predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit & in ejus contumaciam predictum in ipſius Epiſcopi tunc auditoris preſencia preſtitit juramentum dictusque Epiſcopus tunc auditor ad ejusdem *Gerwici* inſtanciam per dictum *Theodericum* ad dandum & per alteram partem dari videndum poſiciones & articulos ſi quos dare vellent in cauſa hujusmodi per quendam curſorem noſtrum citari fecit, ad certum peremptorium terminum competentem Jn quo Magiſter *Johannes Kempen* procurator dicti *Johannis* una cum predicto *Gerwico* in ſolidum conſtitutus Jta quod non eſſet melior condicio occupantis, coram eodem Epiſcopo tunc auditore in judicio comparens predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit, Et in ejus contumaciam nonnullos poſitiones & articulos pro parte ſua in hujusmodi cauſa dedit Jdemque Epiſcopus tunc auditor ad dicti *Johannis Kempen* inſtanciam predictum Heilmannum cum prefatus *Theodericus* ſe tunc a curia predicta abſentaſſet ad reſpondendum dictis poſicionibus & ad dicendum contra eosdem articulos quidquid vellet Nec non ad producendum & per alteram partem produci videndum, omnia jura & munimenta quibus partes ipſe in hujusmodi cauſa uti vellent in prefata audiencia ſucceſſive citari fecit, ad certos

 perem-

peremptorios terminos competentes in quibus predictus *Johannes Kempen* coram eodem Epiſcopo tunc auditore in judicio comparens prefati *Heilmanni* non comparentis contumaciam accuſavit & in ejus contumaciam nonnulla litteras apoſtolicas inſtrumenta publica aliaque jura & munimenta quibus pro parte ſua in hujusmodi cauſa uti voluit produxit in dicto termino ad hoc dato, prefatusque Epiſcopus tunc auditor ad ejusdem *Johannis Kempen* inſtanciam, predictum Hartmannum ad dicendum contra hujusmodi producta quidquid vellet per quendam curſorem noſtrum citari fecit, ad certum peremptorium terminum competentem Jn quo dictus *Johannes Kempen* coram eodem Epiſcopo tunc auditore in judicio comparens predicti *Hartmanni* non comparentis contumaciam accuſavit Jdemque Epiſcopus tunc auditor ad dicti *Johannis Kempen* inſtanciam, prefatum *Theodericum* ad concludendum & concludi videndum in cauſa hujusmodi vel dicendum cauſam racionabilem quare in ea concludi non deberet per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certum peremptorium terminum competentem Jn quo dicto *Johanne Kempen* coram Epiſcopo tunc Auditore in judicio comparente & predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſante & in ejus contumaciam in hujusmodi cauſam concludi petente, memoratus Epiſcopus tunc auditor reputans eundem *Theodericum* quo ad actum hujusmodi prout erat merito contumacem in eius contumaciam cum eodem *Iohanne Kempen* in huiusmodi cauſa concludente concluſit & habuit pro concluſo & ad ipſius *Iohannis Kempen* inſtantiam dictum *Theodericum*

dericum ad ſuam in cauſa huiusmodi diffinitivam ſententiam audiendam per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem Jn qua dicto *Iohanne* K*empen* coram eodem Epiſcopo tunc auditore in iudicio comparente & predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſante, & in eius contumaciam huiusmodi ſententiam ferri petente ſepedictus Epiſcopus tunc auditor reputans eundem *Theodericum* quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem in ipſius contumaciam viſis & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis actitatis habitis & productis in cauſa huiusmodi Jpſisque cum diligentia recenſitis & examinatis ac facta ſuper hiis omnibus coauditoribus ſuis dicti palacii relacione plenaria & fideli de ipſorum coauditorum conſilio & aſſenſu, per ſuam diffinitivam ſententiam pronuntiavit decrevit & declaravit prout hec omnia in dicto libello petita fuerant gratiam acceptationem & proviſionem predictas & omnia inde ſecuta fuiſſe & eſſe canonica ſuumque debitum debuiſſe & debere ſortiri effectum dictamque eccleſiam ad ipſum Johannem principalem ſpectaſſe & pertinuiſſe ac ſpectare & pertinere de iure, eamque ſibi adiudicandam fore & adiudicavit prefato *Heilmanno* nullum ius compeciiſſe ſeu competere in dicta eccleſia ipſumque *Heilmannum* ab occupacione & detencione ipſius eccleſie, amovendum fore & quantum potuit amovit prefatumque *Johannem* principalem in & ad corporalem poſſeſſionem ejusdem eccleſie inducendum fore & quantum potuit induxit oppoſitionesque moleſtaciones perturbaciones intruſiones

Digitized by Google

& impedimenta predicta fuiſſe & eſſe temeraria illicita iniqua & injuſta, & de facto preſumpta Jpſique *Heilmanno* ſuper oppoſicionibus moleſtacionibus perturbacionibus intruſione & impedimentis ac eccleſiam predictis perpetuum ſilentium imponendum fore & impoſuit Jpſumque *Heilmannum* in fructibus a tempore mote litis ex dicta eccleſia citra perceptis & in expenſis coram eo in hujusmodi cauſa legitime factis condempnandum fore & condempnari ipſarum expenſarum taxacione ſibi in poſterum reſervata a qua quidem ſententia prefatus *Theodericus* coram eodem Epiſcopo tunc auditore in judicio comparens ad ſedem appellavit predictam. Nosque cauſam appellationis hujusmodi ab eodem ſententia interjecte quondam *Richardo* Electo Trawen: tunc cappellano noſtro & cauſarum palacii predicti auditori audiendam commiſimus & fine debito terminandam Qui ad inſtantiam prefati *Johannis Kempen* coram eo in Judicio comparentis dictum *Theodericum* ad dandum & recipiendum libellum in cauſa hujusmodi per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem Interim vero cum prefatus electus tum auditor ſe a predicta curia abſentaſſet, nos cauſam hujusmodi dilecto filio Magiſtro *Brande de Caſtellione* cappellano noſtro & cauſarum dicti palacii auditori usque ad redditum ipſius electi tunc auditoris ad eandem curiam audiendam commiſimus & fine debito terminandam coram quo dictus *Johannes Kempen* in judicio comparens predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit & in ejus contumaciam quendam pro parte in hujusmodi cauſa libel-

libellum dedit Jdemque *Branda* auditor ad dicti *Johannis Kempen* inſtanciam prefatum *Theodericum* ad preſtandum & per alteram partem preſtari videndum juramentum de calumpnia & de veritate dicenda in cauſa hujusmodi per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem Jn quo dictus *Johannes Kempen* coram eodem electo tunc auditore tunc ad curiam ipſam reverſo in judicio comparens predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit & in ejus contumaciam predictum in ipſius electi tunc auditoris preſencia preſtitit juramentum Jdemque electus tunc auditor ad dicti *Johannis Kempen* inſtanciam prefatum *Theodericum* ad dandum & per alteram partem dari videndum poſiciones & articulos, ſi quos dare vellent in cauſa hujusmodi per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certum peremptorium terminum competentem in quo prefatus *Iohannes Kempen* coram eodem electo tunc auditore in judicio comparens predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit Et in ejus contumaciam quosdam poſiciones & articulos pro parte ſua in hujusmodi cauſa dedit prefatusque electus tunc auditor ad ejusdem *Iohannis Kempen* inſtantiam predictum Theodericum ad reſpondendum dictis poſicionibus & dicendum contra eosdem articulos quid quid vellet nec non ad producendum & per alteram partem produci videndum omnia jura & munimenta quibus partes ipſe in hujusmodi cauſa uti vellent per quosdam curſores noſtros ſucceſſive citari fecit ad certos peremptorios terminos competentes Jn quibus predictus *Iohannes Kempen*

Digitized by Google

coram eodem electo tunc auditore in judicio comparens, prefati *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit, & in eius contumaciam nonnulla litteras apoſtolicas Jnſtrumenta publica, aliaque jura & munimenta quibus pro parte ſua in hujusmodi cauſa uti voluit produxit in dicto termino ad hoc dato Jdemque electus tunc auditor ad predicti Kempen inſtantiam dictum *Theodericum* ad dicendum contra huiusmodi predicta quidquid vellet nec non ad concludendum & concludi videndum in cauſa huiusmodi vel dicendum cauſam rationabilem, quare in ea concludi non deberet, per quosdam curſores noſtros ſucceſſive citari fecit, ad certos peremptorios terminos competentes Jn quibus dicto *Iohanne* Kempen coram eodem electo tunc auditore in judicio comparente & dicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſante & in eius contumaciam in huiusmodi cauſa concludi petente Memoratus electus tunc auditor reputans eundem *Theodericum* quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem Jn eius contumaciam cum predicto *Iohanne* Kempen in huiusmodi cauſa concludente concluſit, & habuit pro concluſo in dicto termino ad hoc prefixa Et ad eiusdem *Iohannis* Kempen inſtantiam prefatum *Theodericum* ad ſuam in cauſa huiusmodi diffinitivam ſententiam audiendam, per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certam Diem peremptoriam competentem in qua dicto *Iohanne* Kempen coram eodem Electo auditore in iudicio comparente ac predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſante Et in eius contumaciam huiusmodi ſententiam ferri petente ſepedictus

electus

electus tunc auditor reputans eundem *Theodericum* quo ad actum huiusmodi prout erat merito contumacem Jn eius contumaciam viſis & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis actitatis habitis & productis in cauſa huiusmodi ipſisque cum diligencia recenſitis & examinatis, ac facta ſuper hiis omnibus coauditoribus ſuis dicti palacii relacione plenaria & fideli, de ipſorum coauditorum conſilio & aſſenſu per ſuam diffinitivam ſententiam pronunciavit decrevit & declaravit per prefatum Epiſcopum tunc auditorem in huiusmodi cauſa bene & legitime fuiſſe & eſſe proceſſum, ſententiatum & diffinitum, eiusque ſententiam confirmandam fore & confirmavit Nec non pro parte prefati *Heilmanni* ab eadem ſententia ipſius Epiſcopi tunc auditoris male fuiſſe & eſſe appellatum, ipſumque *Heilmannum* in fructibus per eum ex dicta eccleſia a tempore predicte late ſententie citra perceptis, & in expenſis coram eo in huiusmodi cauſa legittime factis condempnandum fore & condempnavit ipſarum expenſarum taxatione ſibi in poſterum reſervata cumque pro parte dicti *Heilmanni* ab eadem ſententia ipſius electi tunc auditoris fuiſſet ad ſedem appellatum predictam Nos cauſam ultime appellacionis hujusmodi dilecto filio magiſtro *Thome de Walckingten* cappellano noſtro & auditori cauſarum dicti palacii, audiendam commiſimus & fine debito terminandum Qui ad inſtanciam prefati *Johannis Kempen* coram eo in judicio comparentis, dictum *Theodericum* ad dandum & recipiendum libellum ac ad preſtandum & per alteram partem preſtari videndum juramentum de calumpnia & de ve-

 ritate

ritate dicenda nec non ad dandum & per eandem alteram partem dari videndum poſiciones & articulos ſi quos dare vellet in cauſa hujusmodi per quosdam curſores noſtros ſucceſſive citari fecit, ad certos peremptorios competentes Jn quibus dictus *Johannes Kempen* coram eodem *Thoma* auditore in judicio comparens, predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit, Et ejus contumaciam quendam dedit libellum & predictum, in ipſius *Thome* auditoris preſencia, preſtitit juramentum Nec non ejusdem peticiones & articulos pro parte ſua in hujusmodi cauſa dedit in dictis terminis ad hec ſtatutis Jdemque *Thomas* auditor, ad prefati *Johannis Kempen* inſtantiam predictum *Theodericum* ad reſpondendum dictis poſicionibus & dicendum contra eosdem articulos, quidquid vellet nec non ad producendum & per alteram partem produci videndum omnia jura & munimenta quibus partes ipſe in hujusmodi cauſa uti vellent per quosdam curſores noſtros ſucceſſive citari fecit, ad certos peremptorios terminos competentes Jn quibus dictus *Johannes Kempen* coram eodem *Thoma* auditore in judicio comparens predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit Et in ejus contumaciam nonnullas litteras apoſtolicas Jnſtantia publica aliaque jura & munimenta, quibus pro parte ſua in hujusmodi cauſa uti voluit produxerit in dicto termino ad hoc dicto Jdemque *Thomas* auditor ad prefati *Johannis Kempen* inſtanciam per dictum *Theodericum* ad dicendum contra hujusmodi producta quidquid vellet, per quendam curſorem noſtrum citari fecit, ad certum peremptorium terminum

Digitized by Google

minum competentem in quo dictus *Johannes Kempen* coram eodem *Thoma* auditore in judicio comparens predicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſavit Et deinde nos cauſam hujusmodi dilecto filio *Johanni* Electo Aſſanen- tunc Cappellano noſtro & cauſarum dicti palacii auditori, ex certis cauſis audiendam commiſimus & fine debito terminandam Qui ad dicti *Johannis Kempen* inſtanciam coram eo in judicio comparentis prefatum Theodericum ad concludendum & concludi videndum in cauſa hujusmodi vel dicendum cauſam rationabilem quare in ea concludi non deberet per quendam curſorem noſtrum citari fecit, ad certum peremptorium terminum competentem Jn quo dicto *Johanne Kempen* coram eodem *Johanne* electo tunc auditore in judicio comparente & dicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſante, & in ejus contumaciam in hujusmodi cauſa concludi petente prefatus *Johannes* tunc auditor reputans eundem *Theodericum* quo ad actum hujusmodi prout erat merito contumacem in ejus contumaciam cum eodem *Johanne Kempen* in hujusmodi cauſa concludente concluſit & habuit pro concluſo Et ad ipſius *Johannis Kempen* inſtanciam dictum *Theódericum* ad ſuam in cauſa hujusmodi diffinitivam ſententiam audiendam per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem Jn qua dicto *Johanne Kempen* coram eodem *Johanne* electo tunc auditore in judicio comparente & dicti *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſante & in ejus contumaciam ſententiam hujusmodi ferri petente ſepedictus Johannes electus tunc auditor

 reputans

reputans eundem *Theodericum* quo ad actum hujusmodi prout erat merito contumacem Jn ipſius contumaciam viſis & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis actitatis habitis & productis in cauſa hujusmodi ipſisque cum diligencia recenſitis & examinatis ac facta ſuper hiis omnibus coauditoribus ſuis dicti palacii relatione plenaria & fideli de ipſorum coauditorum conſilio & aſſenſu per ſuam diffinitivam ſententiam pronunciavit decrevit & declaravit, per prefatum *Richardum* electum tunc auditorem in hujusmodi cauſa bene & legittime fuiſſe & eſſe proceſſum ſententiatum & diffinitum ejusque ſententiam confirmandam fore & confirmavit ac pro parte dicti Heilmanni ab eodem *Richardo* electo tunc auditore ejusque ſententia, male fuiſſe & eſſe appellatum Jpſumque *Heilmannum* in fructibus ex dicta eccleſia a tempore dicte late ſententie citra perceptis & in expenſis in huiusmodi cauſa coram eo legitime factis condempnandum fore & condemnavit ipſarum expenſarum taxatione ſibi inpoſterum reſervata, Et ſubſequenter Epiſcopus tunc coram ſe in Quadraginta ac *Branda* cui ex certis cauſis commiſſimus ut huiusmodi expenſas coram eodem *Richardo* Electo tunc auditore fructus taxaret & inſtrumentum publicum ſuper dicta ſententia ipſius *Richardi* electi tunc auditoris confectum ſigillaret coram eodem *Richardo* electo tunc auditore in viginti quinque nec non Johannes electus tunc auditores prefati coram eo factas expenſas huiusmodi in triginta quatuor florenos auri de camera boni & iuſti ponderis in contumaciam prefati *Theoderici* de mandatis Epiſcopi tunc & *Brande*

de nec non Johannis electi tunc auditoris prefatorum ad inſtantiam dicti *johannis* Kempen ad videndum taxari expenſas huiusmodi per quosdam curſores noſtros ad certos peremptorios terminos competentes ſucceſſive citari & non curantis comparere, dicto *Iohanne* Kempen in eisdem terminis coram epiſcopo tunc & *Branda* nec non *Iohanne* electo tunc auditoribus predictis in iudicio comparente & prefati *Theoderici* non comparentis contumaciam accuſante, & in eius contumaciam expenſas huiusmodi taxari petente ſucceſſive, providis moderacionibus taxaverunt predicti *Iohannis* Kempen ſuper expenſis ipſis juramentum ſecutis, prout in dicto & aliis inſtrumentis publicis inde confectis, eorundem Epiſcopi tunc & *Brande* nec non electi tunc auditorum ſigillis munitis dicitur plenius contineri Nos itaque predicti *Johannis* principalis ſupplicationibus inclinati que ſuper hiis ab eisdem Epiſcopo & *Richardo* ac Johanne electis tunc & Branda auditoribus provide facta ſunt, rata habentes & grata, dictasque ſententias auctoritate apoſtolica confirmantes, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios premiſſa executioni debite demandantes, prefatum *Johannem* principalem vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem eccleſie juriumque & pertinenciarum predictarum amoto exinde dicto *Heilmanno* inducatis auctoritate noſtra & defendatis inductum, facientes ſibi de ipſius eccleſie fructibus redditibus proventibus juribus & obvencionibus univerſis integre reſponderi & de predictis per-

perceptis fructibus & florenorum ſummis pro dictis expenſis juxta prefatorum inſtrumentorum eorundem condempnacionum & taxacionum tenores, plenam & debitam ſatisfactionem impendi contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, Datum *Rome* apud ſanctum Petrum xiiij Kal. Aprilis pontificatus noſtri anno ſexto.

XLIII.

PROCESSVS SVPER EXECVTORIA DE ET SVPER ECCLESIA PARROCHIALI IN *UDENHEIM.*

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino Domino Dei gratia Archiepiſcopo Magunt. ac venerabilibus & religioſis viris Dominis Abbati & Conventui Monaſterii *Sti Albani* ordinis *Sancti Benedicti* extra muros Magunt. ac *Heilmanno Weydebecher* qui ſe gerit pro presbitero Magunt. dioceſ. Necnon illi vel illis ad quem vel ad quos eccleſie parrochialis in *Udenheim* dicte Magunt. dioceſ. collacio preſentacio ſeu quevis alia diſpoſicio pertinet ac univerſis & ſingulis parrochianis ipſius Eccleſie ac incolis & habitatoribus ipſius ville in *Udenheim* nec non reddituariis penſionariis decimatoribus agricultoribus & laboratoribus terrarum poſſeſſionum & bonorum dicte eccleſie, cujuscunque condicionis exiſtant ac ceteris omnibus & ſingulis quorum intereſt vel intererit & quos infraſcriptum tangit negocium,

gocium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum communiter vel diviſim quocumque ſeu quibuscumque nominibus cenſeantur *Turibius* Dei gratia Epiſcopus Tudenſis executor ad infraſcripta una cum infraſcriptis collegis noſtris, cum illa clauſula quatenus vos vel duo aut unus veſtrum &c. a ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymo verius apoſtolicis firmiter obedire. Noveritis nos litteras executoriales ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* divina providentia pape *noni* ejus vera bulla plumbea cordula canapis more Romane curie impendente bullatas ſanas & integras non vitiatas non cancellatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carentes una cum tribus Inſtrumentis trium ſententiarum diffinitivarum ac condempnacionum & taxacionum expenſarum de quibus in eisdem litteris apoſtolicis fit mencio, nobis per diſcretum virum Dominum *Johannem Godeſchalci* de *Steinnando* clericum dicte dieceſ. Coram notario & teſtibus infraſcriptis preſentatas nos cum ea qua decuit reverencia recepiſſe Quorum quidem litterarum apoſtolicarum & Inſtrumentorum principia & fines inferius deſcribuntur & primo tenor dictarum litterarum executoriarum ſic incipit *Bonifacius* epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Epiſcopo Tudenſi & dilectis filiis prepoſito *ſancti Andree* wormacienſis ac ſcolaſtico *ſancti Johannis* Magunt. eccleſiarum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Peticio dilecti filii *Johannis Gotſchalci* rectoris parrochialis eccleſie in *Udenheim*

heim Magunt. dioceſ. nobis exhibita continebat quod licet olim ipſe dictam eccleſiam tunc per obitum quondam *Petri* dicti *Huſnagil* ipſius eccleſie rectoris vacantem vigore quarundam litterarum apoſtolicarum gracioſe ſibi conceſſarum prout ex ipſarum forma poterat infra tempus legitimum acceptaſſet & de illa ſibi proviſum fuiſſet canonice tamen *Heilmannus* Weidebecher qui ſe gerit pro clerico dicte dioceſ. falſo aſſerens prefatam eccleſiam ad ſe ſpectare ac gracie acceptacioni & proviſioni hujusmodi contra Juſtitiam ſe opponens impedivit pro ut impedit ac fecit & facit quo minus gratia acceptatio & proviſio predicte debitum ſortite fuerint & ſorciantur effectum &c. Et ſic finit nos itaque predicti *Iohannis* principalis ſupplicationibus inclinati que ſuper hiis, ab eisdem Epiſcopo & *Richardo* ac *Iohanne* electis tunc & Branda auditoribus provide facta ſunt, rata habentes & grata dictasque ſententias auctoritate apoſtolica confirmantes, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios premiſſa executioni debite demandantes prefatum *Iohannem* principalem vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem Eccleſie juriumque & pertinenciarum predictarum amoto exinde dicto *Heilmanno* inducatis auctoritate noſtra & defendatis inductum facientes ſibi de ipſius Eccleſie fructibus redditibus proventibus juribus & obvencionibus univerſis integre reſponderi Et de predictis perceptis fructibus & florenorum ſummis pro dictis expenſis juxta prefatorum Inſtrumentorum eorundem condempnacionum

num & taxacionum tenores plenam & debitam ſatisfactionem impendi contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellacione poſtpoſita compeſcendo Datum *Rome* apud *ſanctum Petrum* xiiij Kal. April. pontificatus noſtri anno ſexto. Tenor vero primi inſtrumenti ſic incipit Jn nomine Domini amen. Pridem ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Bonifacius* divina providencia Papa *nonus*, omnes & ſingulos cauſam & cauſas appellacionis & negocii principalis quam & quas honorabilis vir *Iohannes Godeſchalci* rector parrochialis eccleſie in *Udenheim* Magunt. dioceſ. monebat ſeu monere intendebat contra & adverſus religioſos viros Dominos Abbatem & conventum Monaſterii *Sancti Albani* extra muros Magunt. & *Heilmannum Weidebecher* pro clerico dicte dioceſ. ſe gerentem omnesque alios & ſingulos quorum intererat, ſeu qui ſua putaverant intereſſe conjunctim & diviſim de & ſuper dicta parrochiali eccleſia & ejus occaſione nobis *Bertrando* Epiſcopo Eugubino ſacri palacii cauſarum apoſtolici auditori commiſit audiendam decidendam & fine debito terminandam cum omnibus & ſingulis emergentibus incidentibus dependentibus & connexis cujus quidem commiſſionis vigore &c. Et ſic finit ante ſubſcriptionem notarii ſub anno a nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo Quarto Jndictione ſecunda, die vero Mercurii prima Menſis Aprilis pontificatus prefati Domini noſtri Domini *Bonifacii* Anno quinto preſentibus ibidem diſcretis & circumſpectis viris magiſtro *Theoderico de monte* Notario publico ſcribaque noſtro & *Michahele de*

Weyden

Weyden clericis teſtibus ſupradictis ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis ſubſcriptio vero Notarii ſic incipit, Et ego *Martinus Mutski* de *Eyke* clericus Leodienſis dioceſ. publicus apoſtolica & imperiali auctoritatibus &c. Et ſic finit rogatus & requiſitus, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum. Tenor vero ſecundi Jnſtrumenti ſic incipit. Jn Nomine Domini amen pridem ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Bonifacius* papa *nonus* cauſam cujusdam appellationis pro parte *Heylmanni* weydebecher pro clerico Mogunt. dioceſ. ſe gerente interpoſite a quadam diffinitiva ſententia pro honorabili viro Domino *Iohanne Steinnaw* rectore parrochialis eccleſie in *Udenheim* dicte magunt. dioceſ. contra dominum *Heilmannum* per Reverendum in Chriſto patrem Dominum *Bertrandum* Epiſcopum Eugubinum ſacrique palacii apoſtolici cauſarum auditorem lata in cauſa que coram eo vertebatur inter partes predictas de & ſuper prenominata eccleſia parrochiali in *Udenheim* & ipſius occaſione, quondam Domino *Ricardo* electo Trawen: tunc dicti palacii cauſarum auditore audiendum commiſit & fine debito terminandum cum ſingulis ſuis emergentibus incidentibus dependentibus & connexis cujus quidem commiſſionis vigore &c. & ſic finit ſub anno a nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto Jndictione ſecunda, die lune, decima ſexta menſis Martii Pontificatus prefati domini noſtri Domini *Bonifacii* pape *noni* anno quinto preſentibus ibidem diſcretis viris Magiſtris *Iohanne de Nava* & *Hermanno Prume* notariis publicis

cis ſcribisque noſtris clericis Mediolanenſis & Leodienſis dioceſ. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis ſubſcriptio vero notarii ſic incipit Et ego *Tilmannus Xſtiani* de *Endenich* clericus colonieſ. dioceſ. publicus apoſtolica & imperiali auctoritatibus, ac venerabiles & circumſpecti viri Domini *Brande* Auditoris &c. & finitur ſic rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum Tenor vero tercii Jnſtrumenti ſic incipit. Jn Nomine domini amen Pridem ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus *Bonifacius* divina providentia papa *nonus* cauſam & cauſas appellacionis & appellacionum pro parte cujusdam *heylmanni weidebecher* presbiteri Magunt. dioceſ. a quadam diffinitiva ſententia per quendam Reverendum patrem Dominum *Ricardum* electum Trauen: decretorum doctorem, tunc ſacri palacii apoſtolici cauſarum auditorem, in cauſa & cauſis que coram eo vertebantur ſeu verti & eſſe ſperabantur inter dictum *heilmannum weidebecher* ex una parte & diſcretum virum magiſtrum *Johannem Gotſchalci* de & ſuper parrochiali eccleſia in *Udenheim* dicte dioceſ. & ejus occaſione parte ex altera, lata & interpoſite ſeu interpoſitarum ac negocii principalis venerabili & circumſpecto viro domino *Thome de Walkingdon* decretorum Doctori cappellano ſuo & dicti ſacri palacii apoſtolici cauſarum auditori commiſit audiendam & fine debito terminandam cum ſingulis ejus emergentibus incidentibus dependentibus & connexis cujusquidem commiſſionis vigore &c. Et ante ſubſcriptionem notarii ſic finit ſub anno Jndictione & pontificatu

Digitized by Google

quibus ſupra die veneris triceſima menſis januarii ſupradicti preſentibus ibidem ſupradictis magiſtris *Johanne Holdenuelt Johanne Bone* & *Goſwino Ket* notariis clericis quibus ſupra. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis ſubſcriptio vero notarii ſic incipit Et ego *hermannus Baus* clericus padeburnſ. dioceſ. publicus apoſtolica auctoritate notarius, ac coram Venerabili & circumſpecto viro Domino *Johanne Treuor* auditore &c. Et ſic finit ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum & Juſtrumentorum preſentacionem & receptionem fuimus per dictum dominum *Johannem Gotſcalci*, cum debita inſtantia requiſiti ut ad executionem hujusmodi mandati apoſtolici nobis in hac parte directi juxta tenorem & formam in ipſis litteris apoſtolicis contentam procedere dignaremur Nos igitur *Turibius* Epiſcopus & executor prefatus volentes ut obediencie filius hujusmodi mandatum apoſtolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, auctoritate apoſtolica qua fungimur in hac parte Vobis reverendo patri Domino Archiepiſcopo Magunt. ac Venerabilibus & religioſis viris Dominis viris Dominis abbati & conventui Monaſterii *ſancti Albani* ordinis *ſancti Benedicti* extra muros Magunt. ſupradictis ac tibi *Heylmanno Weydebecher* nec non omnibus aliis & ſingulis ſupranominatis prefatas litteras apoſtolicas & inſtrumenta ſententiarum condempnacionem & taxationem expenſarum, ac univerſa & ſingula in eis contenta intimamus inſinuamus & notificamus & ad veſtrum &

tui

tui heylmanni & cujuslibet veſtrum noticiam, deducimus & deduci volumus per preſentes Nosque univerſos & ſingulos ſupradictos requirimus & monemus communiter & diviſim primo ſecundo tertio & peremptorio, vobisque nihilominus & cuilibet veſtrum in virtute ſancte obediencie & ſub infraſcriptis penis, diſtricte precipiendo mandamus quatenus prefatum Dominum *Johannem* vel procuratorem ſuum ejus nomine, infra ſex dies poſt preſentacionem ſeu notificationem preſentis noſtri proceſſus quorum dierum duos pro primo duos pro ſecundo & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino & monicione canonica prefigimus & aſſignamus, in realem & corporalem poſſeſſionem dicti parrochialis eccleſie in *Udenheim* ac jurium & pertinenciarum ipſius inducatis quantum in vobis fuerit & eſt, ac defendatis inductum facientes ipſum ipſius parochialis Eccleſie in *Udenheim* cum juribus & pertinentiis ſuis univerſis pacifica poſſeſſione gaudere ſibique vel procuratori ſuo ejus nomine, de ipſius eccleſie fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integre reſpondeatis & faciatis ab aliis prout ad vos & ſingulos veſtrum pertinet communiter vel diviſim integre reſponderi Nec non ipſum Dominum *Johannem* ſuper dicta parrochiali eccleſia ejusque juribus & pertinentiis univerſis nullatenus moleſtetis, nec permittatis quantum in vobis ſeu in aliquo veſtrum fuerit & eſt, ullatenus ab aliquo ſeu aliquibus moleſtari vel eciam quomodolibet impediri, quominus poſſeſſionem dicte parrochialis eccleſie in *Udenheim* juriumque & pertinenciarum

ipſius pacificam & quietam apprehendere, aſſequi & habere & tenere valeat atque poſſit & ipſius poſſeſſione pacifica uti & gaudere Nos vero prefatum Dominum *Johannem Gotſchalci* vel procuratorem ſuum ejus nomine auctoritate apoſtolica qua fungimus in hac parte in poſſeſſionem dicte parrochialis ecclesie in *Udenheim* ac jurium & pertinenciarum ejusdem, per annuli noſtri tradicionem ponimus & in quantum poſſumus inducimus Amoto ab inde te *Heylmanno* predicto & quolibet alio illicito detentore penitus ab eadem quem & nos & quoscumque alios quantum in nobis eſt & poſſumus amovemus & tenore preſencium denunciamus amotum ſeu amotos Jnſuper modo & forma premiſſis, monemus primo ſecundo tercio & peremptorio te *Heylmannum Weydebecher* predictum ac omnes alios & ſingulos hujusmodi parrochialis eccleſie in *Udenheim* ac jurium & pertinenciarum ejusdem detentores & occupatores ut infra ſex dierum ſpacium poſt preſentationem ſeu notificationem preſentis noſtri proceſſus immediate ſequentium, tibi *Heylmanno* & ipſis predictis factam Quorum ſex dierum duos pro primo duos pro ſecundo, & reliquos duos dies, tibi & ipſis univerſis & ſingulis predictis pro tercio & peremptorio termino, ac monicione canonica prefigimus & aſſignamus, prefatam parrochialem eccleſiam in *Udenheim* dicto Domino *Johanni Gotſchalci* per dictos dominos *Bertrandum* Epiſcopum *Eugubinum* ricardum electum Trauenſem & *Johannem Trevor* Epiſcopum Aſſanen: ſacri palacii cauſarum auditores ſibi adjudicatam vacuam

cuam & expeditam libere & pacifice dimittatis Jpſumque vel procuratorem ſuum ejus nomine permittatis ipſius eccleſie parrochialis cum juribus & pertinenciis univerſis, pacifica poſſeſſione gaudere ac eidem Domino *Johanni* vel procuratori ſuo ejus nomine ut vero rectori parrochialis eccleſie in *Udenheim* ſupradicte in omnibus licitis & honeſtis pareatis & intendatis, ac reverenciam & obedienciam debitas & conſuetas prout ad vos & quemlibet veſtrum communiter vel diviſim ſpectat & pertinet exhibeatis preſtetis & faciatis ac exhiberi & preſtari faciatis.

Monemus eciam modo & forma premiſſis te *Heylmannum Weydebecher* predictum, ut infra ſexaginta dierum ſpacium poſt monicionem ſeu notificationem preſentium tibi factam, quorum duorum menſium viginti dies pro primo viginti pro ſecundo & reliquos viginti dies, pro tercio & peremptorio termino ac omni dilacione poſtpoſita aſſignamus prefato Domino *Johanni* principali vel ipſius procuratori pro eo, de fructibus a tempore mote litis hujusmodi, per te *heylmannum weydebecher* predictum de dicta parrochiali eccleſia & ejus juribus & pertinentiis perceptis Et de nonaginta novem florenis auri de camera boni & juſti ponderis pro expenſis juxta dictorum Dominorum Jnſtrumenta ſententiarum condempnacionum & taxationum de quibus premittitur nec non de quatuordecim florenis auri de camera ejusdem, ponderis & bonitatis racione taxationis expenſarum predictarum litterarum executoriarum ac preſentis noſtri proceſſus quasſeciam ad tantam ſummam prima mo-

 dera-

deracione taxavimus & preſentibus taxamus, eidem Domino *Johanni Gotſchalci* vel ipſius procuratori pro eo debitam & plenam ſatisfactionem impendatis Quod ſi forſan premiſſa omnia & ſingula vel aliquod premiſſorum vos omnes & ſinguli ſupra ſcripti & tu *Heylmanne* predicte quibus preſens noſter proceſſus dirigitur, communiter vel diviſim non feceritis ſeu feceris vel contempſeritis vel contempſeris, aut neglexeritis ſeu neglexeris contumaciter adimplere vel impedimentum preſtiteritis ſeu preſtiteris per vos vel alium ſeu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte ſeu tu *Heylmanne Weydebecher* predicte prefato domino *Johanni* vel ejus procuratori pro eo, de predictis fructibus & expenſis non ſatis feceris realiter cum effectu ac prefatam Eccleſiam parrochialem in *Udenheim* non dimiſeritis ſeu dimiſeris ut eſt dictum infra terminum ſupradictum Jn vos omnes & ſingulos ſupradictos, & in te *Heylmannum* predictum ac in contradictores quoslibet & rebelles predicta canonica monicione premiſſa, qui dicto Domino *Johanni* ſeu ejus procuratori ſuper premiſſis vel aliquo premiſſorum ſe oppoſuerint vel impedimentum preſtiterint per ſe vel alium ſeu alios ſeu impedientibus ipſum Dominum *Johannem* ſuper premiſſis dederint auxilium conſilium vel favorem quominus predicta omnia & ſingula ſuum debitum ſorciantur effectum, vel qui plene in hac parte, noſtris ymmo verius apoſtolicis non paruerint effectu mandatis. Cujuscumque ſtatus gradus ordinis autoritatis condicionis vel preeminencie fuerint vel exiſtunt, in hiis ſcriptis ſingulariter in ſingulos excommunicationis

in

Digitized by Google

in conventus ſuſpenſionis & in ipſam eccleſiam in *Udenheim* & alias eccleſias & Monaſteria veſtra prefatas interdicti ſententias canonica monicione premiſſa dicta auctoritate apoſtolica in hiis ſcriptis ferimus & etiam promulgamus vobis verò Domino Archiepiſcopo Magunt. cui ob reverenciam veſtre pontificalis dignitatis deferre volumus in hac parte ſi contra premiſſa vel aliquod premiſſorum per vos vel alium ſeu alios feceritis publice vel occulte aut preſentibus monitionibus & mandatis noſtris ymmo verius apoſtolicis infra dicte monicionis terminum non parueritis realiter & cum effectu, predicta canonica monitione premiſſa, ingreſſum Eccleſie interdicimus in hiis ſcriptis ſi vero predictum Jnterdictum per alios ſex dies, prefatos ſex immediate ſequentes ſuſtinueritis vos dominum Archi-Epiſcopum in eisdem ſcriptis canonica monicione premiſſa, ſuſpendimus a divinis Verum ſi prefatas interdicti & ſuſpenſionis ſentencias per alios ſex dies prefatos duodecim immediate ſequentes ſuſtinueritis quod abſit, animo indurato, vos ex nunc prout ex tunc, in hiis ſcriptis dicta excommunicationis ſententia innodamus Et alias contra vos, & te *Heylmannum Weydebecher* & quemlibet veſtrum ſi expedierit nihilominus gravius procedemus prout juſticia ſuadebit & nobis videbitur expedire Ceterum cum ad executionem hujusmodi mandati ulterius exequendam non poſſumus quo ad preſens perſonaliter intereſſe, aliis arduis negociis in Romana curia prepediti Venerabilibus & religioſis viris & Dominis Abbatibus Prioribus prepoſitis Decanis Archidyaconis Scolaſticis Cantoribus Theſaurariis

 cano-

Canonicis tam Cathedralium quam Collegiatarum ac parrochialium Eccleſiarum Rectoribus Vicariis perpetuis Cappellanis curatis & non curatis presbiteris Clericis & tabellionibus publicis per provinciam civitatis & dioceſ. Mogunt. & alias ubilibet conſtitutis quibus & eorum cuilibet in ſolidum ſuper executione hujusmodi mandati apoſtolici atque noſtri, tenore preſencium committimus vices noſtras donec eas ad nos duxerimus revocandas quos & eorum quemlibet etiam requirimus &c. & monemus communiter & diviſim primo ſecundo & tertio ſub excommunicationis pena quam dicta canonica monicione premiſſa ex nunc prout ex tunc, in vos & veſtrum quemlibet ferimus in hiis ſcriptis quam ipſos & eorum quemlibet incurrere volumus ipſo facto ſi mandata noſtra hujusmodi ymo verius apoſtolica neglexerint ſeu neglexerit ut prefertur contumaciter adimplere, & in virtute ſancte obediencie diſtricte precipimus & mandamus ut ipſi vel alter eorum qui ſuper hec per predictum dominum *Johannem* ſeu pro parte ſua requiſiti fuerint, ſeu fuerit requiſitus ad vos Dominum Archiepiſcopum Magunt. & omnes & ſingulos ſupra nominatos, & ad te *Heylmannum Weidebecher* & ad eccleſiam in *Udenheim* predictam & quaſcumque alias Eccleſias tum cathedrales quam collegiatas & parrochiales & ad alia loca & Monaſteria provincie civitatis & dioceſ. Magunt. infra ſex dierum ſpatium poſt requiſitionem hujusmodi immediate ſequencium, quorum duos pro primo duos pro ſecundo & reliquos duos dies pro tercio & peremptorio termino ac monicione canonica premiſſa, eis &

eorum

eorum cuilibet aſſignamus perſonaliter accedant ſeu accedat & ſupradictas literas apoſtolicas & inſtrumenta ſententiarum condempnationum & taxationum expenſarum & hunc noſtrum proceſſum vobis communiter & diviſim ac omnibus & ſingulis ſupradictis & tibi *Heylmanno Weidebecher* & aliis quorum intereſt ſeu intereſſe poterit in futurum in dicta eccleſia in Udenheim & aliis eccleſiis & locis ſupra nominatis, ubi quando & quociens expedierit denuncient legant intiment inſinuent ac legat denunciet intimet inſinuet & publice legi inſinuari & denunciari procurent ſeu procuret & dictum dominum *Johannem* vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem dicte parrochialis eccleſie in *Udenheim* ac Jurium & pertinentiarum ejusdem inducant ſeu inducat Jnductum defendant ſeu defendat, amoto te dicto *Heylmanno* & quolibet alio detentore penitus ab eadem ac dictum Dominum *Johannem* vel procuratorem ſuum pro eo, ad dictam parrochialem eccleſiam in *Udenheim* ut eſt moris admitti ſibique de ipſius parrochialis eccleſie fructibus redditibus proventibus juribus & obvencionibus univerſis faciant & faciat integre reſponderi nec non de predictis perceptis fructibus, a tempore mote litis, & nonaginta novem florenis auri de camera pro expenſis Jn quibus per predictos dominos auditores extitit ſententialiter condempnatus & de quatuordecim florenis auri de camera racione taxacionis expenſarum litterarum executoriarum & preſentis noſtri proceſſus per nos ut premittitur facte juxta predictorum Jnſtrumentorum ſententiarum & condempnacionum taxatio-

num expenſarum tenorem, plenam & debitam ſatisfactionem impendi, prout ſuperius eſt expreſſum Et alias in omnibus & ſingulis premiſſis ad executionem hujusmodi procedant ſeu procedat, libere vice noſtra mandatum noſtrum ymmo verius apoſtolicum ſuper hiis & aliis exequendo juxta traditam ſeu directam a ſede apoſtolica nobis formam Jta tamen quod ipſi ſubdelegati noſtri quibus negotium hujusmodi committimus & quicumque alius nihil in dicti Domini *Johannis Gotſcalci* & juris ſui prejudicium innovare valeat vel immutare & preſenti noſtro proceſſui per nos facto & ſententiis per nos ut prefertur latis in aliquo denegare, Volumus autem quid per unum eorum inceptum fuerit per alium ſeu alios terminari poſſit & finiri Jn ceteris vero que dicto domino *Johanni* & procuratori ſuo nocere poſſent eisdem ſubdelegatis noſtris & cuilibet eorum poteſtatem omnimodam denegamus Et ſi contingat nos ſuper premiſſis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem reſervamus non intendimus propterea Commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa, ſpecialem & expreſſam in noſtris litteris fecerimus mentionem Prefatas quoque literas apoſtolicas & inſtrumenta ſententiarum condempnacionum & taxacionum expenſarum & hunc noſtrum proceſſum & omnia alia & ſingula inſtrumenta hujusmodi negotium tangentia penes dictum dominum Johannem vel procuratorem ſuum ejus nomine volumus remanere, & non per vos vel aliquem veſtrum ſeu quemvis alium contra ipſius Domini *Johannis* vel procuratoris ſui voluntatem quo-

modo-

modolibet detineri contrarium vero facientem prefatis noſtris ſententiis per nos latis ipſo facto canonica monicione premiſſa volumus ſubjacere Mandamus tamen eidem domino *johanni* vel procuratori ſuo vobis ſi pecierit copiam faciant de premiſſis veſtris petentium tamen ſumptibus & expenſis per proceſſum autem noſtrum hujusmodi nolumus nec intendimus noſtris in aliquo prejudicare collegis quominus ipſi vel eorum alter, ſervato tamen hoc noſtro proceſſu poſſit in hujusmodi negocio per ſe vel alium ſeu alios procedere prout eis vel eorum alteri videbitur expedire abſolucionem vero omnium & ſingulorum qui prefatas noſtras videlicet excommunicationis ſententias incurrerint quoquomodo nobis vel ſuperiori noſto tantummodo reſervamus ſalvo quod predicti College & ſubdelegati noſtri & eorum quilibet interdicti & ſuſpenſionis ſententias per nos latas ut prefertur de conſenſu & voluntate expreſſis prefati Domini Johannis vel procuratoris ſui ad id legittime conſtituti poſſint, quociens expediens fuerit auctoritate predicta libere tollere ſuſpendere & relaxare Jn quorum omnium & ſingulorum premiſſorum evidens teſtimonium preſentes litteras ſeu preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum in ſe continens per *folpertum Sckickenrat* notarium publicum infraſcriptum, ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli fecimus appenſione muniri Datum & actum *Rome* Jn domo habitacionis noſtre ſita in regione *Pantis* ſub anno à nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto Jndictione tertia pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini

mini noſtri Domini *Bonifacii* divina providencia pape *noni* Anno ſexto die tertia menſis Aprilis hora meridiei vel quaſi preſentibus venerabilibus & diſcretis viris Dominis *Heinrico Wanghelm* Archidiacono Stalpen in eccleſia Caminenſi *Bertoldo Brandenburg* vicario perpetuo in eccleſia parrochiali *Sancti Heymerani* Magunt. & *Hermanno Düren* clerico colonienſ. dioceſ. teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & rogatis Et ego *Jolpertus Sckickenrat* clericus Magunt. dioceſ. publicus Jmperiali auctoritate notarius quia litterarum apoſtolicarum & inſtrumentorum predictarum & predictorum preſentacioni receptioni requiſitioni monicionibus inveſtiture Jnductioni ſententiarum fulminationibus ſubdelegacioni & mandatis ceteriſque omnibus & ſingulis premiſſis dum ſic coram prefato Domino executore agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi Jdeo hoc preſens publicum inſtrumentum preſentem proceſſum in ſe continens me aliis occupato negociis per alium fidelem ſcribi feci hic me manu propria ſubſcripſi Jpſumque de mandato dicti domini Epiſcopi & executoris prefati publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum prefati Domini executoris ſigilli appenſione ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium premiſſorum.

XLIV.

XLIV.

LITTERA VIDIMUS, SUPER EXECUTORIA PRO PARTE MAGISTRI *JOHANNIS* SUPRADICTI DE ET SUPRA ECCLESIA PARROCHIALI IN *UDENHEIM*.

Conradus Dei gratia ſancte Maguntin. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus per preſentes literas ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* divina providentia Pape *noni* ejus vera bulla plumbea in cordula canapis pendente more Romane curie bullatas non raſas non cancellatas non vitiatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſanas & integras omni quoquo prorſus vicio & ſuſpicione carentes nos cum ea qua decuit reverencia recepiſſe vidiſſe legiſſe, ac earundem principium & finem tranſcribi feciſſe, que ſic incipiunt: *Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Epiſcopo Tuden: & dilectis filiis prepoſito *Sti Andree* wormatienſis ac ſcolaſtico *ſancti johannis* Mag. eccleſiarum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Peticio dilecti filii *Johannis Gotſchalci* rectoris parrochialis eccleſie in *Udenheim* Magunt. dioceſ. nobis exhibita continebat quod licet olim ipſe dictam eccleſiam tunc per obitum quondam *Petri* dicti *Huffnagel*, ipſius eccleſie rectoris vacantem, vigore quarundam litterarum apoſtolicarum gratioſe ſibi conceſſarum prout ex ipſarum forma poterat infra tempus legittimum acceptaſſet, & de

de illa ſibi proviſum fuiſſet, canonice tamen *Heilemannus Weydebecher* qui ſe gerit pro clerico dicte dioceſ. falſo aſſerens prefatam eccleſiam ad ſe ſpectare ac gratie acceptationi & proviſioni hujusmodi contra Juſticiam ſe opponens impedivit prout impedit ac fecit & facit, quominus gratia & acceptatio & proviſio predicte, debitum ſortite fuerint & ſorciantur effectum ſeque in dictam eccleſiam intruſit Jllamque occupavit & detinuit prout detinet indebite occupatam fructus percipiens ex eadem & alias eundem Johannem ſuper dicta eccleſia & ejus occaſione multipliciter moleſtavit & eciam perturbavit, propter que prefatus Johannes ad ſedem apoſtolicam appellavit &c. Et ſic finiunt: Datum *Rome* apud ſanctum Petrum xiij Kal. April. Pontificatus noſtri Anno ſexto. Jn quarum quidem litterarum apoſtolicarum receptionis viſionis lecture & tranſcriptionis teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum: *Erenfels* Dominica die qua cantatur *Vocem Jocunditatis.* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto.

XLV.

Digitized by Google

XLV.

QUALITER FRIDERICUS JMP. FACULTATEM TESTANDI A CLERO MOG. OBSERVATAM CONFIRMAVERIT.

C. Jn nomine ſancte & individue Trinitatis *Fridericus* Divina favente clemencia Imperator Romanorum ſemper Auguſtus: : Imperatoria Majeſtas que Regis Regum & domini dominancium vicem gerit in terris in gubernacione univerſitatis hominum ſue jurisdictioni attinentium illis qui ſunt de ſorte Domini & de ſanctuario Dei motu pietatis & ſalutis ſue intuitu ſpecialem defenſionis & protectionis gratiam debet impendere & jura ſua inviolata eis conſervare ut ab omni perturbatione liberi & ſecuri ſervicio Dei poſſint vacare ita ut in monte contemplacionis Deo mente excedant & pro his que in hac valle ploracionis naufragoſa tempeſtate fluctuant orationibus ſuis intercedant. Noverit igitur fidelium Chriſti & imperii noſtri preſens etas & ſecutura poſteritas qualiter Venerabilis clerus videlicet Prelati & ſubditi Maguntine civitatis ad noſtram venientes preſenciam querimoniam coram nobis depoſuerunt quod quidam burgenſes de civitate ſua gravem eis irrogaſſent injuriam & jura eorum tam ſcripta quam conſuetudinaria temeraria preſumpcione violaſſent, aſſerebant enim quendam canonicum ſancti victoris infirmitatis moleſtia gravatum juxta conſuetudinem longo & communi uſu totius cleri approbatam de mobilibus ſuis que habebat

bebat infra emunitatem donationem in ultima voluntate feciſſe & quosdam fratres ſuos fide conmiſſarios conſtituiſſe qui eo decedente uti ipſe ordinaverat res illas diſtribuerent Cum autem canonicus ille diem clauſiſſet extremum fratres ſui ea que fidei eorum commiſerat exſecutioni mandare volebant ſed cognati fratris defuncti effectum rei impediebant aſſerentes ſe exheredatos eſſe per inofficioſum quod factum eſſet teſtamentum, idcirco donationem in irritum eſſe revocandam. Honorabilis vero clerus Maguntinus cum inſtrumentis ſuis aſtabat probationem ſuam nobis offerens quod donatione anteceſſorum noſtrorum divorum Auguſtorum & epiſcoporum ſuorum auctorabili conceſſione per quadraginta annos & amplius ſine interruptione talem in emunitatibus ſuis libertatem optinuiſſent, quod omnia mobilia ſua quolibet tempore cui vellent poſſent donare & hoc idem ex ſcripto jure aſſeverabant, Laici autem pro parte ſua multa in contrarium allegabant & ita hinc inde lis diu eſt agita. Ut ergo hanc litem poſſemus dirimere & eam debito modo diffinire placuit nobis à Wormacienſe Epiſcopo Cunrado & aliis epiſcopis preſentibus Cancellario quoque noſtro Godefredo nec non Abbatibus & aliis perſonis eccleſiaſticis in jure eccleſiaſtico peritis veritatem cognoſcere. Jlli vero cum omnibus eccleſiaſticis perſonis que aderant in preſentia noſtra teſtati ſunt illam emunitatis libertatem quam Maguntinus Clerus ſibi vendicabat in multis imperii noſtri ſervari eccleſiis & item jus ſcriptum ſuper preſenti negotio nobis diſtinxerunt aſſerentes quod Clericus qui tempore ordina-


dinationis ſue nichil habens aliqua de rebus ecclesie conquiſiſſet nullum teſtamentum poſſet facere ſed poſt deceſſum ſuum omnia ecclesie deberet relinquere. Aſſeverabant etiam quod clericus mobilia ſua que vel de proprio vel ex mera alicujus liberalitate vel ſucceſſione cognationis vel aliquo lucrativo titulo ad eum deveniſſent, cui vellet, poſſet donare ſive inter vivos ſive in ultima voluntate, ſi vero inteſtatus moreretur omnia ad uſum ecclesie redirent cui ipſe vivens miniſtrabat. Patrimonium autem quod hereditario jure ad clericos deveniſſet illis qui in linea agnationis ſeu cognationis eis eſſent proximi poſt mortem ſuam relinquere deberent. Taliter itaque inſtructi ab Epiſcopis & eccleſiaſtici juris peritis Anteceſſorum noſtrorum Divorum Auguſtorum facta & orthodoxorum Patrum ſtatuta dignum duximus venerari & idcirco univerſum Maguntine civitatis clerum & canonicos in tribus municipiis degentes videlicet *Aſchaffenburg*, *Franckenfurt* & *Pingia* in libertate emunitatis quam longa conſuetudine optinuerunt & in ſcripto jure quod auctoritate Romane ecclesie & ſanctorum Patrum traditione acceperunt, ob amorem dilectiſſimi noſtri *Criſtiani* Archiepiſcopi eorum qui in ſervicio noſtro & imperii diutino & multo labore magnam beneficii gratiam meruiſſe dinoſcitur, auctoritate noſtra confirmantes imperiali lege ſancimus ut mobilia ſua que infra emunitatem habuerint, eccleſiis ſeu perſonis pro arbitrio ſuo inter vivos ſeu in ultima voluntate donandi liberam habeant facultatem. Pro majore autem hujus noſtre confirmationis & ſanctionis auctoritate hanc

paginam conſcribi & aurea bulla noſtra juſſimus inſigniri pena centum librarum auri & banni noſtri hujus ſacre legis violatores condempnantes adhibitis idoneis teſtibus quorum nomina ſunt hec. *Cunradus* Wormacienſis electus, *Rudolfus* Argentinenſis epiſcopus *Ludewicus* Baſilienſis epiſcopus *Sigehardus* Abbas *Laurisheimenſis Arnoldus* major Prepoſitus Maguntinus *Wernherus* prepoſitus ſancte *Marie in campis Heinricus* majoris eccleſie Decanus *Hermannus* Cantor *Udalricus* Magiſter Scolarum in eccleſia ſancti *Petri Gernotus* Magiſter Scolarum in eccleſia ſancti *Stephani Arnoldus* Spirenſis eccleſie Decanus *Andreas* Magiſter ſcolarum *Johannes* Prepoſitus ſancti *Germani*, *Cunradus* Palatinus Comes Rheni, *Hugo* comes de *Dagesburg*, *Embricho* comes de *Liningen*, *Rupertus* comes de *Naſſowa*, *Otto* comes de *Huneburc*, *Godefridus* comes de *Spanheim Ulricus de Horningen*, *Waltherus de Huſen*, *Wernherus de bonlanden Waltherus* dapifer *Cunradus* pincerna, *Wolfram*, *Heinricus* marſcalcus, *Ludewicus Colbo Hunfridus* & *Heinricus* frater ejus de *Valkenſtein*, *Sifridus de lapide*, *Burcardus* vice dominus Wormacienſis, *Wernherus* & *Giſelbertus* frater ejus & plures alij.

Acta

Digitized by Google

Acta ſunt hec Anno Dominice Jncarnationis M°C°LXX°jjj°. Indictione VI. regnante Domino *Frederico* Romanorum Jmperatore glorioſiſſimo anno regni ejus XXII° Jmperij vero XX. Datum *ſpire* VI. nonas julij feliciter Amen.



Signum Domini *Frederici* Romanorum Jmperatoris invictiſſimi. Ego *Godefredus* Cancellarius Vice Domini Criſtiani Magunt. Archiepiſcopi & Archicancellarij recognovi.

XLVI.

STATUTUM ECCLESIÆ S. PETRI QUOAD MANUFIDELES ELIGENDOS EORUMQUE OBLIGATIONEM.

In nomine Domini Amen. Decanus Scolaſticus Cantor totumque capitulum eccleſie ſancti *Petri* in Maguntia de voluntate communi & conſenſu unanimi inopinatis caſibus & animarum noſtrarum ſaluti propter libertatem eccleſiaſticam providere volentes taliter ordinavimus atque ſtatuimus quod quilibet tam prelatorum quam canonicorum eccleſie noſtre manufideles eligat qui teſtamenti ſeu ordinationis rerum ſuarum ſi quam fecerit tam mobilium quam inmobilium executores exiſtant. ſi autem de rebus ſuis inter vivos vel mortuos nichil diſpoſuerit & ita deceſſerit, iidem manufideles de rebus ſuis diſponant ſecundum quod ſaluti anime ſue ſub periculo animarum ſuarum viderint expedire. Volumus etiam & jam jubemus ut manufideles de bonis mortui nichil inter ſe emant vel in uſus ſuos quantumcunque vile ſit convertant. ſet univerſa ſive fuerint mobilia vel inmobilia vel utenſilia domus ſi de illis nichil certi in vita vel in ultima voluntate ut dictum eſt diſtrahant & pro remedio anime ſue in pios uſus convertant. niſi eſſet tale quid vel tam vile quod cum honore vendi non poſſet, hoc pauperibus vel aliis dent ſicut credant mortuo & honori ſuo expedire. ſi autem aliquid relinquit mortuus quod manufidelium aliquis habere deſiderat, hoc non inter ſe vendant manufideles ei ſet

Decanus

Decanus & capitulum cum eis illi vel plus offerenti vendant & ipſi manufideles precium illius cum aliis rebus mortui diſtribuant ſicut eſt premiſſum. Omnia autem que de anno gracie & aliis rebus ſuis habere potuerint, ſi nichil adhuc inde emerint, finito anno in pecuniam convertant & infra menſem in erario noſtro ſub cuſtodia illorum qui ad hoc fuerint deputati deponant ut quando ſe locus obtulerit ſicut videbitur expedire convertant. Hec autem ordinatio quolibet anno in quadrageſima infra Dominicam *invocavit* & feſtum Palmarum in capitulo publicetur ita quod ſi quis teſtamentum ſi quod fecerit vel manufideles quos elegerat mutare voluerit ſuper hoc liberam habeat facultatem. alioquin manufideles ab ipſo electi remaneant juxta formam ſuperius prenotatam. Cum non intelligatur decedere inteſtatus qui teſtamentum vel ordinationem ſuarum rerum alterius poteſtati committit. hoc nichilominus adjicientes quod ſi canonicus non condito ſpecialiter teſtamento decedens obligatus debitis non fuerit vel ſaltem talibus debitis teneatur ad quorum ſolutionem res ſue mobiles ſufficiant manufideles ipſi annum gracie quem habet in prebenda in alios uſus convertere non poſſint niſi eccleſie ſecundum antiquam conſuetudinem hactenus approbatam. Hac igitur ordinatione ſeu ſtatuto prehabito memorato termino à ſummo usque ad ultimum quilibet manufideles publice per Decanum noſtrum in capitulo noſtro ut moris eſt elegit & omnia que premiſſa ſunt data fide loco juramenti ſervare promiſit. Acta ſunt hec Anno Dni M° CC° LXjjjj°.

Digitized by Google

XLVII.

STATUTUM PRIORI VIX NON SIMILE A CAPITULO B. M. V. AD GRADUS ERECTUM.

Anno Dni Milleſimo. ducenteſimo. ſexageſimo ſeptimo. in vigilia beati Thome apoſtoli. in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti amen. *Conradus* Decanus. *Erenfridus* Scolaſticus. *Symon* Cantor totumque capitulum ecclefie ſancte *Marie ad gradus* Magunt. de voluntate communi & conſenſu unanimi inopinatis caſibus & animarum noſtrarum ſaluti propter libertatem eccleſiaſticam providere volentes taliter ordinamus atque ſtatuimus quod quilibet tam prelatorum quam canonicorum & ſociorum eccleſie noſtre manufideles eligat, qui teſtamenti ſeu ordinationem rerum ſuarum ſiquam fecit, tam mobilium quam immobilium executores exiſtant, ſi autem de rebus ſuis inter vivos vel mortuos niehil diſpoſuerit & ita deceſſerit, iidem manufideles de rebus ſuis diſponant ſecundum quod ſaluti anime ſue ſub periculo animarum ſuarum viderint expedire. Hec autem ordinatio quolibet anno in vigilia beati *Thome* Apoſtoli in noſtro capitulo publicetur. Jta quod ſiquis teſtamentum ſi quod fecerit ut manufideles quos elegerat, mutare voluerit, ſuper hoc liberam habeat facultatem alioquin manufideles ab ipſo electi remaneant. juxta formam ſuperius prenotatam cum non intelligatur decedere inteſtatus qui teſtamentum vel ordinationem ſuarum rerum alterius poteſtati committit,

tit, hoc nichilominus adiicientes quod ſi canonicus non condito ſpecialiter teſtamento decedens obligatus debitis non fuerit, vel ſaltem talibus debitis teneatur ad quorum ſolucionem res ſue mobiles ſufficiant, manufideles ipſius annum gratie quem habet in prebenda in alios uſus convertere non poſſint niſi eccleſie ſecundum antiquam conſuetudinem hactenus approbatam. Hac igitur ordinatione ſeu ſtatuto prehabito memorato die videlicet vigilia beati *Thome* Apoſtoli à ſummo usque ad ultimum quilibet manufideles publice per manum dicti *Conradi* Decani in Capitulo noſtro ut moris eſt, elegit.

XLVIII.

FERTO ARCHIEPISCOPO MOG. A CLERICO TESTAMENTUM FACIENTE DARI SOLITUS.

Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo indictione octava menſis Decembris die viceſima que fuit vigilia ſancti *jacobi* * Apoſtoli diei ejusdem hora terciarum vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini *Bonifacii* divina providentia Pape *noni* anno duodecimo in ſtuba capitulari eccleſie beate *Marie ad Gradus* Maguntinenſis in mei *Hartmani Glymme* notarii publici conſtituti Venerabiles Domini ſubſcripti omnibus melioribus via jure cauſa & forma quibus potuerunt & debuerunt fecerunt conſtitue-

 runt

* Thomæ.

runt & ſolempniter ordinaverunt & quilibet eorum conſtituit & ordinavit ut ſubſcribitur ſuos manufideles ſeu ultime voluntatis ſue executores & quilibet eorum ante omia legavit & deputavit Domino noſtro Archi Epiſcopo Maguntino fertonem * pro defenſione & tuitione ſui teſtamenti & cum clauſulis aliis neceſſariis & oportunis &c. *ita liber Manufidelium Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. ad gradus anno MCCCLXXIX. cœptus & usque ad annum MDCVI. continatus.*

In conſtitutione manufidelium annis ſubſequentibus facta dicitur: *Fertonem unum argenti ſeu ipſius verum & communem valorem pro defenſione ſeu tuitione teſtamenti ſui &c.*

* Dicitur autem Ferto, quarta pars marcæ, & idem eſt ac Ferting, fierding. marcam autem Germanicam viginti ſolidorum habuiſſe pretium, *è ſpeculo ſaxonico lib. 3. art. 45. §. 3.* eruimus.

XLIX.

CHARTÆ RESIDUÆ

AD GESTA

SUB PETRO ARCHIEP. MOG. *

* Petrus cognomine Aichspalter, ſubin Raichspalt, Achzpalt, ab Asphelt ſive Aspelt dictus Treviris oriundus à Browero, in *Baſilea ſacra* vero Tyrolenſis patriâ notatur *pag. 253.* is antequam ad Cathedram Moguntinam eveheretur factus eſt Præpoſitus Eccleſiæ Trevirenſis & Baſilienſium Epiſcopus &c. ab anno MCCCV — MCCCXX. Archi-Epiſcopatum tenuit.

L.

L.

BULLA RETENTIONIS BENEFICIORUM PETRO PRÆP. TREVIR. CONCESSA.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. dilecto filio Magiſtro *Petro* dicto *de Aspelt* prepoſito eccleſie Treverenſ. Phiſico & familiari cariſſimi in Chriſto filii noſtri *R.* * Regis Romanorum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Apoſtolice ſedis benignitas provide penſans merita ſingulorum, non nunquam eos favoris gratia conſuevit proſequi amplioris, & majoribus beneficiis honorare, qui potioribus donis adjuti, moribus ornant ſcientiam & converſationem muniunt honeſtate. Ad faciendam igitur tibi gratiam ſpecialem dono ſcientie & honeſtate morum quibus ſic diceris adjuvari, ut dignus ea merito habearis, & conſideratione dilecti filii noſtri *Jacobi* ſancte *Marie* in Vialata Diaconi Cardinalis nobis ſuper hoc pro te humiliter ſupplicantis inducti ut Treverenſ. de qua tunc vacante tibi nuper providimus de gratia ſpeciali ac Pinguenſ. Magunt. dioceſ. eccleſiarum prepoſituras, ac ipſius Treverenſ. ac Magunt. & Spirenſ. eccleſiarum, quarum etiam exiſtis canonicus canonicatus & prebendas quos te alias canonice obtinere proponis, conſtitutione generalis concilii ſuper hoc edita non obſtante, poſſis licite retinere, tecum auctoritate preſentium diſpenſamus. Ceterum quia ex predicta prepoſitura pinguenſi & ſcolaſtria eccleſie ſancti *Symeonis* Treverenſ. & *de Birthing* & *de Riole*

 Tre-

* Rudolfi.

Treverenſ. dioceſ. eccleſiis curam animarum habentibus, quam quidem eccleſiam *de Riole* poſtmodum dimiſiſti nec non & prebendis ac canonicatibus nominatis, quasque cum prepoſitura pinguenſi & aliis prebendis & canonicatibus predictis aliquamdiu absque diſpenſatione apoſtolica retines fructus per quam plures annos te aſſeris percepiſſe Nos tibi harum auctoritate concedimus ut ad reſtitutionem dictorum fructuum ex eis taliter perceptorum quos tibi donamus de gratia ſpeciali minime tenearis, nec tibi poſſit obici, quod contractando rem alienam fructus ipſos videlicet medio tempore taliter percipiendo & etiam retinendo, furtum commiſeris vel rapinam omnem maculam omnemque notam adverſus te ex premiſſis & pro eo etiam quod tibi tunc inhabili, quia prepoſituram pinguenſ. ſcolaſtriam parrochiales eccleſias & alia beneficia predicta absque diſpenſatione apoſtolica retinere per annos plurimos preſumpſiſti dictam prepoſituram Treverenſ. Contulimus ut ſuperius eſt expreſſum obortam totaliter abolentes. De apoſtolice plenitudine poteſtatis Proviſo quod prepoſiture, canonicatus & prębende prędicti debitis non fraudentur obſequiis & in illis ex hujusmodi beneficiis quibus illa iminet animarum cura nullatenus negligatur Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre diſpenſationis, conceſſionis & oblationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctam *Mariam* Majorem jj Nonas Aprilis. Pontificatus noſtri anno ſecundo. LI.

Digitized by Google

LI.

BULLA RETENTIONIS A PETRO EPISCOPO BASILEENSI OBTENTA.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri *Petro* Epiſcopo Baſilienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Perſonam tuam ſpeciali benivolentia proſequentes illa favorabiliter & gratioſe concedimus, que ad tui ſtatus cedant comodum & honorem. Cum igitur Treverenſis de qua cum dudum ſuper ea inter te & quendam alium in curia noſtra litigium verteretur, difſinitiva fuit pro te per dilectum filium noſtrum *Petrum* ſancti *Euſtachii* Diaconum Cardinalem auditorem ſuper hoc deputatum à nobis ſententia promulgata, nec non Wiſegranden. & Pinguen. Pragen. & Maguntin. Dioc. Prepoſiture quas ex diſpenſatione apoſtolica ac etiam Pragen. ac inſuper Tracten. Leodien. Dioc. canonicatus & prebende eccleſiarum, quos tu olim ipſarum Treveren. Wiſegranden. & Pinguen. Prepoſitus ac Pragen. & Trajecten. eccleſiarum Canonicus promotionis tue tempore obtinebas per promotionem hujusmodi poſt conſecrationis munus à te ſuſceptum apud ſedem Apoſtolicam nuper vacaviſſe noſcantur, ac nullus preter nos hujusmodi Prepoſituras canonicatus atque prebendas conferre potuerit, conſtitutione felicis recordationis *Clementis* PP. IIII[ti] predeceſſoris noſtri ſuper perſonatibus & dignitatibus Canonicatibus & prebendis ſeu beneficiis apud ſedem ipſam

vacan-

vacantibus per Romanum duntaxat Pontificem conferendis edita obſiſtente ac nondum tempus effluxerit ſtatutum per moderationem pie memorie *Gregorii* PP. X^mi^ predeceſſoris noſtri ſuper hoc adhibitam in Generali Concilio Lugdunenſi nos Prepoſituras Canonicatus & prebendas predictos diſpoſitioni noſtre ac ſedis apoſtolice hac vice plenarie reſervemus, diſtrictius inhibendo illis ad quos alias hujusmodi Prepoſiturarum Canonicatuum & Prebendarum collatio, electio, preſentatio vel diſpoſitio pertinet, ne de illis vel eorum aliquo diſponere quoquomodo preſumant, ac decernendo irritum & inane ſi ſecus à quoquam ſcienter vel ignoranter attemptatum eſt hactenus vel contigerit impoſterum attemptari. Et volentes tibi gratiam facere ſpecialem, ut Prepoſituras, Canonicatus, & prebendas predictos usque ad quinque annos retinere, ac eorum fructus redditus & proventus recipere licite ac libere valeas, fraternitati tue liberam concedimus auctoritate preſentium facultatem. Non obſtantibus aliquibus contrariis eccleſiarum conſuetudinibus vel ſtatutis juramento, confirmatione apoſtolica vel quacumque alia firmitate vallatis, aut ſi eſt aliquibus ab eadem ſede indultum, quod de dignitatibus perſonatibus, canonicatibus & prebendis ſeu beneficiis ſuis vel eorum fructibus, redditibus & proventibus nulli valeat provideri, quodque ad id compelli non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia Generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat, per quam preſen-

ſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujusmodi gratie impediri valeat vel differri & de qua in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Proviſo attentius quod interim Prepoſiture canonicatus & prebende predicti debitis obſequiis non fraudentur & animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre reſervationis conſtitutionis & conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum *Petrum*. Kal. Apr. Pontificatus noſtri anno tertio.

LII.

DISPENSATIO PETRO BASIL. EP. SUPER PLURALITATE BENEFICIORUM SUB CERTO MODO CONCESSA.

B*onifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri *Petro* Epiſcopo Baſilienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum conſiderantes attentius, quod Baſilienſis Eccleſia non modico premebatur onere debitorum & volentes propterea perſonam tuam gratia proſequi oportuna, tibi per noſtras litteras duximus concedendum, ut omnia beneficia eccleſiaſtica etiamſi perſonatus vel digni-

dignitates exiſterent & curam animarum haberent
que tue promotionis tempore obtinebas, usque a
quinquennium poſſes una cum predicta eccleſia l
cite retinere ac percipere libere fructus redditu
& proventus eorum in exonerationem debitoru
hujusmodi convertendos. Proviſo quod benefic
ipſa debitis interim non fraudarentur obſequiis
animarum cura non negligeretur in eis, quibus e
dem imineret. Cum autem ſicut aſſeritur predic
eccleſia nondum ſit ab hujusmodi debitorum one
liberata, nosque propter hoc tibi tue devotio
obtentu ampliorem gratiam facere intendamus fi
ternitati tue, ut omnia beneficia ſupradicta usq
ad triennium à fine dicti quinquennii, quod ad l
durare dinoſcitur inchoandum, licite cum ead
eccleſia retinere ac eorum fructus, redditus,
proventus percipere libere valeas, converten
in exonerationem debitorum ipſorum auctorit
preſentium indulgemus. Proviſo quod interim
neficia ipſa, ſicut premittitur, debitis obſeq
non fraudentur, & animarum cura in eis, qui
illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli e
hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſi
infringere vel ei in auſu temerario contraire.
quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indi
tionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* &
Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. D
Laterani Jd. Martij Pontificatus noſtri anno qui

LI

Digitized by Google

LIII.

EXCOMMUNICATIO LATA IN DETENTOREM PROVENTUUM PRÆPOSITURÆ BINGENSIS PETRO PRÆPOSITO BASILEENSIUM EPISCOPO DEBITORUM.

In Dei nomine Amen. Ut ea que aguntur in tempore non labantur cum tempore decent ſcripto ſtabiliri & teſtimonio roborari, hinc eſt quod Anno Domini Milleſimo trecenteſimo indictione quarta decima quinta decima die menſis Octobris pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini Domini *Bonifacii* Pape octavi anno ſexto poſt celebracionem ſumme Miſſe in eccleſia Maguntinenſi juxta hoſtium conſiſtorii in preſencia mei notarii infraſcripti & teſtium ſubſcriptorum *Henricus* clericus Venerabilis in Chriſto patris ac Domini Domini *P.* Epiſcopi Baſilienſis legit publicavit atque recitavit contra *Ottonem de Rudinsheim* Decanum Magunt. litteras infraſcriptas. *Henricus* Dei gratia conſtantienſis Epiſcopus executor una cum Reverendis in Chriſto patribus, Treverenſi Archi Epiſcopo & Epiſcopo Tullenſi ſuper Reſervatione beneficiorum facta venerabili in Chriſto patri domino *Petro* Dei gratia baſilienſi Epiſcopo que ante ſuam promocionem in Epiſcopum obtinebat a ſede apoſtolica deputatus honorabilibus viris *Gotfrido* de *Eppinſtein* cuſtodi. *Emerico* Scolaſtico *Eberardo* cantori. *Heinrico de Leisberg Henrico de Rodinſteyn Emerico de Rudinsheym Jacobo* dicto *Jude de lapide. Eberhardo de lapide*

pide Syfrido de Solmſe Hugoni dicto *Wildegreue Ulrico de Bickinbach* & *Wernero* de *Bolanden* canonici Magunt. ac aliis ipſius Eccleſie Magunt. *Eberzon Eberhardo* pincerne *Rudegero* de *Colonia Petro* d *Lorche* & *Thilmanno* dicto *Feſt* vicariis Maguntin & aliis ipſius eccleſie Magunt. tam canonicis quar vicariis quibuscumque ſpiritu conſilii Sanioris cur jam dudum *Otto de Rudinsheim* Decanus ut dicitu Magunt. excommunicationum & aggravationur ſententias quas in ipſum Tulerimus pro eo quo fructus redditus & proventus ac alia noſtræ prepo ſiture pinguenſis Magunt. dyoc. in prejudicium ve nerabilis patris & Domini Petri Baſilienſ. Epiſco cui fructus predicti per ſedem apoſtolicam ſunt r ſervati violenter occupavit & adhuc detinet occ patos ſuſtinuerit & ſuſtineat animo indurato in gr ve ſue ſalutis diſpendium & notam irregularita ſe divinis officiis ingerendo vobis univerſis & ſi gulis canonicis & vicariis ſupradictis ac aliis E cleſie Magunt. in virtute ſancte obediencie pre piendo mandamus quatinus a communione predi Ottonis infra octo dies à notificatione preſenci ſeu publicatione penitus deſiſtatis nullo ſibi gen communionis participantes alioquin in vos ſing los canonicos ac vicarios excommunicationis in pitulum vero veſtrum Magunt. interdicti ſent tias ex nunc prout ex tunc proferimus in hiis ſ ptis datum Maguntie Anno Domini Mileſi CCC° jjjj jdus Octobris Jtem alia ſic incipit. Ve rabilibus in Chriſto patribus dominis epiſcopis a batibus & honorabilibus in Xſto Prepoſitis Pri bus. Decanis plebanis Eccleſiarum rectoribus

verſ

verſis per Maguntin. & Treverenſ. provincias conſtitutis & ſpecialiter honorabilibus Magunt. & ſanĉte *Marie* ad *Gradus* ibidem ſcolaſticis ac diſcretis viris plebanis in *Bacharaco* & in *Weſalia* Treverenſ. dyoceſ. & ſic terminatur. Datum Maguntie jjjj°. Ydus Octobris Indictione Xjjjj decima anno Domini Milleſimo trecenteſimo, cum autem predicte litere ſic eſſent publicate ſeu lecte per Henricum prefatum poſita fuit copia prime littere que ſic incipit. *Henricus* Dei gratia Epiſcopus conſtantienſis & ſic terminatur Datum *Maguntie* anno Domini milleſimo CCC jjjj ydus octobris per Magiſtrum *Bartholomeum* canonicum S. *Johannis* Erbipolenſis ſuper ſummum altare Eccleſie Magunt. acta ſunt hec ſeu publicate fuerunt litere predicte per Henricum memoratum preſentibus viris & honeſtis Magiſtro *Bartholomeo* canonico Erbipolenſi *Bertholdo Johanne Conemanno de Frankenfordia* clericis Magunt. & *Heſſone* clerico de *Herrincheim* Baſilienſ. dyoceſ. teſtibus ad premiſſa audienda Vocatis & rogatis anno indictione die hora loco pontificatuque ſupradictis.

Et Ego *Lodowicus* clericus natus quondam *Alberti* civis Trevirenſis ſacro ſancta Jmperiali auctoritate publicus notarius omnibus & ſingulis premiſſis una cum teſtibus prelibatis preſens interfui ac ea manu propria conſcripſi & in hanc publicam formam redegi meoque ſolito ſigno ſignavi rogatus ab *Henrico* prenotato.

LIV.

EXECUTORIALES BULLÆ ANTEDICTÆ nro. LII.

Cunradus de Nerſtein canonicus Ecclesie ſancti Stephani Maguntinenſis Executor ab honorabili viro Domino . . Abbate beate *Marie ad Martyres* extra muros Treverenſes, executore ſuper gratia facta Venerabili patri Domino *Petro* Baſilienſi Epiſcopo a ſede apoſtolica conſtituto ſubdelegatus honorabilibus viris dominis . . prepoſito . . Decano . . Scolaſtico. Cantori & capitulo Ecclesie pinguenſis ſalutem in domino, & mandatis apoſtolicis firmiter obedire Noveritis nos ab honorabil patre domino . . Abbate beate *Marie ad Martyre* extra muros Treverenſes predicto, recepiſſe pro ceſſus & literas, per ipſum habitos ſuper predict gratia facta prefato domino *Petro* Epiſcopo Baſilien in hec verba Reverendis in Chriſto patribus . Archiepiſcopis ac . . Epiſcopis, ac venerabilib ac diſcretis viris . . prepoſitis . . Decanis . archidyaconis & eorum vices gerentibus capitu ſingulisque canonicis Magunt. Treverenſ. Pinwe Pragenſ. & Wiſſegradenſ. Magunt. & pragenſ. dy ceſ. Eccleſiarum quocumque cenſeantur nomi ubicunque conſtitutis & eorum vices gerentibus Abbas beate *Marie ad Martyres*, extra muros T verens executor ad infraſcripta una cum relig viro . .. abbate Ecclesie beate Marie in Luz burg Treverenſ. dyoceſ. ac Venerabili viro M ſtro *Hugucienſ. de vercellis* Canonico Eccleſie I

genſ

genſis Tornacens dyoceſ. & domini . . prepoſiti Capellano a ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus ſalutem in domino & mandatis apoſtolicis firmiter obedire, noveritis nos a ſanctiſſimo patre & domino domino *Bonifacio* pape Vjjj. duas literas recepiſſe quarum una erat cum filis ſericeis ruber & crocei coloris reliqua vero cum filo canapis, & veris bullis plumbeis bullatas non abolitas non cancellatas nec in aliqua ſui parte corruptas, vel viciatas, quas ſicut decuit recepimus reverenter, ipſasque in publico coram nobis legi fecimus quarum tenores de verbo ad verbum tales ſunt: *Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri *Petro* Epiſcopo Baſilienſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem, dudum conſiderantes attencius quod Baſilienſis Eccleſia non modico premebatur onere debitorum & volentes propterea perſonam tuam proſequi gratia oportuna, tibi per noſtras literas duximus concedendum, ut omnia beneficia Eccleſiaſtica etiam ſi perſonatus vel dignitates exiſterent, & curam animarum haberent, que tue promotionis tempore obtinebas usque ad quinquennium poſſes una cum prefata eccleſia licite retinere, ac percipere libere fructus redditus & proventus eorum in exoneracionem debitorum hujusmodi convertendos, proviſo quod beneficia ipſa debitis interim non fraudentur obſequiis & animarum cura non negligatur in eis, quibus eadem immineret, Cum autem ſicut aſſeritur, predicta Eccleſia nondum ſit ab hujusmodi debitorum onere liberata, Nos propter hoc tibi tue devocionis obtentu, ampliorem gratiam facere intendamus, fra-

ternitati tue, ut omnia beneficia ſupradicta usque ad triennium a fine dicti quinquennii quod ad huc durare dinoſcitur inchoandum licite cum eadem Eccleſia retinere ac eorum fructus redditus & proventus percipere libere valeas convertendos in exoneracionem ipſorum debitorum auctoritate preſencium indulgemus proviſo quod interim beneficia ipſa ſicut premittitur debitis obſequiis non fraudentur & animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lateran. Jdus Marcii pontificatus noſtri anno quinto Jtem *Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis beate *marie* ad *Martyres* extra muros treverens. & beate *Marie in Lutzelnburg* Treverenſ dioceſ. monaſteriorum abbatibus ac Magiſtro Hugucioni de vercellis canonico Eccleſie Brugenſi Tornacenſ. dyoceſ. cappellano noſtro, ſalutem & apoſtolicam benedictionem Dudum conſiderantes attencius quod Baſilienſis Eccleſia non modico premebatur onere debitorum, ac volentes propterea perſonam Venerabilis fratris noſtri *Petri* Epiſcopi Baſilienſis gratia proſequi oportuna, ſibi per noſtras litteras duximus concedendum, ut omnia beneficia Eccleſiaſtica etiam ſi perſonatus vel dignitates exiſterent, & curam animarum haberent que ſue promotionis tempore obtinebat usque ad quinquennium poſſet, una cum predicta Eccleſia li-

te

te retinere ac percipere libere fructus redditus & proventus eorum in exoneracionem debitorum hujusmodi convertendos proviſo quod beneficia ipſa debitis non fraudentur obſequiis & animarum cura non negligeretur in eis quibus eadem immineret cum autem ſicut aſſeritur predicta eccleſia nondum ſit ab hujusmodi debitorum onere liberata nosque propter hoc eidem Epiſcopo ſue devocionis obtentu ampliorem gratiam facere intendamus, ſibi ut omnia beneficia ſupradicta, usque ad Triennium a fine dicti quinquennii, quod ad huc durare dinoſcitur inchoandum licite cum eadem eccleſia retinere ac eorum fructus redditus, & proventus libere percipere valeat convertendos in exoneracionem debitorum ipſorum per alias noſtras literas duximus indulgendum proviſo quod interim beneficia ipſa ſicut premittitur debitis obſequiis non fraudentur & animarum cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur, quo circa diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel per alium ſeu alios fructus, redditus, proventus predictos faciatis eidem. . Epiſcopo ut procuratori ſuo pro ipſo per idem triennium integre miniſtrari contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtante ſi aliquibus a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas dicte ſedis non facientes plenam & expreſſam de indulto hujusmodi mencionem Datum *Lateran.* Jdus Marcii Pontificatus noſtri anno quinto. Nos igitur. . Abbas executor predictus volentes ut tenemur man-

 datis

datis apoſtolicis humiliter obedire auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa vobis univerſis & ſingulis literas ipſas apoſtolicas, ac univerſa & ſingula in eis contenta inſinuamus notificamus & ad noticiam veſtram deducimus ac vos omnes & ſingulos communiter & diviſim requirimus & monemus pro primo ſecundo & tercio & peremptorio monicionis edicto dantes vobis communiter & diviſim unam monicionem pro tribus vobis nihilominus communiter & diviſim in virtute ſancte obediencie qua tenemini ſancte Romane eccleſie diſtricte precipimus & mandamus, quatenus quinquennio predicto finito, usque ad triennium a fine dicti quinquennii & ipſo triennio durante eidem domino Petro Epiſcopo Baſilienſi ut procuratori ſuo pro ipſo ad hoc ſufficienter conſtituto omnes & ſingulos fructus reddit[u]
& proventus omnium beneficiorum eccleſiaſticoru[m]
eciam ſi perſonatus vel dignitates exiſtant & cura[m]
animarum habeant que ſue promocionis tempo[re]
obtinebat in predictis veſtris eccleſiis juxta indu[l]gentie & conceſſionis predicte tenorem per ide[m]
triennium integre miniſtretis & faciatis ab aliis p[ro]ut ad vos & ſingulos veſtrum communiter vel di[vi]ſim pertinet integre miniſtrari ſi vero vos vel a[li]quis veſtrum vel quivis alius predicto domino
ciatis ab aliis prout ad vos & ſingulos veſtrum
muniter vel diviſim.. Epiſcopo ut procuratori
in adminiſtracione aſſignatione perceptione &
ceptione fructuum reddituum & proventuum
dictorum, quominus eos idem dominus Epiſc[opus]
vel ejus procurator pro ipſo percipere vel hal
valeat juxta indulgentie & conceſſionis predict[e]
norem impedimentum vel contradictionem ſeu

leſtia

leſtiam aliquod vel aliquam feceritis intuleritis ſeu preſtiteritis per vos, vel per alium ſeu alios publice vel occulte, vel impedientibus ipſum dominum Epiſcopum vel ejus procuratorem in aliquo dederitis auxilium conſilium vel favorem quam ut dictum eſt predictos fructus redditus & proventus percipere & habere valeat, ſi infra ſex dies non deſtiteritis a predictis & noſtris immo verius apoſtolicis non parueritis mandatis a tempore ſententie proceſſus hujusmodi continue computandos quorum duos pro primo duos pro ſecundo & reliquos duos pro tertio termino & peremptorio monicionis edicto vobis univerſis & ſingulis aſſignamus a moleſtacionibus & impedimentis ipſis vel de ipſis fructibus redditibus & proventibus per vos vel per alium ſeu alios reſpondere vel reſponderi non curaveritis ſecundum indulgencie & conceſſionis ſupradicte tenorem, ipſi domino *Petro* Epiſcopo vel ejus procuratori pro ipſo ex nunc prout ex tunc in vos excommunicationis, & in Eccleſias veſtras ſupradictas interdicti & in capitula eccleſiarum ipſarum ſuſpenſionis ſententias ferimus in hiis ſcriptis vobis vero domini Archiepiſcopi & Epiſcopi quos propter honorem perſonarum veſtrarum & pontificalis dignitatis reverenciam nolumus predicta noſtra ſententia ſic ligari ſi contra premiſſa vel aliquid premiſſorum feceritis, ingreſſum Eccleſie interdicimus in hiis ſcriptis, ſi vero hujusmodi interdicti ſententiam per tres dies prefatos ſex immediate ſequentes ſuſtinueritis vos in hiis ſcriptis ſuſpendimus a divinis ſi autem quod abſit hujusmodi interdicti & ſuſpenſionis ſententias per

 alios

alios tres dies predictos novem immediate ſequentes ſuſtinueritis animo indurato vos nominatim in hiis ſcriptis excommunicationis ſententia innodamus & ſi contingat vos vel quamcumque aliam perſonam ſupradictas noſtras ſententias incurrere quoquo modo per manifeſtam reſiſtenciam vel ocultam nolumus per alium quam per nos ſeu ſuperiorem noſtrum eas relaxari vel quomodolibet removeri Et in ſumma hec eſt noſtre voluntatis ſtudium ut ſecundum mandatum apoſtolicum ſupradictum idem dominus *Petrus* Epiſcopus vel procurator ſuus pro eo fructus redditus & proventus hujusmodi habeat & percipiat & ſibi vel ejus procuratori pro eo integre miniſtrentur ad exoneracionem debitorum ipſorum convertendos preſentes Venerabilibus & diſcretis viris . . Abbati monaſterii montis Syon Premonſtratenſis ordinis extra muros Pragenſes . . Decano . . Cuſtodi . . Cantori ſancti Symeonis Treverenſ. ſancti *Petri* & ſancte *Marie ad Gradus* Scolaſticis & *Cunrado de Nerſtein* canonico ſancti Stephani Mogunt. ac plebano S. Marie Pragenſis quibus & eorum cuilibet in ſolidum ſuper executione predicti mandati apoſtolici & noſtri tenore preſentis inſtrumenti committimus vices noſtras done eas ad nos duximus revocandas ſub pena excommunicationis monitione canonica premiſſa, qua ex nunc prout ex tunc in eos & ipſorum queml bet ferimus in hiis ſcriptis & ipſos & ipſorum quen libet incurrere volumus ipſo facto ſi mandata n ſtra immo verius apoſtolica neglexerint adimple & in virtute ſancte obedientie diſtricte precipim & mandamus ut ipſi vel alter eorum qui ad hec

eodem

eodem domino Epiſcopo vel ejus procuratore ſeu nuntio fuerit requiſitus ita quod alter alterum non exſpectet ad vos & veſtras eccleſias ſicut commodius poterunt perſonaliter accedant & ſupradictas noſtras moniciones precepta ſentencias & proceſſus, ac omnia & ſingula ſupradicta . . & alia que eis ut eorum alteri pro hujusmodi expeditione negocii expedire videbuntur communiter & diviſim vobis denuncient legant & publicari procurent & eidem domino *Petro* Epiſcopo ut procuratori ſuo ejus nomine fructus redditus & proventus predictorum beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum ad exoneracionem debitorum hujusmodi convertendos juxta predictarum literarum apoſtolicarum tenorem faciant plene & integre miniſtrent nec permittant ipſum *Petrum* dominum Epiſcopum ſuper predictis a quoquam indebite moleſtari mandatum noſtrum immo verius apoſtolicum ſuper hiis & aliis exequendo juxta traditam ſeu directam a ſede apoſtolica nobis formam ita tamen, quod ipſi vel eorum alteri aut quicunque alius vel in ejusdem domini Epiſcopi prejudicium innovare valeant aut mutare in proceſſibus per nos habitis & ſententiis per nos latis volumus autem ut quod per alterum eorum inceptum fuerit poſſit per alium terminari Jn ceteris autem quod predicto domino Epiſcopo ſuper premiſſis nocere poſſent eisdem ſubdelegatis noſtris & cuilibet alteri poteſtatem omnimodam denegamus & ſi forte contingat nos ſuper premiſſis in aliquo procedere non intendimus commiſſionem predictam in aliquo revocare niſi de revocatione hujusmodi ſpecialis & expreſſa mentio habeatur, in

 quorum

Digitized by Google

quorum omnium teſtimonium & evidenciam pleniorem preſentem literam proceſſum noſtrum moniciones precepta & ſententias hujusmodi continentur fieri mandavimus & ſigilli noſtri appenſione muniri. Datum a nativitate Domini MCCC. ſecundo feria ſexta poſt feſtum beati valentini martiris. Hujus igitur auctoritate mandati a prefato domino domino abbate nobis directi ad veſtram noticiam per preſentes. volumus pervenire prefati domini abbatis moniciones omnes & precepta . ſententias & proceſſus per ipſum dominum abbatem factos & habitos ſuper gratia facta a ſede apoſtolica domino Epiſcopo Baſilienſi prefato, ita quod hujusmodi proceſſus legatis, intelligatis, ac ſciatis eosdem , ad veſtram noticiam perveniſſe, quemadmodum per ipſum abbatem eſt pretactum mandantes nihilominus vobis ſub pena & penis in ſuo proceſſu contentis per preſentes quatinus prefato domino . . Epiſcopo vel ejus procuratori ejus nomine omnes fructus redditus & proventus predicte prepoſiture ſu in veſtra Eccleſia habite ad exoneracionem debitorum eccleſie Baſilienſis juxta predictarum litera rum apoſtolicarum tenorem faciatis per vos ſeu al os integre miniſtrari, nec permittatis ipſum dom num Petrum Epiſcopum Baſilienſem ſuper pred ctis a quoquam indebite moleſtari facientes talit in premiſſis, ne predictus dominus . . abbas & n contra vos cogamur procedere ad penas & p ceſſus ulteriores juſticia exigente Jn quorum om um geſtorum noticiam nec non predicti domini E ſcopi Baſilienſis cautelam preſens inſtrumentum

manun

manum publicam *Cunradi* dicti de ſancto *Georgio* Canonico ſancti *Gingolfi* Maguntin. & exinde per manum ipſius Cunradi duo inſtrumenta publica fieri fecimus quorum unum penes Vos volumus remanere, ne in aliquo poſſitis vos excuſare, ac aliud remittere intendimus, in ſignum noticie ſcientie ac excuſacionis factarum per nos proceſſuum predictorum.

Et Ego *Cunradus* dictus de ſancto *Georgio* canonicus Eccleſie ſancti *Gyngolfi* Magunt. publicus Jmperiali auctoritate notarius per me metipſum in conſiſtorio Eccleſie Maguntin. infra veſperas anno Jncarnacionis dominice MCCC. ſecundo Jndictione quinta decima pontificatus domini *Bonifacij* pape Vjjj. anno Vjjj. regnante ſereniſſimo principe domino *Alberto* Romanorum rege regni vero ejus anno quinto die ultima menſis februarii ex mandato & juſſu predicti Conradi predicti domini. Abbatis proceſſum ſuo ſigillo communitum prout in Literis in circumferentia ipſius ſigilli contentis apparebat legi publicavi & notificavi premiſſa volentis ad noticiam quorumcunque ab excuſacione aliqua pervenire ac eundem proceſſum in formam publicam redegi nihil addendo vel minuendo meoque ſigno & nomine ſignavi rogatus una cum appenſione ſigilli domini *Cunradi* executoris prenotati, actum anno domini Jndictione menſe & die ac hora ſuperius annotatis, preſentibus honorabilibus viris dominis *Emichone* Scolaſtico dicto de *Schonecken*, *Vlrico* dicto de *Bickenbach*, Cantore, *Philippo* dicto de *Schonecke* prepoſito in *Munſtermeinvelt* *Jacobo* dicto *Zume Steine* prepoſito ſancte *Marie in Campis*

extra

extra muros Magunt. *Heinrico* dicto *de Rodenſte* prepoſito Eccleſie *S. Gingolfi* Magunt. . . dicto *Battemburg* majoris & *Thilmanno* prebendarie il dem capellano domini Baſilienſ. & *Antonio* ſan *Stephani* Eccleſiarum Magunt. canonicis, ac Ma ſtro *Heinrico Lumbardo* advocato civium Magu *Voclmaro* Judice *Jacobo de Pomiro*, *Tirilone de Dor* *Petro* Magiſtro civium *Anzelmo de Rana*; *Petro Zi* *Langenhove* civibus Magunt. ac aliis pluribus fi dignis ad hec vocatis teſtibus & rogatis ſubſcripti nem & ſub ſecunda ſubſcriptionis mee linea, vi licet die ultima menſis febr. recognoſco de ſc meo proceſſiſſe, actum ut ſupra.

LV.

PETRO BASIL. EP. A WILHE MITIS OFFERUNTUR LITTERÆ AFFILIATIONIS.

Reverendo in Chriſto patri ac domino viro diſc to virtutum moribus ſcientieque floribus dimito. *P.* Dei gratia Baſilienſis eccleſie epiſco frater *jacobus* prior provincialis fratrum Heremi rum ordinis ſancti *Wilhelmi* per alamanniam li in dignus orationes devotas in domino ſempiter Pie devocioni veſtre qua Deum & ordinem noſtr diligitis plurimum congaudentes ad omnes ora nes & beneficia fratrum noſtrorum vos de ſpe li gratia duximus admittendum. Plenam vobis p ticipationem bonorum omnium videlicet Miſſar

oratio

orationum predicationum vigiliarum ſerviciorum abſtinentiarum ceterorumque bonorum tam in vita quam in morte concedentes que per fratres veſtres ubique terrarum operari dignabitur clementia ſalvatoris. Adijcientes ad hec ut cum obitus veſter noſtro fuerit capitulo intimatus Pro vobis fiet quicquid pro noſtris fratribus defunctis ſecundum ordinis conſtitutiones fuerit faciendum. Datum in *Porta Sancte Marie* domo ordinis noſtri Anno Domini M. CCC. ſecundo Jn nativitate beate Marie virginis capitulo noſtro provinciali ibidem ſollempniter celebrato.

LVI.

PETRUS EPISC. BASIL. AD SEDEM ARCHIEPISCOPALEM MOGUNT. EVEHITUR.

C*lemens* epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri *Petro* Archiepiſcopo Magunt. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Romana Eccleſia que ſuper univerſas alias orbis Eccleſias obtinet divina inſtitutione primatum, circa ſingulas materne diligentie cura, ſedulo vigilans, earum profectibus, velut ſollicita mater ardenter intendit ſtudens eccleſiarum ipſarum prefertim Cathedralium Comoda, interdum per ſimplicis proviſionis officium, quandoque per miniſterium translationis accomode prout locorum & temporum qualitas exigit, efficaciter procurare. Olim ſiquidem

felicis

felicis recordationis *Bonifacius* Papa Vjjj. preceſſ
noſter bone memorie *Gerardo* Archiepiſcopo M
gunt. tunc Eccleſie Magunt. regimini preſident
intendens eidem eccleſie Magunt. cum vacaret
perſona ydonea providere proviſionem facienda
ea vice dicte eccleſie de Prelato quam cito eam co
tingeret paſtore carere, diſpoſitioni ſue, & ſe
apoſtolice, certis de cauſis ſpecialiter reſervav
decernens extunc irritum & inane, ſi ſecus ſup
hiis a quoquam ſcienter vel ignoranter continge
attemptari Poſtmodum autem dicto Archiepiſco
viam univerſe carnis ingreſſo canonicis Magu
in diverſis dividentibus vota ſua, non nulli eor
Emichonem Scolaſticum, reliqui vero ex ip
Emichonem de Spaneym canonicum dicte eccleſie M
gunt. elegerunt in diſcordia in Archiepiſcop
Magunt. Nos igitur electiones hujusmodi, utp
contra reſervationis & decreti premiſſorum te
rem, de facto preſumptas, auctoritate apoſtol
irritas decrevimus, & inanes ac demum de ipſ
Eccleſie Magunt. ordinatione ſollicite cogitantes
prolixioris vacationis expoſita incomodis remane
& attendentes quod Baſileenſis eccleſia que tem
re a te ejusdem ſuſcepti regiminis in ſuis juribu
facultatibus erat non modicum diminuta, per
circumſpectionis induſtriam, ad ſtatum debit
& proſperum eſt redacta, ex quo preſumimus
hementer quod dicta Magunt. Eccleſia, que re
ratione & provida gubernatione plurimum dic
indigere, per te divino tibi aſſiſtente ſuffragio,
beat ſalubriter proſperari, poſt vigilem quam
perficiendum eidem Eccleſie Magunt. ydonean
appro

approbatam perſonam adhibuimus diligentiam ad te tunc Baſilienſ. Epiſcopum quem ſcientia litterali preditum virum quoque vite Laudabilis converſationis placide, morum honeſtate decorum, diſcretionis, & conſilii maturitate conſpicuum in ſpiritualibus providum, & in temporalibus circumſpectum novimus dreximus oculos noſtre mentis Intendentes, itaque tam gregi dominico, quam dicte Ecclesie Magunt. ſalubriter providere de fratrum noſtrorum conſilio, & apoſtolice plenitudine poteſtatis, te a vinculo quo tenebaris dicte Baſilienſis ecclesie cui preeras abſolventes, te ad predictam Magunt. eccleſiam tranſtulimus & conceſſimus ipſi Magunt. Eccleſie in archiepiſcopum & paſtorem liberam tibi dantes licentiam, ad eandem Magunt. eccleſiam transeundi, curam & adminiſtrationem ipſius Magunt. eccleſie tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo. tibique ſubſequenter palleum plenitudinem videlicet pontificalis officii de corpore beati *Petri* ſumptum a te cum ea qua decuit inſtantia poſtulatum ad nomen & uſum ejusdem Magunt. eccleſie per dilectum filium noſtrum *Landulphum* ſancti *Angeli* diaconum Cardinalem fecimus aſſignari. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum a domino tibi onus reverenter ſupportans curam & adminiſtrationem predictas, ſic diligenter geras & ſollicite proſequaris, quod ipſam gubernatori circumſpecto ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat, ſe commiſſam & bone fame tue odor, ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur & preter beatitudinis

eterne

Digitized by Google

eterne premium, benivolentie noſtre gratiam exi
de plenius conſequaris. Datum *Burdegalis* jjjj Jd
Novembr. Pontificatus noſtri Anno Primo.

LVII.

FACULTAS RECONCILIANI ECCLESIAS PER ALIOS PETRO ARCHIEP. MOG. CONCESSA.

C*lemens* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ve
nerabili fratri *Petro* Archiepiſcopo Magu
ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Attend
tes benignius magne devocionis affectum, quo
ga nos & apoſtolicam ſedem pollere dinoſceris p
ſonam tuam libenter apoſtolico favore proſeq
mur & in gratiis quantum cum Deo poſſumus l
noramus. Expoſuiſti ſiquidem nobis, quod f
quenter contingit eccleſias tuarum civitatis & d
ceſis cum earum cimiteriis per effuſionem ſang
nis & ſeminis violari, ad quas reconciliandas r
potes abſque gravi incommodo accedere juxta n
rem propter quod tam clerici quam laici predic
rum civitatis & dioceſis in ſpiritualibus nonn
quam ſubſtinent detrimentum unde nobis humili
ſupplicaſti ut providere ſuper hoc tibi de benig
tate ſedis apoſtolice dignaremur. Nos itaque t
ſupplicationibus inclinati ut per presbiteros in
gnitate poſitos ejusdem civitatis & dioceſis ad
ydoneos eccleſias & cimiteria poſſis reconcili
prefata quociens ea taliter contigerit violari, a
pe

per te vel per alium Antiſtitem Catholicum gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentem prout moris eſt ſolemniter benedicta conſtitutione aliqua contraria non obſtante auctoritate tibi preſencium indulgemus preſentibus poſt triennium minime valituris. Datum apud *Vignandraldum* Vjjjj Kl. Januarij Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

LVIII.

INDVLTVM VISITATIONIS PETRO ARCHIEP. MOG. CONCESSVM.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri *Petro* Archiepiſcopo Maguntinenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Grate Devotionis ſtudia, quibus erga nos & Romanam viges eccleſiam & alia tua merita promerentur ut perſonam tuam oportunis favoribus & gratiis proſequentes votis tuis favorabiliter in hiis que tuum commodum tuamque quietem reſpiciant, annuamus. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati auctoritate tibi preſencium indulgemus ut eccleſias monaſteria ceteraque loca & perſonas eccleſiaſtica tuarum civitatis & Dioceſis & provincie in quibus per te fuerit de conſuetudine vel de jure viſitationis officium impendendum poſſis libere per aliquam ſeu aliquas perſonas ydoneas, quam vel quas ad hec duxeris aſſumendas, quotiens tempus viſitationis ingruent usque ad triennium facere viſitari & procurationes ratione viſitationis hujusmodi tibi

debitas ab ecclesiis monaſteriis locis & perſonis e
dem taliter viſitatis petere exigere ac recipere m
deratas etiam in pecunia numerata qualibet conſ
tutione contraria ſuper hoc edita non obſtan
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagin
noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temera
contraire. Siquis autem hoc attemptare preſu
pſerit, indignationem omnipotentis Dei & bea
rum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit
curſurum. Datum apud *Vignandraldum* Vjjjj. K
januar. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

LIX.

F. IMPERATOR ADVOCATIA IN BISCHOFFSHEIM PETRO ARCHI MOG. RESIGNAT.

Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator ſ
per Auguſtus *jeruſalem* & *ſicilie* Rex per p
ſens ſcriptum notum fieri volumus Univerſis Jmp
fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod
attendentes grata & accepta ſervicia, que dile
Princeps noſter Venerabilis Maguntinus Archi
ſcopus Nobis & Imperio exhibuit laudabilite
devote & inceſſanter exhibet ac in antea exhi
poterit gratiora, Advocaciam in *Biſchofsheim*
bona circumadjacentia villam ipſam quam ab
cleſia Maguntina in jure feudali tenuimus, ei
Archi Epiſcopo & Eccleſie ſue duximus reſigna
Ad cujus rei memoriam preſens ſcriptum ſibi

& ſigillo noſtre Majeſtatis juſſimus communiri. Datum apud *Ratiſponam* Anno Dominice incarnacionis Milleſimo Ducenteſimo triceſimo ſeptimo, menſe Aprilis, decime Jndictionis.

LX.

JURA CAMERÆ APOSTOLICÆ OB PROMOTIONEM PETRI A. M. POST TERMINUM SOLUTA.

C*lemens* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri *Petro* Archiepiſcopo Moguntin. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet olim mille marchas argenti quinque florenis auri pro marcha qualibet computatis camere noſtre & collegio venerabilium fratrum noſtrorum ſancte Romane Eccleſie Cardinalium & quadringentos quinquaginta quatuor florenos auri octo ſolidos & ſex denarios parvorum Turonenſium pro conſueto ſervitio familiarium noſtrorum & Cardinalium eorundem ratione promotionis tue in Romana curia certo ad hoc tibi ſtatuto termino noſtro & collegii ſupradicti camerariis pro camera noſtra & eodem collegio recipientibus ſacroſanctis Evangeliis coram te poſitis juramento preſtito ſolvere promiſiſſes in te ſi in ſolutione dicte pecunie in præfato termino deficeres, excommunicationis & ſuſpenſionis ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium Archi Epiſcopatus Moguntini ſententiis per dictos Camerarios auctoritate Apoſtolica promulgatis; Quia tamen

Digitized by Google

men dictam pecunie ſummam in eodem term
non ſolviſti predictas ſententias ac reatum perj
dinoſceris incurriſſe. Demum vero eandem
cunie ſummam per Magiſtrum *Jldebrandum* p
thonotarium & *Fredericum* dictum *Bueto* nepo
tuos eisdem camerariis feciſti cum integritate p
ſolvi; Quare pro parte tua fuit nobis humil
ſupplicatum, ut providere tibi ſuper hoc de op
tuno abſolutionis beneficio dignaremur; Nos
tur tue ſaluti in hac parte providere volentes t
dicta pecunie ſumma plene quitamus & nichilo
nus à predictis excommunicationis & ſuſpenſi
ſententiis ac eodem reatu perjurii auctoritate pr
cta duximus abſolvendum, tecum ſuper irreg
ritate, ſi quam forſitan contraxiſti dictis lig
ſententiis celebrando divina vel alias immiſce
te illis miſericorditer diſpenſantes. Nulli ergo
nino hominum liceat hanc paginam noſtre qu
tionis abſolutionis & diſpenſationis infringere
ei auſu temerario contraire. ſi quis autem hec
temptare preſumpſerit, indignationem omnipo
tis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum
ſe noverit incurſurum. Datum *Avinione* Vjjj.
junii Pontificatus noſtri anno quarto.

LXI.

PETRO A. M. AVGVSTINIA
OFFERVNT AFFILIATIONEM.

Reverendo in Chriſto patri ac Domino Domi
Petro Dei gratia ſacroſancte ſedis Mog
Arch

Archiepiſcopo nec non ſacri imperii per Germaniam Archicancellario. frater Jacobus fratrum heremitarum prior generalis electus ordinis Sancti *Auguſtini* licet immeritus ſalutem in ea qui eſt omnium vera ſalus. Exigente pio veſtre paternalis devotionis affectu quem ad noſtrum gerit ordinem veſtre paternitatis benignitas ſingularem prout ſepius caritativi exhibitione operis comprobaſtis ut veridica fratrum noſtrorum precipue de alamania relatione percepi. Volens vobis in quibus poſſum grata viciſſitudine Reſpondere. Omnium miſſarum orationum predicationum jejuniorum abſtinentiarum vigiliarum laborum. Ceterorumque bonorumque per fratres noſtri ordinis per univerſum mundum operari dignabitur Clementia Salvatoris tenore preſentium participes vos facio & conſortes in vita pariter & in morte. Addens inſuper de gratia ſpeciali ut cum obitus veſter in noſtro generali capitulo fuerit nuntiatus in miſſis & orationibus & aliis beneficiis id pro vobis devote fiat, quod pro fratribus noſtris defunctis in communi fieri conſuevit. Jn cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri officii duxi preſentibus apponendum. Datum *Janue* in noſtro capitulo generali. Anno Domini M CCC. vjjj iij. Kal. Septembris.

Digitized by Google

LXII.

PETRUS ARCH. EP. MOG. A SOLVITUR AB IRREGULARITATE RETARDATAM QUANDAM SOLU TIONEM.

Nos *Johannes* miſeracione divina ſanctorum A cellini & *Petri* presbiter Cardinalis Coll reverendorum patrum dominorum Cardinal ſancte Romane eccleſie Camerarius, Notum f mus univerſis, quod nos Venerabilem in Chı patrem dominum *Petrum* Archiepiſcopum Mag ab excommunicationis & ſuſpenſionis ſententiis reatu perjurii quas quodve incurriſſe noſcitur caſione retardate ſolutionis communis ſervicii legii cardinalium memorati & conſueti ſervitii miliarium eorundem non ſolutorum tempore Archiepiſcopo ſub eisdem penis & Sententiis ſtituto auctoritate apoſtolica nobis in hac parte dita abſolvimus, & ſecum ſuper irregularitat quam contraxit ſic ligatus ſe immiſcendo di vel alias quomodolibet hac de cauſa, non tam contenptum clavium miſericorditer diſpenſamı juncta ſibi ſuper hoc certa penitentia ſalutari. ſibi litteras ſigillo noſtro munitas in teſtimoı concedentes. Datum *Avinione* die V. Junii Domini Milleſimo trecenteſimo nono, pontifi domini Clementis Pape V. anno quarto.

LXI

LXIII.

BRACHIUM SÆCULARE CONTRA EXCOMMUNICATUM IMPLORATUR.

Sereniſſimo Domino ſuo Domino *Heinrico* Romanorum Regi ſemper Auguſto, judices ſancte Mogunt. ſedis, obſequioſam voluntatem ad omnia ſua beneplacita & mandata veſtre ſerenitatis excellentie & excellenti ſerenitati veſtre preſentibus cogimur intimare, quod licet nos *Jacobum* dictum *Rube*. militem de *Oppenheim* per annum & amplius, excommunicaverimus ad inſtantiam procuratoris reverendi in Chriſto patris ac domini noſtri Domini *Petri* Archiepiſcopi Moguntin. multis ac diverſis aggravationum ſententiis ſubſecutis in hujusmodi tamen excommunicationum & aggravationum ſententiis ſordeſcere non veretur in ſue ſalutis diſpendium & noſtre jurisdictionis contumaciam & contemptum, Quapropter regie Majeſtatis veſtre excellentiam precibus quantum poſſumus inpulſamus quatenus in ſubſidium Eccleſiaſtice juſticie, prefatum *Jacobum* ſententia regie preſcriptionis dignemini innodare, ut quem rigor nequivit eccleſiaſtice ſeveritatis permollire, ſaltem veſtre celſitudinis potentia ejusdem malitia evincatur, pro quo veſtre regali magnificentie gratiarum actiones humiliter referimus Datum Anno Domini. M. CCC. jx. jjj. Kal. Decemb.

LXIV.

PETRVS A. M. PROCVRATORE AD CONCILIVM VIENNENSE IN CAVS TEMPLARIORVM VT ABLEGET JVBETVR.

C*lemens* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ve rabili Fratri. . Archi-Epiſcopo Maguntine ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cariſſi in Chriſtò filii noſtri *Henrici* Regis Romànorum luſtris precibus inclinati te ſuper adventu tuo inſtans Concilium per nos auctore Domino cel randum excuſatum habemus de gratia ſpeciali, f ternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandant quatinus aliquos diſcretos viros procuratores t cum pleno & ſufficienti mandato, qui etiam in gotio Templariorum tibi Apoſtolica auctorit commiſſo, ſint plene & ſufficienter inſtructi, dictum Concilium ſtudeas deſtinare, cum in p vinciali concilio per te ſuper ipſo negotio, in provincia celebrato, multa per te minus benè bita predicentur. Datum in Prioratu de *Grau* prope *Malauſanam* Vaſionen. Dioc. XVIII. K ſeptembris Pontificatus noſtri anno ſexto.

Digitized by Google

LXV.

MANDATVM CVM LIBERA PETRO A. M. AB H. R. R. CONCESSVM IN NEGOTIO CVM BOHEMIS TRACTANDO.

Nos *Heinricus* Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Ad univerſorum ſacri Romani Jmperii fidelium notitiam volumus pervenire. Quod de puritate fidei, legalitatis maturitatis ac diſcretionis preſtantia Venerabilis *Petri* ſancte Magunt. Sedis Archiepiſcopi principis & ſecretarii noſtri Kariſſimi ac ſpectabilis viri *Berch.* Comitis de *Hennenberg* dilecti fidelis noſtri inconcuſſam & ſingularem obtinentes fiduciam damus & concedimus eisdem plenam generalem & liberam poteſtatem tractandi ac terminandi, noſtro nomine & pro nobis cum nobilibus civibus & Jncolis regni Bohemie ac omnia & ſingula faciendi, que facere poſſemus, ſi perſonaliter adeſſemus, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale promittentes tenore preſencium nos ratum & gratum habere, & inviolabiliter obſervare, quicquid per dictos Archiepiſcopum & comitem tractatum promiſſum terminatum extiterit ſive factum. Jn cujus rei teſtimonium has literas noſtre Majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum apud *Columbariam* xvj. Kal. Oct. Anno Domini M. trecenteſimo decimo regni vero noſtri anno ſecundo.

Digitized by Google

LXVI.

ALIVD MANDATVM INTVIT
SERVITII MILITARIS A W. DE R. PRÆSTANDI.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemp Auguſtus Venerabili *Petro* Archiepiſcopo M gunt. Principi & ſecretario ſuo Kariſſimo, gratia ſuam & omne bonum. Placet nobis tibique plena tradimus poteſtatem *Wernherum de Randecke* noſ gratie reformandi, Jta quod idem wernherus ſ ctabili viro, *Walramo de Lucelnburg*, fratri noſ Kariſſimo, cum ſex dextrariis magnis ſerviat ul montes preſentium teſtimonio litterarum Dat *Columbarij*. Kal. Octob. regni noſtri anno ſecund

LXVII.

H. ROM. REX. OPPIDVM GR
DINGEN EPISCOPO EYSTETTENSI RE- STITVIT.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex Sem Auguſtus Venerabili *Petro* Magunt. Ar epiſcopo Principi ſuo dilecto gratiam ſuam & o bonum Litteras tuas nobis miſſas cum infraſcr tenore privilegii Venerabili *Philippo* Eyſtetenſi ſcop. ſuper opido *Gredingen* quod eccleſie Eyſte prout ibidem expreſſe contineri vidimus, ab quo pertinere dinoſcitur audivimus de verbo verbum legi & diſponentes ipſam eccleſiam ob

tu divine retributionis in ſuis juribus & honoribus quomodolibet ſibi pertinentibus regalis auxilii gratia confovere favorabiliter & augere , dictum opidum *Gredingen* eidem eccleſie reſtituimus & donavimus & ſine quorumlibet inquietatione ſibi volumus perpetuo cum omnibus juribus & pertinentiis quiete & pacifice remanere. Unde literas Jlluſtris Johannis Regis Bohemie principis & primogeniti noſtri Kariſſimi, dum requiſierit eidem Epiſcopo & Eccleſie ſue liberaliter exhibere poteris, & concedere ſuper eo Datum *Mediolani.* iij. Kal. Febr. regni noſtri anno tercio.

LXVIII.

F. DVX AVSTRIÆ PETRO A. M. APPROMITTIT OB INIVRIAS EIDEM ILLATAS SATISFACTIONEM.

Nos *Fridericus* Dei gratia. Dux Auſtrie & Styrie Dominus Carinth. Marchio &c. Recognoſcimus & publice profitemur. Quod ſincere dilectionis affectum quem ad perſonam Reverendi in Chriſto patris domini *Petri.* Archiepiſcopi Magunt. Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii inceſſanter gerimus, menti noſtre tenaciter imprimentes. memoriter recolentes. & noſtre conſiderationis oculis proponentes. pro nobis & fratribus noſtris promittimus bona fide quod pernobilem virum *Rudolphum* comitem de *Werdemberg.* ad hoc perducere volumus cum effectu. quod emendatis exceſſibus

ceſſibus & retractatis injuriis nec non dampnis ſarcitis, dicto domino Archiepiſcopo illatis & rogatis per ipſum in colloquio inter dominum hannem. Regem Bohemie & Polonie & nos in fe Aſcenſionis Domini proximo celebrando ejusd domini Archiepiſcopi, favori & gratie reforme Sed ſi hoc efficere non poſſemus. Volumus & ſp demus firmiter per preſentes quod ex tunc pre tum Archiepiſcopum, contra eundem Rudolph & ſuos complices. Vna cum dictis fratribus noſ juvabimus fideliter & conſtanter quousque ab dem de predictis exceſſibus injuriis & dampnis ſticiam aſſequetur. In cujus rei teſtimonium ſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Dat *Patavie* Anno Domini. Milleſimo Trecenteſimo decimo jjj. Kal. Aprilis &c.

LXVIII.

H. REX ROM. PETRO ARCHIE MOG. FILII SUI NEGOTIA COMMENDA

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex ſem Auguſtus, Venerabili *Petro* Moguntin. . chiepiſcopo Principi, & Secretario ſuo Kariſſi gratiam ſuam & omne bonum. Noveris, quod luſtris Fridericus Ducis Auſtrie Nuntii videl *Eberhard. de Walſſe* & *Dieth.* de *Pilhdorff* tracta habitos inter Kariſſimum filium noſtrum *Johan* Regem Bohemiæ & eundem ducem De trig milibus marcarum quas idem dux de Marchior

Moravi

Moravie requirit, libenter revocaſſent Sed intentio noſtra fuit, quod hujusmodi tractatus ſtabiles perſeverent, ex quo tandem hoc fine receſſerunt a nobis ,̇ quod ſecundum promiſſum in ſuo robore permanebit. Unde litteras quas *Henricus* ſuper eodem negotio a duce predicto tibi per exhibitorem preſencium deſtinamus quas, expeditis negociis reſtitues cum oportunum videris reſumptis Litteris quas idem Dux ſuper factis eisdem a nobis, vel ab aliis quibuscunque dinoſcitur obtinere. Scias enim quod per prefatos nuncios, tractatus nobiſcum ſunt habiti de parentela inter dictum Ducem, & Sororem noſtram Kariſſimam contrahenda. quorum tractatuum continentiam, tibi ſimiliter transmittimus in ſcriptura, que parentela dictis placet nuntiis, eſtimantes eandem parentelam non modicum duci competere, & ad conſummationem ipſius intendunt, & promiſſerunt fideliter laborare. placet etiam hujusmodi matrimonium Votis noſtris, unde ad ipſius perfectionem intendere ſtudeas cum effectu Rogamus itaque dilectionem tuam preſentibus ſtudioſe, quatinus ab eodem filio noſtro nullatenus te ſepares ſed absque tedio ſibi commanere ſtudeas quia melius & commendabilius obſequium nobis impendere non valeres quo eciam tibi, ac tuis, & Eccleſie Mogunt. acceptabilem honorem & commodum vendicabis Jndubitanter enim credimus quod per ſummum Pontificem ad inſtanciam Nunciorum noſtrorum quos dudum ad Sedem apoſtolicam transmiſimus a viſitacione Concilii releveris in inſtanti poſtquam dicti Nuncii noſtri reverſi fuerint tibi curabimus

bimus intimare. Datum in caſtris ante *Bri*x
XV, Kal. julii, regni noſtri anno tertio.

Inſcript. Vener. P. Archi-Epiſcopo Magunt. Pri
& Secretario ſuo Kariſſimo.

LXX.

PETRUS A. M. OB DAMNA PE
PESSA INDEMNISARI JUBETUR.

Wir *johans* Von Gottes gnaden Kunig zu
heim und zu poln ein gemein pflege
Romiſchen Riches in dutſchen landen hie diſſi
gebirges, unde ein Graue zu *lutzzelburg*, enb
dem Amman Von *Rauensburg* unſerm gruz wi
bieten dir Von Kuniglicher gewalt. daz du de
bern fürſten und herrn den Ertzbiſchoff *Peter*
Mentze anleiteſt nach rechtn ſwa er dich wi
grauen *Rudolfus* gut Von *Werdenberg* den man
net Von *Hangans* unde uf Gravn *Wilhelms* gut
Montfort umbe acht tuſent marck ſilbers dar
ſi in mit unrechtn geſchadiget, tuſt du des
man rihtet dir nach rehtn, der Brief wart ge
dem fritage nach ſant *Ambroſientage* do man
Von Gottesgeburte druzehen hundert jar un
dem zwölfften jar in dem andern jar unſer K
riche.

LX

LXXI.

WIGANDUS CASTRENSIS SUPPLICAT PETRO A. M. PRO CONCEDENDIS BONIS FEUDALIBUS.

Reverendo ſuo Domino *Petro* Dei gratia Sanćte Mogunt. Sedis Archiepiſcopo ſacrique imperii per Germaniam Archicancellario, *Wi.* ſuus caſtrenſis, reſidens in Cymerin ſervicium tam paratum quam debitum tenore preſencium veſtre excellentie ſignifico domine Reverende quedam bona pheodalia, veſtre porrećtioni ſubjećta loco relićte *Rudegeri* felicis recordacionis quondam veſtri caſtrenſis ſita in villa *Schonenuelt*, videlicet Xjjj. maldra ſiliginis cum dimidio & XXjjj. ſol. & jjjj. hal. nec non quartam partem prefećture congruis ſerviciis prout multis patet, poſſediſſe, ceterum nunc igitur filium ejusdem. *R.* veſtre transmitto reverencie rogans cum ipſo & pro ipſo, precibus quibus poſſum, quatenus eidem talis modi bona cum ſit ex conſenſu ſue matris dignetur mancipare & hoc ſub forma caſtrenſis feodi inſuper ſi fieret inſtantia forte quod eſſet minor annis quod abſit ego una cum meis amicis pro tempore & loco ſuas vices utiliter adimplebo Datum in *Cymerin* anno Domini MCCC. xjj xj. Kal. Maij.

LXXII.

Digitized by Google

LXXII.

PETRI A. M. MONITIO AD V SITATORES ECCLESIARVM VT OFFICI SVO FACIANT SATIS.

Petrus Dei gratia Sancte Magunt. ſedis Arcl piſcopus Sacri imperii per Germaniam Ar cancellarius. Dilectis ſibi *Philippo de Sconcke* nonic. & Camer. Mogunt. Sancti *Petri* & *S. Ste ni* Eccleſiarum Mogunt. Decanis & ejusdem Eccl *S. Stephani* Scolaſtico ſalutem in Domino. Conſider tesquod ad correctionem delictorum & exceſſuum pertorum in ſanctis viſitationibus, vice veſtra ctis per civitatem & dioceſin Mogunt. adhuc m plene ſit proceſſum, verum quia propter hoc ete viſitationis exercetur officium ut ſtatus Ec ſiarum reformentur moresque & vita perſona Eccleſiaſticarum in quantum eſt poſſibile corri tur. vobis tenore preſencium committimus & n damus quatenus vocatis ad veſtri preſentiam or bus evocandis ad correctionem & reformatio omnium accuſatorum, in ſanctis viſitacionibu premittitur vice noſtra, Deum habentes pre lis & juſticiam, legittime procedatis, reforma reformanda. Corrigentes corrigenda in Eccl Monaſteriis, aliisque piis locis ac etiam in pe nis dictarum civitatis & dioceſ. tam in capit quam in membris, plantando diſſipando evelle & omnia alia faciendo, que oportuna fueri premiſſis facientes quod decreveritis per cenſu eccleſiaſticam firmiter obſervari teſtes autem Nominati fuerunt ſi ſe gratia odio vel timore trax

traxerint cenſura ſimili cogatis veritati teſtimonium perhibere. hiis exequendis vos omnes tres duo aut unus veſtrum interſitis vel interſit, nolentes quod in premiſſorum executione alterius veſtrum preoccupato alium vel alios quo minus in hujusmodi negotio non inchoata, inchoet inchoataque determinet valeat impedire Datum Mogunt. Anno Domini M. CCC. xjj. jjj. non. julij.

LXXIII.

ALIVD MANDATVM A PETRO A. M. DATVM PRO PERFICIENDO VISITATIONIS NEGOTIO.

Petrus Dei gratia Sanĉte Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius. dileĉtis ſibi prepoſito, ſanĉte *Marie in Campis* extra muros. Decano *S. Stephani* & Scolaſtico Sanĉte *Marie ad Gradus* Eccleſiarum Mogunt. ſalutem in domino. Meminimus nos *Philippo de Sconeke* Canonico & Camer. Mogunt. S. *Petri*, & *S. Stephani* eccleſiarum Mogunt. Decanis, & ejusdem eccleſie *S. Stephani* ſcolaſtico noſtris litteris ſerioſis, dediſſe in mandatis, ut ad correĉtionem deliĉtorum & exceſſuum, repertorum in ſanĉtis viſitationibus vice noſtra peraĉtis circa eccleſias & perſonas earundem noſtrarum civitatis & dioceſ. Mogunt. procederent Deum & juſticiam oculis proponendo, & reformanda, reformarent, ac corrigenda corrigerent in Eccleſiis monaſteriis & aliis

locis piis ac etiam in perſonis civitat. & dioceſ.
rundem tam in capitibus quam in membris.
rum quia iidem *Ph.* Decani & ſcolaſtici noſtran
data hujusmodi, & noſtris ordinem prorſus tr
gredientes, in eo, quod ipſi a perſonis Eccleſi
cis quibusdam accuſatis in viſitacionibus eisd
nullis factis vel prehabitis inquiſitionibus exce
um perſonarum earundem expurgaciones recip
preſumpſerint predictos correctiones delictor
ac reformationem locorum ab ipſis *ph.* decani
Scolaſtico ad nos preſentibus revocamus, a v
easdem fine debito expediendas ac terminand
committimus per preſentes. diſcretioni veſtre n
dantes quatinus in correctionibus inquiſition
ac reformationibus hujusmodi faciendis ratione
via procedatis. facientes quod decreveritis per
ſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari juxta
mam priorum litterarum ipſis *ph*, decanis & ſc
ſticis a nobis directarum quibus preſens ce
transfixa exiſtit. Datum Mogunt. anno Domin
CCC. Xij. XI. Kal. Auguſti.

LXXIV.

VISITATORES A P. A. M. NO NATI DELINQUENTES CITANT.

Prepoſitus ſancte *Marie in Campis* extra mur
Decanus *S. Stephani* eccleſiarum Mogunt.
rectores ſeu inquiſitores exceſſuum perſonaru
cuſatarum ſacre viſitationis peracte a Reve

in Chriſto patre & domino. *P.* Archiepiſcopo Magunt. deputati, dilectis ſibi plebano altaris ſancte *Crucis* in Eccleſia Magunt. & *Nicolao* de *Sardenia* vicario ibidem ſalutem in domino cum nos receptis literis domini noſtri predicti ad correctionem perſonarum accuſatarum & reformationem locorum & ſtatus eorundem & juſtum fuerit procedere intendamus vobis & cuilibet veſtrum ſub pena ſuſpenſionis officii veſtri diſtricte precipiendo mandamus quatinus *Petrum de Lapide Conradum Lunelbys Helferičum Eckehardum de Attendue, Wallramum, Johannem* Cappellanum, *Erneſtum, Symonem* dictum *Sneppen Conradum de floribus Chilianum feſt. Petrum* de *Loriche Johannem* pincernam *Conradum Mandelbue, Henricum* Capellanum domini Decani *Humbertum* & *Rudegerum Johannem Ruskolbe Zynemannum* & *Emelmannum* vicarios eccleſie Magunt. ſcolaſticum *S. Mauricii* Magunt. decanum *Eſtanum Symonem* & *Ligelonem* canonicum ibidem, ac *Conradum de lewenſtein* & *Heinricum Mulichen* vicarios Magunt. citatis publice & peremptorie in locis oportunis, ut feria ſecunda proxima poſt diem beati Jacobi apoſtoli hora prime compareant, in ambitu eccleſie ſancti *Johannis* Magunt. coram nobis facturi ibidem & recepturi in correctionibus inquiſicionibus & reformacionibus ratione dicte viſitacionis faciendis, ſicut Jus & ratio perſuadebunt, Reddendi litteras deferenti. Datum anno domini M. CCC Xjj. IX. Kal. Aug. & Nos decanus ſancti *Stephani* predicti ſigillo predicti domini prepoſiti utimur in hac parte & ſumus eodem contenti.

LXXV.

P. VISITATORES ECCLESIA RVM OFFICII SVI ADMONET.

Petrus Dei gratia Sancte Moguntinenſ. ſedis A chiepiſcopus ſacri Imperii per Germaniam A chicancellarius dilectis ſibi *jacobo* prepoſito S. M *rie in Campis* extra muros & . . Scolaſtico Eccle Sancte *Marie ad Gradus* Eccleſiarum Mogunt. S lutem in Domino. Meminimus nos, correction delictorum & exceſſuum in ſanctis viſitationibus r pertorum, vobis alias commiſiſſe in quibus adh nullos & debebatis ſicut intelleximus feciſtis pr ceſſus, quod valde inconveniens arbitrantes. vol ſub pena ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſie quam eos trium dierum monitione premiſſa ferimus non feceritis quod mandamus diſtricte precipien mandamus, quatinus in dictis Correctionibus ctam traditam vobis formam procedatis & proc dere nullatenus obmittatis, Decani ſancti *Stepha* veſtre College abſentia non obſtante vel ſub eade pena feria ſexta proxima, ante aſſumptionem bea Virginis in *Ameneburg* compareatis quare ad ex cutionem hujusmodi mandatorum noſtrorum n teneamini, oſtenſuri legittime coram nobis. Datu in *Aſchaffinburg*. Anno Domini M CCC. Xjj. jjjj. No Auguſti.

LXXVI.

LXXVI.

PETRUS A. M. WETZELINO DE R. ET H. DICTO RYME CASTRUM HORBURG TRADIT SUB CERTO MODO.

Nos *Petrus* Dei gratia ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri Jmperii per Germaniam Archicancellarius. recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod caſtrum noſtrum *Horburg Wetzzelem* de *Rengoderode* & *Hermanno* dicto *Ryme*, militibus tamquam officiatis noſtris a feſto ſancte *Walpurgis* proxime affuturo per triennium poſſidendum noſtro nomine ab eisdem commiſimus in hunc modum, quod ante elapſum prefatum triennium ab eis caſtrum non requiremus, quo elapſo ipſum caſtrum a predictis militibus recipere poterimus, reſtituta ipſis pecunia quam pro redemptione ipſius erogaverint videlicet quadringentis & viginti marcis puri argenti, pro quibus dictum caſtrum, a *Theoderico* de *Bola* armigero redement ex tunc ipſi quiscunque eos requiſiverimus nobis reddere ſicut premittitur, tenebuntur, prout de hoc fidem dederunt & corporale juramentum preſtiterunt, actum eſt etiam quod dictum caſtrum medio tempore, quo ipſum predicti milites obtinebunt, nobis in omnibus noſtris neceſſitatibus debet eſſe apertum, tamquam proprium noſtrum caſtrum ceterum eſt adjectum quod cum prefatum caſtrum redimere nos contigerit, caſtrenſe feodum quod vulgariter *Burglen* dicitur, quod *Syffridus* de *Bozcingesleyben* & ſui filii ibidem obtinebant, apud predictum *Her-*

 mannum,

mannum, dictum *Ryme*, remanebit, ſibi & ſuis h
redibus jure caſtrenſis feodi obtinendum predi
etiam *Wezzelo* & *hermannus*, nobis de predicto n
ſtro Caſtro & in ipſo in omnibus noſtris neceſſi
tibus deſervire pro poſſe eorum. dolo & frau
excluſis, quando & quocienſcunque per nos a
officiatos noſtros de hoc requiſiti fuerint tenebu
tur, & Nos eosdem *Wezzelonem* & *Hermannum*
omnibus juſtis cauſis eorum defendemus & pron
vebimus ad juſtitiam conſequendam. Datum
Ameneburg. Anno Domini. M. CCC. Xjj. Xj. K
Septemb.

LXXVII.

FRATRES DE ULNER ACQU RUNTUR CASTRENSES HÆREDITARI IN BECKELNHEIM.

Nos *Petrus* Dei gratia ſancte Maguntine ſ
Archiepiſcopus ſacri imperii per German
archicancellarius recognoſcimus in hiis ſcriptis q
nos Strenuum militem *Johannem* dictum *Ulner*
Wilhelmum fratrem ejus, conſideratis fidelibus
vitiis, que nobis & Eccleſie noſtre Magunt. im
derunt & impendere poterunt in futurum in
ſtros & Eccleſie noſtre predicte caſtrenſes he
tarios, in caſtro noſtro *Beckelnheim* acquiſiv
promittentes nos ipſis daturos, ſexaginta ma
denarior. colonienſ. tribus hallenſ. pro den
quolibet computatis. infra unum annum, a
preſe

preſentium computandum, dummodo quilibet eorum pro parte ſua de bonis ſuis propriis trium marcarum redditus in recompenſam pecunie ſupradicte, ſicut ambo hoc promiſerunt, reſignaverit nobis & Eccleſie Magunt. Quos redditus ipſi, & quilibet ipſorum partem ſuam a nobis & Eccleſia noſtra Magunt. in feodum Caſtrenſe recipere tenebitur, & in caſtro noſtro Beckelnheim predicto, ut caſtrenſes continue & fideliter deſervire, Promittimus inſuper eisdem *Johanni* & *Wilhelmo* Decem marcas denariorum colonienſ. in ſubſidium edificiorum, que in dicto caſtro facient nos daturos . . ſupradictum. Datum *Beckelnheim* anno Domini M. CCC. duodecimo. jj. non. Novemb.

LXXVIII.

LUDOVICUS ROMANORUM REX IN SUAM PROTECTIONEM RECIPIT MONASTERIUM S. CLARÆ ORD. S. FRANCISCI, EJUSQUE CONFIRMAT PRIVILEGIA.

L*udovicus* Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Romani Jmperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſeu audituris gratiam ſuam & omne bonum. Quia Deo ſervientibus beneficium negari non convenit, ſed devotionis ipſorum fervorem largiflua Principum benevolentia decens eſt uberius confoveri, quatenus fructum bonorum operum perſonarum earundem, ma-

ximè, quæ ſe ſub regularis vitæ obſervantia æte
ni Principis familiaritati & obſequiis devoverun
terreni Principis culmen pro foelici ſui regimi
gubernatione vigoroſius floreat & ad ſalutaria
vinitus dirigatur; Hinc eſt quod nos Dei Conte
platione & Religionis fervore dilectas in Chri
Abbatiſſam & ſanctimoniales Cœnobii Sanctæ C
ræ in *Moguntia* affectione benigna regalis cleme
tiæ proſequi cupientes ut quietius & liberius co
ditoris inſiſtant ſervitiis, quibus nobis optata ſ
ragia ſperamus apud Dominum elargiri, ipſas
noſtram & imperii protectionem ſpecialem reci
mus, volentes ut nullus easdem gravaminibus, m
leſtiis ſeu diſpendiis recommendet ſub obtentu r
ſtræ gratiæ & favoris: omnes etiam libertates, p
vilegia, jura & gratias eis per recolendæ mem
riæ Dominos Imperatores & Reges Romanos pr
deceſſores noſtros eis conceſſas & traditas ac lit
ras, quibus deſuper ſunt munitæ, prout prov
ſunt & rationabiles de benignitate Regia approl
mus, confirmamus & præſentis ſcripti patroci
communimus. Nulli ergo omnino hominum lic
hanc paginam noſtræ liberalitatis infringere vel
auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc att
tare præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis
dignationem ſe noverit incurſurum. Jn quor
evidentiam & firmitatem præſentes litteras ſig
noſtræ Regiæ Majeſtatis tradimus communitas. I
tum *Oppenheim* X. Kalen. januarii Anno Dñi
CCC° Xjjjj. Regni verò noſtri anno primo.

LXXIX

Digitized by Google

LXXIX.

AD PETRUM A. M. CONSULES ET CIVES ERFORDIENSES DEFERUNT QUERELAS.

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino ſuo Domino *Petro* dicte Magunt. ſedis Archiepiſcopo, ſacri Jmperii per Germaniam archicancellario. Magiſtri conſules & . . Conſ. Erfordenſes ſui fideles & devoti cum debita reverentia ſe expoſitos & paratos ad quevis ſua beneplacita & mandata, Ad veſtre paternitatis notitiam deferimus per querelam, quod nobiles . . prepoſitus *de Erenfels* & *Gerlacus* frater ſuus domini *de Jſenburg* & *Johannis de Brunsberg* noſtris concivibus infra ſcriptis pannos coloratos ad taxationem & eſtimationem que inferius eſt ſubſcripta, occaſione Eccleſie Magunt. ut dicebant notorie abſtulerunt, videlicet dominus *Johannes de Brunsberg Engilbertus* frater ſuus & *Winnemarus* pincerna, de *Ludinsdorf*, abſtulerunt Abbati *Lutolfo* & *Henrico* fratribus de *Jlmene* noſtris concivibus pannos ad Centum marcas argenti taxatos, Jtem *Ulrico Sweno* & *Theoderico* de *wandisleybin*, noſtris concivibus abſtulerunt pannos ad centum & viginti quatuor marcas ejusdem argenti eſtimatos, Jtem *Conrado Hoterman* bone memorie & ſuis fratribus noſtris concivibus abſtulerunt pannos ad octoginta marcas ejusdem argenti computatos, Jtem . . prepoſitus *de Orenfels* & frater ſuus predicti abſtulerunt *Gunthero de Cheleybin Theoderico de Blankenhayn Hartungo de Vanre Conrado*

de Mulhuſen Giſelhero de *novo foro*, & *friderico Sawelt* noſtris concivibus pannos eſtimatos ad c
centas & quinquaginta marcas puri argenti, pc
deris Erfordenſis de quibus univerſis & ſingu
dicti noſtri concives nos reddiderunt prout juſtı
fuerit certiores quod ſub fine debito quo tenem
vobis & Ecclesie Magunt. ſubſcripta omnia di
mus ita eſſe attencius ſupplicantes quatenus ad
ſtitutionem aut ſolutionem ablatorum predictis 1
ſtris concivibus faciendam interponere dignem
diligentie veſtre preces, pro eo per nos nos offe
mus ad quevis veſtre deſideria voluntatis Dat
anno Domini M. CCC. Xjjjj. prid. Kal. Maij Jt
Wilhelmus de Bazenheym abſtulit predicto *Theode*
de Wandisleybin quinquaginta & ſeptem marcas p
argenti in parata pecunia, Jtem Comes *Dither*
de Katzenellebogen abſtulit eidem *Theoderico* pan
pro quibus quadringentas libras hallenſ. prom
ſolvere ſed non fecerit. Datum ut ſupra.

LXXX.

MANDATVM PETRI A. M. PR
ASSIGNANDA PRÆPOSITO FRANCO
PRÆBENDA.

P*etrus* Dei gratia Sancte Magunt. ſedis Ar
epiſcopus ſacri imperii per Germaniam Ar
cancellarius devoto in Chriſto -- Prepoſito in
ſte ordinis ſancti *Benedicti*, ſalutem in Domino
virtute ſancte obedientie & ſub pena ſuſpenſi

la

late ſententie, tibi committimus & mandamus, quatinus. . Decanum & Capitulum Eccleſie frankenfordenſis accedas perſonaliter, & ipſos moneas, quos & nos preſentibus ammonemus ut infra ſex dies, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo reliquos dies pro tercio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet aſſignamus, *Wilhelmum* de *Aſpelt* prepoſito frankenford. eccleſie predicte Canonico Mogunt. vel procuratori ſuo ejus nomine prebendam ſibi de jure debitam & vacantem ex morte quondam Magiſtri *Petri de Gerlingis* frankenford. prepoſiti aſſignare non obmittant. Jn cujus prebende poſſeſſione duo prepoſiti ante predictum *Wilhelmum* extiterunt, alioquin tu ipſos ex tunc ſi monicioni noſtre & tue hujusmodi non paruerint cum effectu; ipſos. . Decanum & Capitulum univerſaliter & quemlibet eorum ſingulariter ſuſpendas ab officiis divinorum, quos & nos ab eisdem ex tunc ſuſpendimus in hiis ſcriptis, ulterius contra eos prout eorum protervitas exegerit proceſſuri Datum *Moguntie* Anno Domini M. CCC. quarto decimo Vij. Jdus Auguſti. Redde litteras ſigillo tuo ſigillatas in ſignum executionis facte.

LXXXI.

Digitized by Google

LXXXI.

L. COMES PALATINVS RHE[
POTESTATEM ELARGITVR PLENISSIMA
PETRO A. M. PRO CONQVIRENDO SER
VITIO MILITARI &c.

Nos *Ludovicus* Dei gratia Comes palatinus R
Dux Bawarie recognoſcimus quod comm
mus & in hiis ſcriptis committimus Venerabili I
tri & domino domino *Petro* Archiepiſcopo M
gunt. dando eidem plenam poteſtatem conquire
nobis ad ſervicium noſtrum ſuper adipiſcendo
gno Romanorum ſi ad hoc electi fuerimus. . E
ſcopos, principes. . abbates, Comites, nobil
milites & alios armigeros nobilis & militaris c
ditionis quoſcumque qui ſibi ad ſerviendum no
expedire videbuntur, nec non tractandi ſuper h
jusmodi eorum ſerviciis nobis impendendis & p
ciſcendi cum eisdem promittentes per fidem noſtr
preſtitam deſuper loco juramenti quod ratum
gratum habebimus quidquid in premiſſis tracta
rit, & integraliter adimplebimus quidquid pro
bis promiſerit dominus *Petrus* archiepiſcopus an
dictus, & exſolvemus ſummam pecunie quam p
nobis eisdem promiſerit in divinis quos ad hoc d
xerit deputandos, & has literas ſi in regem Ro
norum electi fuerimus innovabimus ſigillo regie m
jeſtatis, Jn cujus rei teſtimonium ſigillum noſtru
apponi fecimus huic ſcripto Datum *Mogunt.* an
domini MCCCXjjjj. IX. Kal. Octob.

LXXXII.

LXXXII.

VARIA CASTRA ET OPPIDA PETRO A. M. OPPIGNORANTUR.

Nos ſculteti . . Caſtrenſes . . Conſules . . cives ac Jncole in *Oppenheim Odernheim*, *Swabesberg*, utroque *Jngelheim* & in *Nerſtein*, univerſi recognoſcimus nos mandatum ſeu literas ſereniſſimi domini noſtri Domini *Ludovici* Romanorum Regis recepiſſe tenoris & continentie in hec verba. Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus . . Scultetis . . Caſtrenſibus . . Conſulibus . . Civibus ac Jncolis univerſis in *Oppenheim Odernheim*, *Swabesberg*, utroque *Jngelnheim*, & in *Nerſtein*, fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Cum propter noſtras & Jmperii utilitates. evidentes & neceſſitates urgentes predicta caſtra opida & villas cum ſuis diſtrictibus & pertinentiis univerſis pro certis pecuniarum quantitatibus in noſtras & imperii utilitates converſis evidenter Venerabili *Petro* Archiepiſcopo Moguntino Principi & ſecretario noſtro Kariſſimo tytulo pignoris ſeu ypothece obligaverimus ſecundum quod in inſtrumentis ſuper hoc confectis plenius continetur, hoc adjecto ſpecialiter quod vos omnes & ſinguli eidem principi noſtro huldam & obedientiam faciatis tamquam nobis & deſuper preſtetis corporale juramentum. Volentes igitur juxta premiſſa eidem per vos in omnibus obediri, fidelitati veſtre diſtricte percipiendo mandamus quatenus eidem hulda & obedientia ſibi factis, per omnia & in omnibus dicta obligatione durante tamquam nobis fideliter inten-

intendatis Datum *Wormacie* ſub ſigillo noſtrc tergo. anno Domini Milleſimo, trecenteſimo qu to decimo, Xjjjj Kalend. februar. regni vero no anno primo. Nos itaque . . Sculteti . . Caſtr ſes . . Conſules . . Cives ac jncole predicti ju mandatum ipſius Domini Regis, Venerabili Chriſto Patri & domino noſtro Domino *Petro A* chiepiſcopo Mogunt. huldam & obedientiam ac per intendendo eidem in omnibus ut tenemur c porale preſtitimus juramentum. Jn cujus rei te monium preſentes litteras ſigillo civitatis Opp heimens. fecimus communi Datum *Oppenheim* ai domini Milleſimo trecenteſimo quinto decimo. j Kal. februarii.

LXXXIII.

BONA QUÆDAM ECCLESI MOG. RESIGNANTUR ET IN FEUDUM REASSUMUNTUR.

Ego *Albertus de Lichtenberg* recognoſco public hiis ſcriptis, quod bona videlicet curian *Rwental ſub Lychtenberg* & curiam dictam des *mans* in *Potbor* extimata ad annuos redditus dec marcarum argenti, Venerabili in Chriſto patr domino meo, domino *Petro* Archiepiſcopo & Eccleſie Magunt. libere & voluntarie reſignavi iterato bona eadem ſeu decem marcarum arg redditus predictos ab eodem Domino meo & Ec ſia Magunt. recepi in feodum per me & here meo

meos deſervienda fideliter & poſſidenda perpetuo titulo feodali. Jn cujus rei teſtimonium prefato domino Archiepiſcopo preſentes meas literas trado, ſigilli mei robore conſignatas Datum prope *Spiram*. Anno Domini M. CCC. quinto decimo iij Jdus Marcii.

LXXXIV.

CONFOEDERATIO INTER ARCHI-EPISCOPOS TREVIRENSEM ET MOGUNTINUM.

Nos *Balduinus* Dei gratia ſancte Treverenſis Ecleſie archiepiſcopus ſacri imperii per Galliam Archicancellarius recognoſcimus publice & conſtare volumus univerſis quod proſpicientes commune bonum terrarum & ſpecialiter Jmperii ac Ecleſiarum noſtre Treverenſ. & Maguntine cum Venerabili domino *Petro* Maguntine ſedis Archiepiſcopo infraſcriptam unionem ſeu confederationem quam diu nos ambo ſimul vixerimus duraturam fecimus & inivimus ac eam firmiter obſervare promiſimus & preſentibus bona fide promittimus videlicet quod nos predicto domino *Petro* Archiepiſcopo Moguntino in omnibus ſuis & ecleſie ſue neceſſitatibus contra omnem hominem excluſis curia Romana & ſacro Jmperio & ſpecialiter in Caſu Electionis Jmperii quam de ſereniſſimo domino *Ludouico* Romanorum Rege ſimul fecimus & omnibus ancietatibus ſeu perturbationibus que eidem occaſione dicte electionis imminebunt nos aſtabimus eum

quoque

Digitized by Google

quoque juvabimus cum per eum requiſiti fuerim per nos vel homines noſtros toto poſſe noſtre on dolo & fraude excluſis que argeliſt vulgariter a pellantur hoc adjecto quandocunque ad vocation prediɛti Domini regis Romanorum ſimul conve rimus neuter noſtrum ab altero expenſas petere terit aut debebit quando vero nos prediɛtum minum archiepiſcopum Mogunt. pro adjutorio bis impendendo vocaverimus ſibi & ſuis poſtqu ultra nemus quod vocatur der *yder* vel ad *Mu lam* vel ex alia parte Reni ultra aquam *Loene* ad pervenerint excepto pabulo in neceſſariis exp ſarum providebimus ſi vero ipſum vel homines os ad cotidianam guerram in aliqua Munition cujus diſtriɛtibus pabulum haberi non poſſet te remus, ex tunc ſeu in pabulo & in aliis expe tenebimur providere, ſi aut nos ambo ſimu communi voluntate aliquem vellemus invader eo Caſu neuter noſtrum alteri in expenſis provi bit Jn prefata quoque unione ſpeɛtabilem vi *Johannem* Comitem de *Spanheim* dominum de *S kemberch* fidelem noſtrum & conſanguineum ſim citer & absque condicione duximus eximen Jtem nobiles viros *Georgium de Valdentia joffri de Lingneges* juniorem *Guillelmum de Kachenelel* comites ac nobilem virum *Theodoricum* de *yſenb* dominum de *Aruels* excipimus quos ad redden juſtitiam domino Maguntino vel ſuis & recipien ab eisdem ſi forte inter eos orietur diſſenſio m & viis quibus poterimus, inducemus alioquin nullam contra prediɛtum dominum Magunt ſuos aſſiſtentiam faciemus & generaliter excipi

omn

omnes noſtros vaſallos caſtrenſes & ſubjectos cujuscumque condicionis exiſtant hoc modo. Si inter predictum dominum Magunt. vel ſuos & aliquem de predictis noſtris vaſallis caſtrenſibus & ſubjectis orta fuerit diſſenſionis materia quod de illa *Harduinnus de Binigheym* ſcultetus in confluentia *Bautus* officiatus noſter in *Bobardia* Ricardus de Schonenburg & fridericus nepos ſuus Burgravius in Loynſtene milites per nos Communiter ad hoc electi cognoſcere debebunt, infra menſem & quemcumque jus habere: dixerint illi ad conſequendam juſtitiam aſtare debebimus ceterum ab unione predicta omnes conſanguineos noſtros infra *Muſellam* ex utraque parte Reni absque omni condicione eſſe volumus excluſos alios autem noſtros conſanguineos citra Muſellam ita demum volumus eſſe exemptos ſi juxta diffinitionem noſtram a predicto domino Magunt. juſtitiam recipere voluerint aut eam ſic exhibere alioquin nos eidem domino Maguntino contra eos aſtare tenebimur pro juſtitia conſequenda harum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri munimine ſignatarum. Datum *Bopardie* viceſima ſexta die menſis aprilis anno Domini Milleſimo trecenteſimo quindecimo Jtem Georgium Comitem yrſutum fidelem noſtrum ſicut alios ſuperius nominatim exceptos excipimus duximus eximendum adicientes quod ſi aliquem de predictis quatuor diffinitoribus ſuperius expreſſis excommunicant aut impediri contigerit in locum decedentis vel impediti alium infra menſem eligemus predictos autem conſanguineos noſtros citra Mouſellam exceptos intelligi volumus illos qui

nobis infra quartam conſanguinitatis lineam ſunt affecti. Datum ut ſupra.

LXXXV.

PETRUS A. M. RECOGNOSCIT W. DE RENGELDERODE &c. EXPENSAS IN CASTRO HORBURG &c. ESSE REFUNDENDAS.

Nos *Petrus* Dei gratia ſancte Mogunt. Sedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus quod ſi *Weytzelo de rengelderode* & *Hermannus* dictus *Ryme* milites, officiati noſtri in *Horburg* aliquas expenſas in edificiis neceſſariis & inevitabilibus in caſtro noſtro *Horburg*, ex turri ejusdem fecerint de conſilio & ſcitu aliquorum de noſtris amicis, quos ante edificationem aſſumi volumus & eorum Conſilium requiri ſuper eo, ſi qua etiam bona, ipſi caſtro *Horburg* adjacentia comparaverint, aliquasve piſcinas ibidem fecerint illas expenſas juxta diſcretorum virorum arbitrium refundemus eisdem, & bona que comparaverint redimemus ab eisdem pro ea pecunia pro qua, ad ipſos pervenerint quando prefatum Caſtrum noſtrum *Horburg*. ab ipſis redimere nos continget. Jn cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus litteris eſt appenſum. Datum *Mildenberg* anno Domini Milleſimo CCC. quinto decimo. Jdus Novembris.

LXXXVI.

Digitized by Google

LXXXVI.

IN CAUSA REFORMATIONIS MONASTERII IN MONTE S. JACOBI. VISITATIO MONASTERII FACTA PER D. PETRUM ARCHIEPISCOPUM MAGUNTINUM ET EJUS CARTA.

Nos *Petrus* D. G. Archiepiſcopus Moguntinus, Honorabilibus & Religioſis Abbati, Priori & Conventui Monaſterii *S. jacobi* ſalutem in Domino. Jnter præſentis ſæculi molimina hoc præcipue inter charitatis opus bene agitur ut vita hominum corrigatur, cum itaque nuper in monaſterio veſtro prædicto ſanctæ Viſitationis officium Deo cooperante ageremus . . correctione & reformatione indigent invenimus in eodem, ad quorum reformationem conſiderationis noſtræ oculum vertentes, *Primò* ordinamus, diſponimus & mandamus firmiter obſervari, ut abhinc in antea fratres ſilentium & alias conſuetas & honeſtas in choro, conventu, dormitorio & refectorio & aliis locis conſuetis & debitis ab omnibus præcipimus obſervari.

Jtem præcipimus vobis Abbati & Priori, ut correctionibus fratrum & ſubditorum veſtrorum, quod circa divinum officium, frequentationem chori, obſervationem jejuniorum & alias obſervantias regulares cum diligentia ſe teneant & informent, ſollicite intendatis. Jtem ſubſtantialia regulæ veſtræ in abſtinendo à carnibus, lineis veſtimentis & lectiſterniis de plumis factis à vobis omnibus præcipimus cum diligentia obſervari: & ſi hoc anno

propter ejus ſterilitatem & decreſcentiam omnes ſimul in Refectorio comedere non poſſitis, quod hac vice propter tempora cariſſima patienter toleramus, aliis tamen temporibus in antea præcipimus ut omnes monachi monaſterii veſtri ſimul in refectorio ad comedendum debeant convenire & ſpecialia cubicula evitare. Præcipimus inſuper ut Camerarius Cenſuarius, Cellerarius & alii officiati de officiis ſuis & ſpecialiter Camerarius de redditibus cameræ rationem ſive computationem faciat ad minus ſemel in anno in præſentia Abbatis, diſtributionem autem eorum, quæ ad ſua officia pertinent, ſecundum conſilium ipſius Abbatis facere teneantur. Jtem mandamus ut ſi ex aliqua cauſa licita & honeſta aliquis monachorum dicti monaſterii de Abbatis tamen vel Prioris licentia, ſine qua licentia nullus monachorum monaſterium ipſum exeat ſeu egrediatur ſine ſocio ſui ordinis præcipuè in civitate Moguntina extra monaſterium incedere non præſumat, qui ambo monachi extra monaſterium præcipuè in civitate Moguntina incedentes unum ad minus habeant famulum ſe ſequentem.

Jtem vobis Abbati & Priori firmiter injungimus, ut diligenter perſpiciatis ne aliquibus perſonis ſuſpectis ad ſepta monaſterii veſtri vel clauſtri introitus ſive aditus pateat aliqualis. Jtem vobis Abbati, Priori, cæterisque Prælatis & Officiatis diſtricte præcipimus & injungimus, ut ea quæ prælaturarum & officiorum veſtrorum requiruntur officia tam diligenter & providè expleatis, ut nullam de vobis in antea negligentiam audiamus, ſed veſtram potius habeamus diligentiam commendare,

ſalvis

ſalvis quibusdam aliis in prædicta viſitatione ad noſtram notitiam deductis, quam meliori deliberatione præhabita ſuo tempore, modis quibus convenit, adhibito Diſcretorum conſilio corrigemus.

Et licet in præfatis correctionibus animadvertimus, quod exemplo SS. Patrum in ſubditorum delictis corrigendis, non ſemper ſit rigori verum etiam aliquoties lenitati & ſalubribus monitis innitendum, dictasque correctiones ea occaſione ſine pœnarum adjectione fecerimus iſta vice, eas tamen in regiſtris noſtris poni fecimus, ut ſi in antea abſit noſtris Super præfatis articulis in præfata correctione contentis, non pareretis monitis & præceptis, quæ tam benignè & leniter fecimus in monaſterio memorato ad correctionem eorum ſeveritate qua convenit Canonice procedamus, ut ſic quos timor Dei & ſalubria paternaque monita à malo non revocant, coërceat rigor & ſeveritas diſciplinæ. Datum *Moguntiæ* anno Domini MCCCXVI. 3 nonas februarij.

LXXXVII.

ANNATÆ A DIOECESI ET PROVINCIA EXIGUNTUR PRO CAMERA APOSTOLICA.

J*ohannes* epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus . . Archiepiſcopo Magunt. ejusque ſuffraganeis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad hoc vos Deus in partem apoſtolice

ſolicitudinis advocavit, ut obſequentes apoſtolice ſedi velut membra capiti reverenter de illius ſolicite cogitetis honoribus, ei grate ſubventionis cum expedit nedum procuretis ſed porrigatis auxilia & ad ſuarum neceſſitatum incomoda relevanda circumſpectionis veſtre miniſterium exponatis. Cum illa vos gerat ſincerius in viſceribus caritatis ac pro veſtrarum ecclesiarum ſtatu proſpero & tranquillo cogitare non deſinat, ac ſubire non ceſſet, ſollicitudines & labores dudum ſiquidem poſt ſuſceptum a nobis Deo volente jugum apoſtolice ſervitutis conſiderantes attencius quod ad gravia ſupportanda, quibus premebamur ſicut aſſidue premimur, onera expenſarum, Romana eccleſia mater veſtra, utpote in redditibus non habundans ſufficere non poterat per ſe ipſam, fructus redditus & proventus primi anni omnium & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura, etiam dignitatum perſonatuum, & officiorum quorumlibet que in veſtris civitatibus & dioceſ. tunc vacabant, & quousque ad triennium incluſive vacare contingeret, pro ipſius eccleſie oneribus facilius tolerandis, & in ipſius agendorum ſubſidium expendendos autoritate apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio per noſtras ſub certa forma litteras duximus deputandos. ſicut in eisdem litteris quas dilecti filii Magiſtri *Petrus Durandi*, Capellanus Canonicus Ebredunenſ. & *Bernardus de Montevalrens.* rector eccleſie beate *Marie de Verdun.* Tholoſan. dioceſ. nuntii noſtri exhibitores preſentium Collectores ad hujusmodi colligendos fructus redditus & proventus una vobiſcum per alias noſtras certi tenoris lit-

teras

teras deputati, quos propter hoc ad partes ipſas deſtinandos duximus ſecum deferunt, plenius poteritis intueri. Quare fraternitatem veſtram rogamus & hortamur attentius, & per Dei miſericordiam obſecramus vobisque nihilominus per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus noſtris & ipſius ecclesie neceſſitatibus devoto compatientes affectu, circa collectionem fructuum reddituum & proventuum eorundem, operam ſolicitam impendatis. & quod iidem fructus redditus & proventus, vobis ac nuntiis ſupradictis juxta hujusmodi deputationis noſtre tenorem noſtro & ejusdem ecclesie Romane nomine ſine diminucione fideliter aſſignentur efficacis diligencie ſtudiis laboretis. ut illius vere devotionis integritas quam ad ſedem prefatam Vos habere confidimus, claris operum fructibus comprobetur. ipſaque Romana ecclesia, quantum in vobis fuerit, a dicte neceſſitatis incommodis, veſtri miniſterii relevata virtute, liberaliter vobis temporibus oportunis aperiat ſuarum januam gratiarum. Datum *Avinione* Viij. Jdus Junii Pontificatus noſtri anno Primo.

LXXXVIII.

OTTO DE BOLANDIA EXIMIT BONA MONASTERII S. JACOBI IN EBERSHEIM CUM CONSENSU ABBATIS ET CONVENTUS S. ALBANI.

Nos *Ottho* Dominus de Bolandia &c. recognoſcimus &c. quod propter gratuita ac fidelia

Digitized by Google

obſequiorum merita, quibus honorandi viri Dominus Abbas, & conventus S. *Jacobi* Mogun. ſe nobis gratos exhibuerunt, & in futurum reddere poterunt gratiores, eisdem ac ipſorum meritis reſpondere reciproce cupientes, univerſa bona quocunque cenſeantur nomine. quæ in villa Et terminis villæ *Ebersheim* habere dignoſcuntur venerabilis patris & Domini noſtri Abbatis montis S. *Albanij* â quo dicta bona in feodo dependent accedente conſenſu voluntario, ab omni præcuriarum, Stürarum, Herbergarum, ac aliorum ſervitiorum genere, quæ nobis &c. libera facimus nunc & in perpetuum, harum noſtrarum litterarum teſtimonio &c.

Nos quoque *Syboldus* D. gratia Abbas & *Hermannus* Prior, totusque conventus Monaſterii S. *Albani* &c. ad petitionem præfati nobilis Domini Otthonis De Bolandia præmiſſis noſtrum conſenſum & aſſenſum voluntarium adhibentes noſtrum ſigillum præſentibus appendendum duximus in robur & teſtimonium præmiſſorum &c. Et nos *Hartmannus* Prior totusque conventus Monaſterii S. *Albani* extra Mogunt. conſenſum & aſſenſum voluntatis Reverendi Domini noſtri D. *Syboldi* dicti monaſterii noſtri Abbatis in litteris quibus præſens ſchedula Eſt transfixa poſitos & expreſſos ob amorem honorabilium Dominorum Abbatis & Conventus Monaſterii S. *Jacobi* extra muros &c. quem circa eos gerimus initium, & in Juris eorum Subſidium per hanc Schedulam Laudamus, ratificamus & approbamus &c. Jn cujus rei evidentiam, ſigillum noſtri conventus prædicti, ſchedulæ huic prædictis

litteris

Digitized by Google

litteris affixæ & certa noſtra ſcientia duximus appendendum. actum anno Domini M. CCC. XVI. in die *Kiliani*.

LXXXIX.

OPPIDUM ET CASTRUM ALTZEY JUBETUR HOMAGIUM PRÆSTARE ARCHIEPISCOPO MOG.

L*udowicus* Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus Burgravio, & univerſis caſtrenſibus caſtri *Altzeij*, nec non Scultheto . . Magiſtris civium . . conſulibus, & univerſis civibus Opidi ibidem fidelibus ſuis dilectis, graciam ſuam & omne bonum. Vobis univerſis & ſingulis ſub obtentu gratie noſtre, & in virtute juramenti per vos nobis preſtiti injungimus & mandamus. quatinus caſtrum & opidum, *Altzey* predicta, cum omnibus juribus jurisdictionibus, redditibus, utilitatibus obventionibus, & pertinentiis eorundem aſſignetis, & preſentetis, ſtatim viſis preſentibus, Venerabili *Petro* Archiepiſcopo Mogunt. Principi, & Secretario noſtro Kariſſimo vel ejus nuntio, quem ad hoc cum ſuis litteris ad vos deſtinaverit, preſtantes eidem Archiepiſcopo, vel ſuo nuntio ejus nomine, Huldam Homagium, & fidelitatis juramentum, quod ſibi in omnibus & per omnia, ſicut nobis paruiſtis hucusque, tamquam veſtro Domino pareatis. Vos enim de Hulda, Homagio, & fidelitatis juramento, in quibus nobis tenemini abſolvimus,

Digitized by Google

& abſolutos dicimus in hiis ſcriptis. Caſtrum enim & opidum predicta obligavimus predicto Archiepiſcopo ſub certis modis & condicionibus, prout in Litteris deſuper confectis plenius continetur. fructus etiam quos de eis perceperit ſibi & eccleſie ſue donamus, nolentes quod in ſortem computentur. & ſi eo tempore quo ipſe habebit caſtrum & opidum predicta, aliquos redditus ad ea pertinentes, vel jura alia redemerit, peccuniam quam pro eis erogaverit ſibi ante omnia reſtituemus, quando dicta caſtrum & opidum duxerimus redimenda. Jn cujus rei teſtimonium ſigillum noſtre Majeſtatis Regie, preſentibus litteris eſt appenſum. Datum *Moguntie* V[to] Kal. Julij anno Domini Milleſimo treceteſimo, decimo ſeptimo, Regni vero anno tertio.

XC.

L. REX ROM. PETRO A. M. EXPENSAS IN CASTRUM ET OPPIDUM ALTZEY FACIENDAS SE REFUSURUM SPONDET.

L*udowicus* Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus recognoſcimus & conſtare volumus univerſis, ſi Venerabilis *Petrus* Archiepiſcopus Magunt. Princeps & Secretarius noſter Kariſſimus ultra redditus pertinentes ad caſtrum & opidum Altzei que ſibi obligavimus, aliquas expenſas ſuper cuſtodia & obſervatione dictarum municionum fecerit illas ſibi ſingulis annis in feſto beati *Martini*

ſine

ſine dilatione qualibet refundemus. & ut de refuſione expenſarum hujusmodi certior ſit idem Archiepiſcopus de hoc ſibi conſtituimus fideiuſſores in ſolidum, honorabilem virum *Hermannum de Lychtemberg* Scolaſticum Eccleſie Spyrenſ. Cancellarium noſtrum ſpectabilem virum *fridericum* Comitem de *Thruendingen* & nobilem virum *Humblonem* de *Lychtemberg*, fideles noſtros, in hunc modum, ſi dictas expenſas in aſſignato ad hoc termino non ſolveremus nec refunderemus eidem quod dicti fidejuſſores ex tunc infra quindenam anni per eundem Archiepiſcopum pro ſe vel quibuslibet eorum per unum famulum nobilem vel militarem cum duobus equis, intrabunt civitatem Maguntinam & ibidem in communi hoſpitio quod eis deputaverit dictus Archiepiſcopus tam diu preſtabunt fidejuſſionis debitum quousque nos predictas expenſas predicto Archiepiſcopo integraliter refundamus & hoc tociens facient, quociens in refuſione earum in aſſignatis terminis fuerimus negligentes Jn cujus rei teſtimonium ſigillum Majeſtatis noſtre preſentibus eſt appenſum. Datum *Magunt.* Anno Domini M. CCC. XVij. iij. Kal. Julii regni vero noſtri anno tertio. Nos quoque *Hermannus de Lychtemberg* Cancellarius *fridericus* Comes de *Thruendingen* & *Humble* de *Lychtemberg* predicti recognoſcimus & fatemur quod predictam fidejuſſionem apud predictum dominum Archiepiſcopum pro prefato Domino noſtro domino *Ludovico* Romanorum Rege Semper Auguſto. Sub predictis modis in ſolidum fecimus, promittentes fide preſtita quod tociens preſtabimus fidejuſſionis debitum ſicut preſcribitur, quociens

propter

propter defectum ſolutionis ſibi faciende requiſiti fuerimus per Dominum Archiepiſcopum memoratum. Et quia ſigilla noſtra apud nos non habuimus, premiſſa omnia ſub ſigillo prefati Domini noſtri Regis, confitemur. Datum Loco, anno & die ut ſupra.

XCI.

PETRVS A. M. DE ADMINISTRATIONE MONASTERII S. ALBANI OB CONTRACTUM AES ALIENUM SOLLICITUS.

Nos *Arnoldus de Lorche* miles & *Hermannus* frater ejus armiger recognoſcimus publice in hiis ſcriptis, quod nos amminiſtrationem & gubernationem in temporalibus monaſterii S. *Albani* prope *Moguntiam* ordinis S. *Benedicti* commiſſam nobis à Reverendo in Chriſto Patre & Domino noſtro Domino *P.* Archiepiſcopo Mogunt. ſicut in literis ejusdem Domini Archiepiſcopi deſuper confectis & nobis traditis plenius continetur, recepimus & de ea nos intromiſimus promittentes bonâ fide, quod eidem amminiſtrationi nobis commiſſe ſicut premittitur, preeſſe ſtudebimus, ſicut pro utilitate dicti monaſterii videbitur expedire, & ſpecialiter promittimus nos de debitis prefati monaſterii hoc anno mille & ducentas libras hallenſium de ipſius monaſterii redditibus per nos percipiendis, ſoluturos. De reſiduis verò debitis ejusdem monaſterii, que per nos perſolvi non poſſunt, cavebimus cum dili-

ligen-

ligentia, ne aliqua dampna occaſione eorum in obſtagiis vel commeſſationibus que Leiſtungen vulgariter dicuntur, predicto monaſterio accreſcant quoquo modo. Jtem de redditibus predicti monaſterii quos perceperimus Honorabilibus Viris Dominis *Wilhelmo* Abbati monaſterii S. *jacobi* prope *Moguntiam* & *Ebirhardo* Cantori Eccleſie Moguntine rationem reddemus, quibus ſi videbitur rationabiliter quod de debitis predicti monaſterii ſancti Albani ultra predictam ſummam mille ducentarum librarum ſolvere aliquid valeamus, hoc etiam prout poterimus, faciemus, & ad hec adimplenda per nos fideliter ſub pena excommunicationis in nos ferende per prefatum Dominum noſtrum Archiepiſcopum ſine omni ſtrepitu judiciario, ſi in premiſſis negligentes fuerimus vel remiſſi, nos preſentibus obligamus. Jn cujus rei teſtimonium & evidentiam pleniorem, Ego *Arnoldus* miles predictus ſigillum meum duxi preſentibus appendendum, Ego verò *Hermannus* armiger ſupradictus cum ſigillum proprium non habeam, preſens ſcriptum ſigillo honorabilium virorum Dominorum judicum ſancte Maguntinenſis ſedis procuravi communiri, quod nos judices ſancte Moguntin. ſedis predicti ad rogatum memorati Hermanni preſentibus literis duximus apponendum. Datum *Erenvels* vij° Kal. ſept. Anno Dni M° trecent. Decimo ſeptimo.

XCII.

XCII.

A. ET C. FRATRES DE HIRSCHHORN A PETRO A. M. IN SERVITORES CONQUIRUNTUR.

Nos *Albertus* miles, & *Conradus* dictus *Emich*, armiger, fratres, dę *Hyrzeshorn* recognoſcimus publica in hiis ſcriptis, quod venerabilis in Chriſto pater & dominus noſter dominus *Petrus* Archiepiſcopus Mogunt. nos in ſuos ſervitores conquiſivit, ita videlicet, quod nos cum quatuor aliis armatis decenter expeditis gwerra inter sereniſſimum dominum noſtrum dominum *Ludowicum* Romanorum Regem ſemper Auguſtum, & dominum fridericum ducem Auſtrie, & poſtea per unum annum continuum contra quoscunque ſuos & ecclesie ſue adverſarios & etiam cum caſtro noſtro *Hyrzeshorn* ipſum & Eccleſiam ſuam Magunt. juvare tenebimur fideliter toto poſſe, exceptis ſolummodo hiis qui nobis conſanguinitatis linea ſunt aſtricti, contra quos ipſum dominum noſtrum Archiepiſcopum predictum & Eccleſiam non juvabimus nec juvare tenebimur, quam diu voluerint juſtitia contentari. Si autem nollent juſtitia contentari, tunc contra ipſos ſicut contra alios, juvare tenebimur fideliter ipſum & ſuam eccleſiam ſupradictam. Nos eciam medio tempore tanquam alios ſuos caſtrenſes pro jure noſtro manutenebit & pro noſtro ſervitio ſibi & eccleſie ſue impendendo ducentas & quinquaginta libras Hallenſes nobis dabit, Quarum centum & quinquaginta libras jam nobis perſolvit

ſolvit & in centum nobis remanet obligatus. Jn cujus rei teſtimonium & evidenciam ampliorem ſigilla noſtra preſentibus litteris ſunt appenſa. Datum XVj. Kal. januarij anno domini Milleſimo treценteſimo decimo octavo.

XCIII.

INSTRVMENTVM CONFIRMATIONIS MONASTERII DALHEIM.

In Nomine Domini amen. per hoc præſens publicum Jnſtrumentum pateat univerſis tam præſentibus quam futuris dictum inſtrumentum viſuris & audituris quod hoc eſt exemplum ſive transſcriptum cujusdam litteræ ſeu gratiæ datæ ſeu conceſſæ â ſede Apoſtolica venerabilibus & relligioſis Dominabus Abbatiſſæ & conventui Monaſterii ſancti monialium in *Dalem* prope *Moguntiam* ordinis cyſtercienſis verâ bulla plumbeâ & filis ſeriis more Romanæ Curiæ bullatæ, ac ſigno Conſueto & ſubſcriptione Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac DD. *Johannis* divinâ providentia Papæ *XXII.* manu ſuâ, nec non decem Cardinalium infra ſcriptorum ſignis, manibus eorundem cardinalium ſignatis, prout prima facie apparebat non abraſæ, non abolitæ non cancellatæ nec in aliqua ſui parte vitiatæ, quam ego Notarius publicus infra ſcriptus in manibus meis habui & renui, & cum magnâ diligentiâ perlegi & examinavi, & manu mea propria conſcripſi de verbo ad verbum ad rogatum & di-

ligen-

ligentem requiſitionem Religioſæ Matronæ D. *Elyzabeth* Abbatiſſæ monaſterii in *Dalen* prædicti ſub anno Jncarnationis D. Milleſimo, Trecenteſimo viceſimo Primo, Indictione quarta, die quinta menſis Februarii horâ quaſi Nonâ in domo hoſpitum monaſterii prædicti Pontificatus ſupra ſcripti D. *Johannis* anno quinto Cujus litteræ ſeu Gratiæ tenor talis eſt.

Johannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ Monaſterii in *Dalen*, ejusque Sororibus, tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, forte cujuslibet temeritatis in curſus, vel eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat Ea propter Dilectæ in Chriſto Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſanctæ Dei Genitricis & virginis *Mariæ* in *Dalen* Maguntinenſis Dioeceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati Petri & Pauli, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti privilegio Communimus: inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati *Benedicti* regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum a vobis ante concilium generale ſuſceptam, in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium, in præſentiarum Juſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum,

tificum, Largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit ad ipſa, firma vobis & eis, quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum domibus, officinis, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis: curiam ſive Grangiam ad ſanctum *Hilarium.* Jtem Grangiam cum villâ *Brizzenheim*: Jtem villam *Zalbach*: Jtem Grangiam in *Bodenheim:* & Grangiam in villâ *Funtune*, dictæ Maguntinenſis, dioeceſis, Cum omnibus pertinentiis ſuis, Cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, piſcinis, in boſco & plano, in aquis Et molendinis, in viis & ſemitis, ac omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis.

Sanè Laborum veſtrorum, De poſſeſſionibus habitis ante Concilium Generale, ac etiam novalium, quæ propriis ſumptibus colitis de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis virgultis, & piſcationibus veſtris, ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus â vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas à ſeculo fugientes ad Converſionem recipere, & eas absque Contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper nonnulli Sororum veſtrarum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit, ſine Abbatiſſæ ſuæ licentia de eodem loco diſcedere: diſcedentem verò absque communium litterarum veſtrarum Cautione audiat retinere. illud diſtrictius inhibentes, ne terras ſeu quodlibet Bene-

ficium Eccleſiæ veſtræ Collatum, liceat alicui perſonaliter dari, ſeu alio modo alienare absque conſenſu totius Capituli vel majoris ſeu ſanioris partis ipſius ſiquæ verò donationes. . aut alienationes aliter, quam dictum eſt, factæ fuerint, irritas eſſe cenſemus.

Inſuper inhibemus, ne ullus Epiſcopus vel quælibet alia perſona ad Synodos vel Conventus forenſes vos vix vel judicio ſæculari de veſtrâ propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere Compellat, nec ad domos veſtros cauſâ ordines Celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos Conventus publicos Convocandi venire præſumat: nec regularem electionem Abbatiſſæ veſtræ impediat, ac de inſtituenda vel removenda ea, quæ pro tempore fuerit, contra ſtatuta ordinis Ciſtercienſis ſi aliquatenus intromittat.

Pro conſecrationibus vero altarium vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet eccleſiaſtico ſacramento, nullus â vobis ſub obtentu Conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hoc omnia gratis vobis Epiſcopus dioceſanus impendat: alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Chatolicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentem; qui noſtra fretus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. quod ſi ſedes Dioceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere & absque Contradictione poſſitis: ſic tamen, ut ex hoc impoſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. quia vero interdum proprii Epiſcopi Copiam non

non habetis, ſi quem Epiſcopum, Romanæ ſedis, ut diximus gratiam & communionem habentem, de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſim contigerit, ab eo benedictiones monialium, vaſorum & veſtium ac conſecrationes altarium auctoritate ſedis Apoſtolicæ recipere valeâtis.

Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum Rectores in monaſterium veſtrum perſonas inibi conſtitutus Suſpenſionis Excommunicationis, vel interdicti ſententias promulgaverint, ſive etiam mercenarios veſtros pro eo, quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, quæ Apoſtolicâ benignitate vobis ſunt indulta, ſeu benefactores veſtros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex caritate præſtiterint, vel ad Laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos Laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Apoſtolicam ſedem indulta prolatam, decernimus irritandam: nec Litteræ illæ firmitatem habeant, quas tacito Nomine Ciſtercienſis ordinis, & contra indulta Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari.

Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro monaſterio excluſis excommunicatis & interdictis. divina officia celebrare, Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ poſterum ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras Locorum, vel Grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſan-

guinem fundere, hominem tenere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica Confirmamus & præſentis Scripti privilegio Communimus Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare; aut ejus poſſeſſiones auferre, ſeu ablatas retinere, minuere vel quibuslibet vexationibus fatigare, ſed ea omnia intergre conſerventur, earum, pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit poteſtatis ſuæ, honorisque dignitate careat, namque ſe divino Judicio exiſtere, De per petratâ iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jheſu Chriſti, quatenus & fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.

Ego

Ego *Johannes* Catholicæ Eccleſiæ Eps.

Ego Fr. *Nicolaus* tt. S. *Euſebii* pbr. Cardinalis SS.

Ego Fr. *vitalis* tt. S. *Marci* in montibus pbr. Cardinalis SS.

Ego *Guillelmus* tt. S. *Cyriaci* in thermis pbr. Cardinalis SS.

Ego Fr. *Nicolaus* oſtienſis & velletrenſis Eps. SS.

Ego *Berengarius* Eps. Tuſculanus SS.

Ego *Guitts* Eps. Preneſtrinenſis. SS.

Ego *Neapoleo* S. *Adriani* Diaconus Cardinalis SS.

Ego *Guitts* SS. *Nicolai* in Carcere Tulliano Diaconus Card. SS.

Ego *Petrus* S. *Angeli* Diaconus Cardinalis SS.

Datum *Avinione* per manum *Bertraudi* tt S. *Marcelli* presbyteri Cardinalis XVI. Junij indictione prima, incarnationis Dominicæ anno milleſimo, trecenteſimo, decimo octavo, Pontificatus vero Dni *Johannis* pp *XXII* anno ſecundo.

Et Ego *Hartradus de Medobecke*, Clericus Colonienſis Dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictam ſive præſcriptam litteram exemplavi & manu mea una cum nominibus ſupraſcriptis per Copiam, in hanc publicam formam redegi, & hoc præſens publicum inſtrumentum inde confeci requiſitus per præfatam Dominam Abbatiſſam anno Indictione, Menſe, die, horâ, Loco & Pontificatu prædictis præſentibus diſcretis viris *Hermanno Monegoldo*, & *Jacobo* presbyteris vicariis in dicto Monaſterio *Alheide* Prioriſſâ, & *Margareta* de Moguntia Monialibus, nec non *Conrado* & *Tylemanno* Converſis Fratribus dicti Monaſterii pro teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Digitized by Google

XCIV.

P. DE B. BURGGRAVIUS IN STARCKENBERG OFFICIO SUO FIDELITER FUNCTURUM ESSE APPROMITTIT.

Ego *Petrus de Bertolsheim* miles recognoſco publice in hiis ſcriptis & promitto fideliter quod ſuper officio Burggraviatus in *Starckenberg* quod à Reverendo in Chriſto Patre & domino meo domino *Petro* Archiepiſcopo Mogunt. recepi, ſub modis condicionibus & articulis quibuscunque ſicut ſtrenui milites domini *Johannes de Ryderen* officiatus in *Byſchoffesheim* & *Wigandus* de *Dynenheim* meus conſanguineus mihi dixerint tractatum & ordinatum eſſe ſuper dicto officio inter predictum dominum meum Archiepiſcopum & me Literas meas ſub meo ſigillo dabo & tradam domino meo Archiepiſcopo ſupradicto in cujus rei teſtimonium & certitudinem cum ſigillum meum ad preſens apud me non habeam litteram preſentem ſigillo predicti Wigandi militis mei conſanguinei, trado ſigillatam. Et Ego *Wigandus* de *Dynenheim* miles predictus ad rogatum predicti *Petri* de *Bertolsheim* militis mei conſanguinei ſigillum meum duxi preſentibus literis appendendum in teſtimonium premiſſorum datum in caſtris ante *Wiſebaden* Anno domini Milleſimo trecenteſimo decimo octavo vj. Jd. Octob.

XCV.

XCV.

L. ROM. REX REFUSIONEM EXPENSARUM IN CASTRUM ET OPPIDUM ALTZEY FACIENDARUM DENUO APPROMITTIT.

Nos *Ludowicus* Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod ad omnes expenſas & impenſas quas venerabilis *Petrus* Archiepiſcopus Mog. vel ſucceſſor ipſius, circa caſtrum & opidum *Alzey* que ſicut in aliis noſtris regalibus litteris quas ſuper eo ſibi dedimus continetur, eidem Archiepiſcopo & ſue eccleſie titulo pignoris obligavimus, in conſervando & tenendo eadem caſtrum & opidum ultra redditus ad ipſam pertinentes, fecerit prefato Archiepiſcopo, & eccleſie ſue, teneri volumus obligati. & pro illis expenſis & impenſis eadem caſtrum & opidum ſibi & ſue eccleſie obligamus, Volentes ſuper ipſarum taxatione ſive quantitate ſtare & credere fidei. Archiepiſcopi ſupradicti. Et quia non ambigimus quin in Cuſtodiendo, dicta caſtrum & opidum ipſe. . Archiepiſcopus, adhibeat diligentiam oportunam volumus ut ſi aliquo caſu fortuito, videlicet expugnationis incendii traditionis vel quocumque caſu alio, perderentur quod talis perditio, non ipſi Archiepiſcopo debeat aliqualiter imputari. Sed quod ad omnia pro quibus ſibi & eccleſie ſue, predicta caſtrum & opidum obligata exiſtunt ſicut prius nichilominus teneamur. Dantes has litteras noſtri ſigilli appenſione munitas, in teſtimonium ſu-

per eo. Datum in Caſtris ante *Wiſenbaden* vj. Kalend. Novembris. Anno Domini M° trecenteſimo decimo octavo regni vero noſtri anno quarto.

XCVI.

QUALITER PETRUS A. M. PETRO DE B. BURGGRAVIATUM IN STARCKENBERG CONTULERIT.

Ego *Wygandus* de *Dynheim* miles meo & ſtrenui militis *johannis de Rydern* nomine recognoſco in hiis ſcriptis & dico publice proteſtando, quod Reverendus in Chriſto Pater Dominus *Petrus* ſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopus ſtrenuo militi *Petro de Beychtolfesheim* officium Burggraviatus in *Starckenberg* eidem Domino Archiepiſcopo vacans, contulit ſub modis & conditionibus ſubnotatis, quod videlicet idem miles dictum officium ad manus ejusdem Domini Archiepiſcopi & pro honore ſuo & pro utilitate ſua & Eccleſie Mogunt. tenere debeat fideliter, ſicut ipſi Domino Archiepiſcopo promiſit corporaliter preſtito deſuper juramento. Jpſe quoque Dominus Archiepiſcopus dicto militi dabit hoc anno qningenta maldra ſiliginis, quingenta maldra avene & viginti Karratas viri ad tenendum officium ſupradictum, hoc condicto, quod ſi ipſe miles ſuccedente tempore hoc tempore anni fortaſſis dimitteret officium predictum, tantum in annona & vino, quantum hoc anno ſibi datur, ut premittitur, dimittere tenebitur in caſtro *Starckenberg*

berg antedicto. ſi vero alio anni tempore dictum officium dimitteret, plus vel minus tunc in annona & vino ibi relinquere pro rata temporis teneretur. Jtem prefatus miles aliis annis, quibus dictum officium tenebit, contentabitur redditibus ejusdem officii, à quibus nichilominus, preter redditus ipſius Domini Archiepiſcopi in *Gernſhein* & in *Wattenheim* qui ad ipſum Dominum Archiepiſcopum pertinere ſpecialiter dinoſcuntur, centum maldra ſiliginis, ducenta maldra avene nec non decem Karratas vini ſi quadraginta Karratas vini vel amplius de cremento ad dictum officium pertinente habuerit, aut ſex Karratas vini, ſi minus quam quadraginta Karratas habuerit, ipſi Domino Archiepiſcopo miniſtrabit. Jtem nullas petet vel recipiet ſturas à civibus vel judeis dicti Domini Archiepiſcopi ſub dicto officio, nec homines ſuos ibidem exactionabit aliqualiter, ſed contentari debebit redditibus ordinariis qui Burggraviis in *ſtarckenberg* miniſtrari hactenus regulariter conſueverunt. Jtem emendas non recipiet aliquas niſi trium librarum hallen. vel minores, omnes enim majores ad ipſum Dominum Archiepiſcopum pertinebunt. Jtem dictus miles ſtabit continue cum tringinta militibus & armigeris decenter expeditis in armis, dextrariis & equis ad ſerviendum predicto Domino Archiepiſcopo, durante diſcordia inter ipſum & Duces Auſtrie ſub expenſis ſuis propriis periculis atque dampnis, & ſi idem miles vel aliquis ſeu aliqui eorum, qui cum eo ſtabunt, litem aliquam movere habuerint vel movebunt alicui vel aliqui-

Digitized by Google

bus & ſi ex hoc dicto Domino Archiepiſcopo vel ſuis dampna aliqua vel incommoda inferrentur, hoc idem miles disbrigare tenebitur ſuis ſumptibus, laboribus & expenſis. Jtem omnia que dictus miles in Baliſtis & aliis quibuſcunque invenerit in caſtris *ſtarekenberg*, *Winheim*, & *Fürſtenowe*, in ſcriptis predicto Domino Archiepiſcopo dabit, & ea ibi relinquere tenebitur totaliter, ſi & quando fortaſſis officium dimiſerit ſupradictum. Jtem promiſit ſpecialiter idem miles & tenebitur caſtra *ſtarckenberg*, *Winheim & Fürſtenowe* tenere fideliter decenter & utiliter, de redditibus quos percipiet, ſibi ut premittitur demonſtratis. Jn cujus rei teſtimonium has dedi literas mei ſigilli appenſione munitas. Datum Vjj° Jdus Novembris anno Dni Milleſimo Trecenteſimo decimo octavo.

XCVII.

H. DE DUNA ELECTUS WORMATIENSIS PETIT A PETRO A. M. CONFIRMATIONEM ET CONSECRATIONEM &c.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac domino ſuo Domino *Petro* ſacroſancte Mogunt. ſedis Archiepiſcopo ſacri imperii per Germaniam Archicancellario *Henricus de Duna* Worma: electus in omnibus reverenciam & honorem Paternitati veſtre reverende preſentibus lique fiat quod ego facio conſtituo & ordino in hiis ſcriptis Magiſtrum

Henricum

Henricum de Erpach canonicum Eccleſie wormacienſis meum procuratorem & nuncium ſpecialem cum propter viarum diſcrimina & malum ſtatum terre perſonaliter coram vobis comparere non poſſim, & do eidem plenam & liberam poteſtatem petendi a veſtra paternitate reverenda in negotio electionis ſeu proviſionis de me per honorabiles viros. . Decanum & capitulum Eccleſie Wormat: canonice celebrate confirmacionem ac munus conſecrationis veſtrarum ſacrarum manuum juxta veſtre paternitatis debitum michi gracioſe impertiri nec non petendi proclamationem proteſtandi ac omnia alia & ſingula faciendi, quam circa premiſſa etiamſi mandatum ſpeciale exigant neceſſaria ſeu oportuna dans nihilominus eidem plenam & liberam poteſtatem nomine quo ſupra ſi neceſſe fuerit alium vel alios procuratorem vel procuratores ſubſtituendi & eundem ſeu eosdem revocandi ac onus procurationis in ſe reſumendi quanto & quociens viſum fuerit expedire. Et hec paternitati veſtre & omnibus quorum intereſſe poterit ſignificamus per preſentes ſigillo honorabilium virorum judicum civitatis Wormatiens. ſigillatas in teſtimonium omnium premiſſorum & nos judices civit. Wormat. ad preſentes Reverendi viri Domini *Henrici de Duna* Wormat. electi ſigillum curie noſtre duximus preſentibus appendendum in teſtimonium omnium premiſſorum Datum anno Domini. M.CCC.XVjjj. In vigilia beati *Ambroſij* Epiſcopi.

XCVIII.

Digitized by Google

XCVIII.

LITTERÆ PETRI ARCHI-EPISCOPI MOGUNTINI, ACCEPTANTIS BULLAM JOANNIS PAPÆ XXII. QUA PONTIFEX ARCHI-EPISCOPUM MOGUNTINUM, ET EPISCOPOS HERBIPOLENSEM, ET ARGENTINENSEM CONSTITUIT IN CONSERVATORES PRIVILEGIORUM FRATRUM ORDINIS B. V. MARIÆ DE MONTE CARMELO, EXTRA REGNUM FRANCIÆ EXISTENTIUM.

P . . . . Dei Gratiâ Eccleſiæ Sanctæ Moguntinennenſis Sedis Archiepiſcopus Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius in Chriſto ſibi devotis ſuis Judicibus Sanctæ Moguntinenſis Sedis, ac Scholaſtico Eccleſiæ ſancti *Mauritii* Moguntiæ ſalutem in domino. Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac domini noſtri Domini *Johannis* Papæ *XXII* non Cancellatas, non abolitas, non raſas, nec in aliqua ſui parte corruptas ſub vera bulla plumbea filo canapi integro appendente recepimus in hæc Verba. *Johannes* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei & cætera. quarum copiam unà cum præſentibus vobis fieri mandamus, & ejus tenorem ſubſequentem de Verbo ad Verbum inſeri fecimus ad cautelam. *Joannes* Epiſcopus ſervus ſervorum dei Venerabilibus Fratribus. . Archi-Epiſcopo Moguntinenſi & . . Herbipolenſi, ac. . Argentinenſi Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilectos Filios. . Priorem Generalem, Cæterosque Priores & Fratres ordinis Beatæ *Mariæ* de monte *Carmeli*, qui in decore ſanctæ religionis Virtutum domino militantes ac crucifigentes cum vitiis, & concupiſcentiis carnem ſuam ad divinæ majeſtatis obſequia trahunt alios per exemplum, infra pietatis Apoſtolicæ ubera complectentes dignum eſſe

eſſe conſpicimus, eos congruis præſidiis communiri, ut eò devotiùs quò quietiùs pacis famulentur authori. Cum itáque, ſicut ex parte dictorum Prioris & fratrum fuit propoſitum coram nobis, ipſi â nonnullis, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, diverſis & gravibus jacturis, injuriis, violentiis, & moleſtiis in diverſis mundi partibus extra regnum Franciæ affligantur. Nos eorundem Prioris & fratrum providere quieti, & malignorum conatibus obviare volentes: Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus extra dictum regnum vòs vel duo, aut unus Veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores, & judices, præfatis Priori & fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eosdem ab aliquibus indebitè moleſtari, vel eisdem dampna, violentias, injurias, vel moleſtias irrogari facturi eisdem Priori & fratribus, cum ab eis, vel eorum procuratoribus, aut ipſorum aliquo fueritis requiſiti de prædictis & aliis perſonis quibuslibet, de quibuscunque moleſtiis, violentiis, injuriis, atque dampnis præſentibus & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, de plano ſummariè ſine ſtiepitu, & figura judicii, in aliis vero, prout qualitas ipſorum exegerit, juſtitiæ complementum; moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujusmodi, nec non contradictores quoslibet & rebelles, cujuscunque dignitatis, ſtatûs, ordinis, & conditionis extiterint, etiamſi pontificali præfulgeant dignitate, quandocunque vel quotiescunque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, non obſtantibus felicis recordationis *Bonifacii Papæ VIII.* prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem, & diocefin, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam â fine ſuæ dioceſis ad judicium evoce-

Digitized by Google

evocetur. Seu ne judices, & Conſervatores â ſede deputati prædicta extra diocesin & Civitatem, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, ſive Alii, vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam â fine diocesis eorundem trahere præſumant, ſeu quod de aliis, quam de manifeſtis injuriis & violentiis, & aliis, quæ judicialem requirunt indaginem, poenis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adjectis, conſervatores ſe nullatenus intromittant, & tam de duabus dietis in Concilio Generali, dummodò ultra tertiam vel quartam dietam aliquis extra ſuam Civitatem & Diocesin authoritate præſentiū ad judicium non trahatur, quàm aliis quibuscúnque conſtitutionibus â Prædeceſſoribus noſtris romanis pontificibus, tam de Judicibus delegatis, & Conſervatoribus, quàm perſonis, ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte Jurisdictioni aut poteſtati, ejusque libero exercitio, quomodolibet obviare. Seu ſi aliquibus communiter vel diviſim â prædicta ſit ſede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſunt, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de Verbo ad Verbum de indulto hujusmodi, & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia indulgentia dictæ ſedis generali vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat, quomodolibet impediri; & de qua, cujusque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Cæterùm volumus, & apoſtolica authoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quod-

que

Digitized by Google

que â data præſentium ſit vobis, & unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cæptis, & non cæptis præſentibus & futuris perpetuata poteſtas, & Jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cæptis, & non cæptis præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram nobis cæpta fuiſſent, & Jurisdictio veſtra, & cujuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet, conſtitutione prædicta, ſuper Conſervatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante, datum *Avinione* VI Kal. maj. Pontificatus noſtri anno tertio. Jn cujus viſionis & Lecturæ teſtimonium & certitudinem pleniorem præſens tranſcriptum per præſcriptum tenorem tranſcribi mandavimus, noſtrique ſigilli appenſione muniri. Harum itaque authoritate litterarum, quia noſtræ eccleſiæ arduis præpediti negotiis commiſſo nobis officio commiſſionis prædictæ ad præſens intendere non poſſumus, Vobis vices noſtras per præſentes committimus, donec ad nos ipſas duxerimus revocandas. Ita quod omnes ſimul vel alter veſtrûm prout requiſiti fueritis, in negotio hujusmodi procedatis juxta traditam nobis formam aliorum abſentia, vel impotentia non obſtante.

Datum *Moguntiæ* anno domini milleſimo treceteſimo decimo nono undecimo Kalend. Januarii.

XCIX.

XCIX.

JURAMENTUM FRIDERICI ELECTI ET CONFIRMATI AUGUSTENSIS ECCLESIÆ MOGUNTINÆ PRÆSTITUM.

Ego *Fridericus* electus & confirmatus Eccleſie Auguſtenſis provincie Magunt. ab hac hora in antea fidelis ero ſancto *Martino* eccleſie Magunt. ac Venerabili Patri Domino *Petro* ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopo ſacri imperii per Germaniam Archicancellario ejusque ſucceſſoribus canonice intrantibus, non ero in Conſilio vel facto, ut vitam perdat aut membrum vel capiatur mala captione, conſilium quod mihi aut per ſe aut per literas aut per nuncium manifeſtaverit, ad ejus dampnum nulli pandam adjutor ero ad defendendum & retinendum archiepiſcopatum Magunt. & regulas ſanctorum & provincialia ſtatuta, ſalvo ordine meo contra omnes homines vocatus ad ſynodum veniam niſi prepeditus fuero canonica prepedicione, Nuncium Eccleſie Magunt. vel Archiepiſcopi Magunt. quem certum eſſe cognovero in eundo & redeundo honorifice tractabo & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo ſic me Deus adjuvet & hec ſancta Evangelia. Actum & Datum in *Werde*. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nono decimo. Kal. julij.

Errata typographica, quæ ob MSpti abſentiam annotari non poterant, Lector benevolus emendare non dedignabitur.


Digitized by Google

ÖSTERREICHISCHE
NATIONALBIBLIOTHEK

ÖNB
+Z150703306

Digitized by Google

Digitized by Google



Google

